

619

BIBLIOTHECA IURIDICA MEDII Aevi

COLLEGIT ATQUE EDIDIT

AUGUSTUS GAUDENTIUS

---

SCRIPTA ANECDOTA  
ANTIQUISSIMORUM GLOSSATORUM

SCILICET

RAINERII DE PERUSIO - ROFREDI BENEVENTANI - ANSELMII DE ORTO  
.HUGOLINI - IOHANNIS BASSIANI - ALIORUMQUE

PRAEIT

HINCMARI REMENSIS COLLECTIO DE ECCLESIIS ET CAPPELLIS

ACCEDIT

BONCOMPAGNI RHETORICA NOVISSIMA

PRODEUNT CURANTIBUS

AUGUSTO GAUDENTIO - IOHANNE BAPTISTA PALMERIO  
FRIDERICO PATETTA - IOHANNE TAMASSIA - VICTORIO SCIALOIA



BONONIAE

IN AEDIBUS PETRI VIRANO OLIM FRATRUM TREVES

ANNO MDCCCLXXXII

BIBLIOTHEQUE CUJAS



D

060 482050 5







619

BIBLIOTHECA IURIDICA MEDII AEVI

---

VOLUMEN II





2

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT





STANFORD UNIVERSITY LIBRARY

1911

AUGUSTUS CALVERT

THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA LIBRARY

ALBANY, N. Y. 12214

SCRIPTA AZECOTA

ALBANY, N. Y. 12214

GLASSBORO, N. J.

ALBANY, N. Y. 12214

THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA LIBRARY

VOLUME 1



UNIVERSITY

STANFORD UNIVERSITY LIBRARY

ALBANY, N. Y. 12214



BIBLIOTHECA IURIDICA MEDII Aevi

EDIDIT

AUGUSTUS GAUDENTIUS

---

SCRIPTA ANECDOTA  
GLOSSATORUM

---

VOLUMEN II.



BONONIAE

IN AEDIBUS PETRI VIRANO OLIM FRATRUM TREVES

ANNO MDCCLXXXII



SCRIPTA ANECDOTA  
ANTIQUISSIMORUM GLOSSATORUM

SCILICET

RAINERII DE PERUSIO - ROFREDI BENEVENTANI - ANSELMII DE ORTO

HUGOLINI - IOHANNIS BASSIANI - ALIORUMQUE

PRAEIT

HINCMARI REMENSIS COLLECTIO DE ECCLESIIS ET CAPPELLIS

ACCEDIT

BONCOMPAGNI RHETORICA NOVISSIMA

PRODEUNT CURANTIBUS

AUGUSTO GAUDENTIO - IOHANNE BAPTISTA PALMERIO

FRIDERICO PATETTA - IOHANNE TAMASSIA - VICTORIO SCIALOIA



BONONIAE

IN AEDIBUS PETRI VIRANO OLIM FRATRUM TREVES

ANNO MDCCCLXXXII

Bononiae - Typis A. Zamorani et G. Albertatii



INDEX

UNIVERSITATI DOCTORUM ET SCHOLARIUM  
DUBLINI COMMORANTIUM

ANNO MDCCCLXXXII

TERTIA SAECULARIA SOLLEMNITER AGENTI

AUGUSTUS GAUDENTIUS

DOCTOR UNIVERSITATIS BONONIENSIS

D. D.

UNIVERSITATE DUCORUM ET SCHOLARUM

DIUINI COMMORATIUM

ANNO MDCCCLXXII

TERTA SACRUM ANA SOLLEMNITER AGENTI

AUGUSTUS GAUDENTIS

DOCTOR UNIVERSITATIS BONONIENSIS

D. D.



# INDEX

---

Hincmari Remensis Collectio de ecclesiis et cappellis curante Augusto Gaudentio . . . . .	PAG. 7
Rainerii de Perusio Ars notaria curante Augusto Gaudentio . . . . .	» 25
Rofredi Beneventani Summula de pugna curante Friderico Patetta . . . . .	» 75
Anselmi de Orto Juris civilis instrumentum curante Victorio Scialoja . . . . .	» 85
Abbreviatio institutionum curante Friderico Patetta . . . . .	» 117
De verbis quibusdam legatibus curante Friderico Patetta . . . . .	» 129
Antiquissimorum glossatorum distinctiones. — Collectio Senensis curante Johanne Baptista Palmerio . . . . .	» 139
† Hugolini Summa super usibus feudorum curante Johanne Baptista Palmerio ( <i>opus s. . de Hestunsi.</i> ) . . . . .	» 181
Questiones in schola Bulgari disputate curante Friderico Patetta . . . . .	» 195
Johannis Bassiani Libellus de ordine iudiciorum curantibus Johanne Tamassia et Johanne Baptista Palmerio . . . . .	» 211
Boncómpagni Rhetorica Novissima curante Augusto Gaudentio . . . . .	» 249

---

# INDEX

1	Introduction
2	Chapter I
3	Chapter II
4	Chapter III
5	Chapter IV
6	Chapter V
7	Chapter VI
8	Chapter VII
9	Chapter VIII
10	Chapter IX
11	Chapter X
12	Chapter XI
13	Chapter XII
14	Chapter XIII
15	Chapter XIV
16	Chapter XV
17	Chapter XVI
18	Chapter XVII
19	Chapter XVIII
20	Chapter XIX
21	Chapter XX
22	Chapter XXI
23	Chapter XXII
24	Chapter XXIII
25	Chapter XXIV
26	Chapter XXV
27	Chapter XXVI
28	Chapter XXVII
29	Chapter XXVIII
30	Chapter XXIX
31	Chapter XXX
32	Chapter XXXI
33	Chapter XXXII
34	Chapter XXXIII
35	Chapter XXXIV
36	Chapter XXXV
37	Chapter XXXVI
38	Chapter XXXVII
39	Chapter XXXVIII
40	Chapter XXXIX
41	Chapter XL
42	Chapter XLI
43	Chapter XLII
44	Chapter XLIII
45	Chapter XLIV
46	Chapter XLV
47	Chapter XLVI
48	Chapter XLVII
49	Chapter XLVIII
50	Chapter XLIX
51	Chapter L
52	Chapter LI
53	Chapter LII
54	Chapter LIII
55	Chapter LIV
56	Chapter LV
57	Chapter LVI
58	Chapter LVII
59	Chapter LVIII
60	Chapter LIX
61	Chapter LX
62	Chapter LXI
63	Chapter LXII
64	Chapter LXIII
65	Chapter LXIV
66	Chapter LXV
67	Chapter LXVI
68	Chapter LXVII
69	Chapter LXVIII
70	Chapter LXIX
71	Chapter LXX
72	Chapter LXXI
73	Chapter LXXII
74	Chapter LXXIII
75	Chapter LXXIV
76	Chapter LXXV
77	Chapter LXXVI
78	Chapter LXXVII
79	Chapter LXXVIII
80	Chapter LXXIX
81	Chapter LXXX
82	Chapter LXXXI
83	Chapter LXXXII
84	Chapter LXXXIII
85	Chapter LXXXIV
86	Chapter LXXXV
87	Chapter LXXXVI
88	Chapter LXXXVII
89	Chapter LXXXVIII
90	Chapter LXXXIX
91	Chapter LXXXX
92	Chapter LXXXXI
93	Chapter LXXXXII
94	Chapter LXXXXIII
95	Chapter LXXXXIV
96	Chapter LXXXXV
97	Chapter LXXXXVI
98	Chapter LXXXXVII
99	Chapter LXXXXVIII
100	Chapter LXXXXIX
101	Chapter LXXXXX



HINCMARI REMENSIS

COLLECTIO DE ECCLESIIIS ET CAPPELLIS

ET

ADMONITIO

CONTRA ECCLESIASTICARUM RERUM RAPTORES

ET PAUPERUM OPPRESSORES

EX COD. MS. BIBLIOTHECAE NATIONALIS FLORENTINAE

PRODIT CURANTE

AUGUSTO GAUDENTIO

ADMONITIO

ADMONITIO DE POCULIS ET CAPPELLIS

ADMONITIO

ADMONITIO DE POCULIS ET CAPPELLIS


ADMONITIO DE POCULIS ET CAPPELLIS

ADMONITIO DE POCULIS ET CAPPELLIS

ADMONITIO

ADMONITIO





**D**OMINO Karolo regi glorioso Hincmarus, nomine, non merito, Remorum episcopus ac plebis Dei famulus. Quia in parochia Trecasina de divisione rusticanarum parochiarum a Prudentio episcopo quaedam fuere disposita que multis inconvenientia videbantur et ex quibus ad vos plurimorum pervenere clamores, imposuit mihi venerabilis iussio vestra, quatenus ex hoc que in maiorum statutis pro tempore invenirentur vobis in unum collecta porrigerem. Qua de re, licet hoc quibusdam valeat displicere qui magis eligunt sequi quod eis libenter libet quam quod licenter licet, faciam quod iubetis, sciens ab apostolo commendatum ut omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a Deo. Et quoniam vestra regia sublimitas sacerdotali religioni et cordis et corporis cervicem devote inclinatur, competens est ut et pontificalis auctoritas regiae dignitati cum omni pietatis officio se submittat, sicut sanctus Gelasius ad Anastasium imperatorem ostendit dicens: <sup>1</sup> « Duo sunt, imperator auguste, quibus principaliter mundus hic regitur: auctoritas sacra pontificum et regalis potestas; in quibus tanto gravius est pondus sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus hominum in divino redditori sunt iudicio rationem. Hinc, quantum ad ordinem publicae pertinet disciplinae, cognoscentes imperium tibi superna dispositione datum, legibus tuis ipsi quoque religionis parent antistites, ne vel in rebus mundanis exclusae videantur obviare sententiae. » Et alibi: « Quoniam, sic Christus memor fragilitatis

humanae quod suorum saluti congrueret dispensatione magnifica temperavit, sic actionibus propriis dignitatibusque distinctis officia potestatis utriusque discrevit, suos volens medicinali humilitate salvari non humana superbia rursus intercipi, ut et christiani imperatores pro aeterna vita pontificibus indigerent et pontifices pro temporalium cursu rerum imperialibus dispositionibus uterentur, quatinus spiritualis actio a carnalibus distaret in cursibus, et ideo militans Deo minime se negotiis secularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus divinis presidere videretur qui esset negotiis secularibus implicatus, ut et modestia utriusque ordinis curaretur ne extolleretur utroque suffultus, et competens qualitatibus actionum specialiter professio notaretur ». Et sanctus Augustinus: « Leguntur leges manifeste, ubi preceperunt imperatores eos qui preter ecclesiae catholicae communionem usurpant sibi nomen christianum nec volunt in pace colere pacis auctorem nichil nomine ecclesiae audeant possidere. » Sed quid nobis inquirunt et imperatores? De iure humano hic agitur et tamen apostolus voluit serviri regibus, voluit honorari reges, et dixit: Regem reveremini; noli dicere: Quid mihi et regi? Quid tibi ergo et possessioni? Per iura regum possidentur possessiones et sacri canones et decreta pontificum romanorum <sup>2</sup> multoties pro honore et statu ecclesiae apud reges satagere nos debere ostendunt, sicut qui legerit invenire valebit. Et beatus Gregorius commonitorium ad Iohannem defensorem euntem ad Hispanias totum de legibus imperialibus ad correctionem et constitutionem ecclesiasticarum sanctionum composuit. Et toletanum concilium in causarum definitione legum et canonum sententias iubet exquiri. Obediendum ergo nobis est

<sup>1</sup> Pseudois. p. 639. — <sup>2</sup> Cod. rep. sacri canones et decreta

pontificum romanorum.

regibus pietatis cultui et religione, et iure, et solacio servientibus. Ceterum de hoc, unde hic sermo prestituit adoriri exordium, a nostris est maioribus constitutum.

Sicut episcopus generaliter omnem parrochiam cum omnibus rusticanis parrochiis quas per tricennium inconcusse possedit, in sua ordinatione non autem in exordinatione habet, ita unusquisque presbiter parrochiam suam cum dote aecclisiae in suae ordinationis ac dispensationis cura cum episcopi consilio ac dispositione secundum regulas divinitus et antiquitus constitutas habeat. Dionisius papa ad Severum archiepiscopum (hic primus divisit Romae parrochias:) « De aecclisiis parrochianis, unde apostolicam sedem consulere voluisti qualiter sint custodiendae per Cordubensem provintiam ac dividendae sacerdotibus, nichil tuae caritati melius nobis videtur intimari, quam ut sequaris quod nos in romana aecclisia nuper egisse cognoscitur. Aecclisias quidem singulis presbiteris dedimus, parrochiasque et cimiteria eis divisimus, et unicuique ius proprium habere statuimus; ita videlicet ut nullus alterius parrochiae terminos aut ius invadat, sed unusquisque suis terminis contentus sit; et taliter aecclisiam et plebem sibi commissam custodiat ut ante tribunal aeterni iudicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat, et non iudicium sed gloriam pro suis actibus accipiat. Hanc quoque normam, carissime, te et omnes episcopos sequi convenit, et quid tibi scribitur omnibus quibuscumque potueris notum facias, et non specialis sed generalis fiat ista preceptio.<sup>1</sup> » Hinc et in primo libro imperialium ac sinodaliu capitulorum domni Karoli et Lodovici scriptum est: « ut terminum habeat unaquaque aecclisia de quibus villis decimam recipiat. »

#### De ordinatione clericorum.

De presbiterorum quoque in singulis aecclisiis ordinatione atque stabilitate calcedonense concilium<sup>2</sup> precipit nullum absolute ordinari debere presbiterum aut diaconum nec quemlibet in gradu ecclesiastico, nisi specialiter aecclisia civitatis aut possessionis aut martirii aut monasterii qui ordinandus est pronuntietur. Et Leo ad Aquileiensem episcopum:<sup>3</sup> « Illam partem aecclisiasticae disciplinae quae olim a sanctis patribus et a nobis sepe decreta est, ut nec in presbiteratus gradu nec in diaconatus ordine, nec in subsequenti ordine clericorum ab aecclisia ad aecclisiam cuiquam transire sit liberum in integrum revoces admonemus, ita ut, si quis, sua querens non quae Ihesu Christi ad plebem suam et ad aecclisiam suam redire neglexerit, et ab honoris privilegio et a communionis vinculo habeatur extraneus. »

#### De potestate quam habent episcopi erga aecclisias et parrochias.

Quia vero presbiterorum, unde nunc agitur, ordinatio, et aecclisiarum consecratio atque facultatum et dotum

ad easdem aecclisias pertinentium dispositio secundum canonum antiquam consuetudinem ad episcoporum ordinationem, non autem ad exordinationem vel divisionem aut confusionem, et ad presbiterorum, sub episcopi ordinatione et dispensatione, pertineant, sinodus Antiocena capitulo VIII<sup>o</sup> denonstrat, et ex eo Toletanum manifestat concilium dicens: « Multi contra canonum constituta sic aecclisias quas edificaverant postulant consecrari ut dotem quam eisdem aecclisiis contulerint, censeant ad episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum et in preteritum displicet et in futuro prohibetur. Sed omnia iuxta constitutionem antiquam ad episcopi ordinationem et potestatem pertineant. » Hanc constitutionem antiquam anthiocenum decrevit concilium dicens:<sup>4</sup> « Unusquisque episcopus habeat suae parrochiae potestatem, ut regat iuxta reverentiam singulis competentem et providentiam gerat omnis possessionis quae sub eius potestate est, ita ut presbiteros et diaconos ordinet et singula suo iudicio comprehendat. » Ubi notandum quod signanter est dictum: « Unusquisque episcopus habeat suae parrochiae potestatem ut regat iuxta reverentiam singulis competentem »; quo dicto et negligentiae omnis incuria et omnis presumptionis ac priorum libidinum indebita libertas excluditur. Et in sinodo Calcedonensi scriptum est: « De tricennali lege. Singularum ecclesiarum rusticas parrochias vel possessiones manere debere inconcussas illis episcopis qui eas retinere noscuntur, et maxime si per tricennium eas absque vi optinentes sub dispensatione rexerint, decernimus. Quod si intra tricennium facta fuerit de his vel fiat altercatio, licere eis qui se lesos asserunt apud sanctam sinodum provintiae certare. » Hinc et in decretis Gelasii papae scriptum est: « Illud etiam adnecti placuit, ut facultates aecclisiae nec non et dioceses ab illis a quibus possidentur episcopis iure sibi vendicentur, quas tricennalis lex conclusit. Quia et filiorum nostrorum principum ita emanavit auctoritas, ut ultra triginta annos nulli liceat pro id appellare, quod longum tempus exclusit. » Et in concilio Africano scriptum est: « Si de parrochia nondum est finita contentio, ille inde discedat quem constiterit pretermisissis iudicibus aecclisiasticis inruisse. Si autem ille aliquam questionem retulerit, per episcopos iudices causa finiatur, sive quos eis primates dederint, sive quos ipsi vicinos ex consensu primatis elegerint. Sane, si episcopi inter quos causa versatur diversarum sunt provintiarum, ille primas det iudices in cuius provintia est locus de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint, aut unus eligatur aut tres. Et si tres elegerint aut omnium sententiam sequantur aut duorum. A iudicibus autem quos communis consensus elegerit non liceat provocari. Et si quis probatus fuerit pro contumacia nolle optemperare iudicibus, cum hoc primae sedis episcopo fuerit probatum, det litteras ut nullus ei communicet episcoporum donec optemperet. »

<sup>1</sup> Pseudois, p. 196. — <sup>2</sup> Can. VI. — <sup>3</sup> Pseudois, p. 575. —

<sup>4</sup> *In marg.* Non permittam dos esse clericos.



Ad quod instar, inter se certantibus de parrochia rusticana presbiteris, episcopus iudices dare debet secundum Anthioceni concilii capitulum VIII<sup>um</sup> ubi dicitur: « Unusquisque episcopus habeat suae parrochiae potestatem, ut regat iuxta reverentiam singulis competentem, et providentiam gerat omnis possessionis que sub eius est potestate, ita ut presbiteros ordinet et diaconos et singula suo iudicio comprehendat ». Si autem presbiteri, exigente ratione, ab ipsis iudicibus ad maioris auctoritatis iudices secundum quintum decimum capitulum Affricani concilii appellare voluerint, vel adversus proprium episcopum inde queri debere viderint, secundum prefatum capitulum Anthioceni concilii pro hac causa sicut et pro aliis quibuscumque quibus se lesos existimant, ad metropolitanum debent concurrere, vel secundum VIII<sup>um</sup> capitulum Calcedonensis concilii, sinodum petant, quo dicitur: « Si clericus habet causam adversus episcopum proprium vel adversus alterum, apud sinodum provinciae iudicetur, et metropolitanus maioris auctoritatis iudices secundum Affricanum concilium dabit, ut causa per episcopos iudices finiatur, sive quos conquerentibus primas dederit, sive quos ipsi vicinos ex consensu delegerint ». Si autem adversus metropolitanum quilibet clamaverit, sicut sanctum Nicenum concilium decrevit, congregatis simul omnibus episcopis provinciae discutiantur questiones, et sic ligatio vel actio a metropolitano vel alio quolibet episcopo maneat, usquequo vel in communi vel episcopo placeat humaniorem pro talibus ferre sententiam. Durum enim valde videtur, ut metropolitanus vel primas provinciae qui alios debet corrigere non sufferat, si ut homo excesserit, a confratribus corrigi. Excepto, si talis causa extiterit, pro qua de ordine debeat iudicari. Et si necesse viderit, tunc in iudicio apostolicam sedem appellet; quod commune est omnibus necessitatem patientibus episcopis, decernentibus sacris regulis qualiter et a quibus eadem appellatio agi et exequi debeat, presertim cum apostolus subiectos invicem nos in timore Christi esse debere precipiat, et sicut sanctus Hilarius dicit: « Reatu maiore delinquit qui potiore honore perfruitur, et graviora facit vitia peccatorum sublimitas dignitatum ». Unde sequendum est capitulum XVII<sup>um</sup> Aurelianensis concilii quo dicitur: « Si metropolitanus a quocumque provinciali episcopo bis fuerit causa propria appellatus, et eum audire distulerit, ad proximam sinodum quae constituetur, negotium suum in concilium habeat licentiam exercendi, et quicquid pro iustitia a provincialibus statutum fuerit, studeat observare ».

Sed et Nichenum concilium generaliter et sine ulla exceptione precipit, ut communiter omnibus simul episcopis congregatis provinciae, discutiantur questiones, et quod regulariter in communi placuerit hoc omnes tam metropolitanus quam ceteri sequantur episcopi. Et Anthiocenum concilium provinciales episcopos metropolitani, et metropolitanum provincialium coepiscoporum consilio, agenda, sicut ibidem est designatum, iubet peragere. Si autem et inter episcopos provinciae de parrochia vel de alio quo-

libet negotio orta fuerit questio, primas provinciae, ut premisimus, iudices episcopos dare debet. Unde et Innocentius papa ad Florentinum episcopum tiburtinensem dicit: <sup>1</sup> « Non semel sed aliquoties clamat scriptura divina transferri non oportere terminos a patribus constitutos, quia nefas est, si quod semper alter possedit alter invadat: quod tuam bonitatem frater et coepiscopus noster Ursus adserit perpetrasse ». Et paulo post: « Quod si verum est, non leviter se incurrisse cognoscas. Unde, si declinare cupis tantae usurpationis invidiam, nostris litteris admonitus, te convenit abstinere. Certe, si aliquid tibi credis iusticiae suffragari, integris omnibus et in pristino statu manentibus, post dies venerabilis paschae adesse debebis, ut memorati possis intentionibus respondere, partibusque in medio collocatis, quid antiquitas aut veritas habeat requiramus ». Sed et leges romanae et beatus Gregorius multoties sicut et in epistola ad Fortunatum neapolitanum episcopum ab utrisque partibus electorum, aut a primatibus deputatorum iudicio intentiones inter ecclesiasticos viros vel quoslibet cum ecclesiasticis personis, veritate cognita salubrem, accipere finem demonstrat; et quia ea quae sunt olim laudabiliter statuta dissolvi non debeant vel temere absque concilii diffiniente sententia parrochiae antiquitus deputatae non debeant dividi vel presumi, idem Sanctus Gregorius in epistola ad Victorem et Columbum episcopos Numidiae luculenter ostendit. Haec de antiquis ecclesiis atque parrochiis sunt a maioribus constituta. Denique in Calcedonensi concilio scriptum est « ut, si civitas imperiali potestate novata est, aut si protinus innovetur, civiles dispositiones et publicae aecclesiarum quoque parrochiarum ordines subsequantur ».

#### De dote aecclesiae.

Et sanctus Gregorius Passivo episcopo scribit dicens: <sup>2</sup> « Anio, comes castri Apruciensis, firmensis aecclesiae petitoria nobis insinuatione suggestit, que habetur in subditis, in suprascripto castro oratorium se sumptu pro sua devotione fundasse, quod in honore beati Petri apostolorum principis desiderat consecrari. Et ideo, frater karissime, si in tuae dioceseos, in qua visitationis impendis officium, memorata constructio iure consistit, et nullum corpus ibidem constat humatum, percepta primitus donatione legitima, id est fundos, campulos cum conduma <sup>3</sup> una cum ceteris quae ibi secuntur, presentialiter liberos a tributis fiscalibus solidos sex gestisque municipalibus alligata, predictum oratorium sollempniter consecrabis presbiterumque te illic constituere volumus cardinalem, ut quotiens prefatus conditor fieri sibi missas voluerit vel fidelium concursus exegerit, nichil sit quod ad sacra missarum sollempnia exhibenda valeat impedire; sanctuaria vero suscepta sui cum reverentia collocabis ».

<sup>1</sup> Pseudois. p. 545. — <sup>2</sup> Ep. lib. XII. 11. — <sup>3</sup> Cod. cum oduma.



### De villis et aeclesiis novis.

Et quia, ut Anthiocena sinodus dicit: « Perfectum illud concilium est ubi interfuerit metropolitanus antistes », hinc in libro primo sinodaliu[m] episcoporum a multis metropolitanis cum suffraganeis suis tempore domni Karoli et Ludovici scriptum est, « Statutum est (de) villis novis et aeclesiis noviter constitutis ut decimae de illis ad easdem aeclesias conferantur. <sup>1</sup> »

### De capellis et dote earum.

Et in secundo libro, capitulo XLVII<sup>2</sup>: « Ecclesiae antiquitus constitutae nec decimis nec ulla possessione priventur. » Et in eodem<sup>3</sup>: « Aeclesiae antiquitus constitutae nec decimis nec aliis possessionibus priventur ita ut novis oratoriis tribuantur. » Quae nova oratoria, si necesse est populo edificari propter aquas que hiemis tempore solent crescere, vel si forte sit silva in medio aut palus aut talis longitudo ut feminae pregnantis et homines infirmi ad metropolitanam aeclesiam venire non possint, eis, si ita unanimitas coepiscoporum nostrorum plebium infirmitatibus consulendo consenserit, capella subiecta antiquae aeclesiae fiat et presbiter cum tabula a suo episcopo sacrata illuc pergens illis qui ad matricem aeclesiam convenire non poterunt officio debito consulere curet. In cuius capellae circuitu sepis sit, ut domus Dei, pro possibilitate honeste edificata, cum honestate in circuitu suo consistat. Et tantum atrii habeat, ubi pauperuli qui suos mortuos longius efferre non possunt, eosdem ibi sepelire valeant. Sitque ibi corticulae locus, ubi presbiter possit descendere et caballum suum habere, atque matricularius possit manere; et presbiter, si de ipsa villa ad suam domum, tunc temporis decimam non poterit ducere, usque ad tempus congruum eam ibi salvam possit habere. Et si amplius non possit, vel unum iugerum de terra ipsa capella habeat, unde matricularius ipsius capellae vivere possit. In quibus vero locis fidelium devotio tanta est, ut amplius religioni sit additum collaudamus. Ubi autem paupertas aut indevotorum duritia maior fuerit quam esse debeat, ne graves aut improbi episcopi videamur, hoc tantum satisfaciat nobis remedium et non sit parrochiam opus dividere.

Contra haec in parrochia Trevasina et in aliis etiam parrochiis sequentes domini Prudentii dispositionem, quidam episcopi cum eodem Prudentio inconvenienter interpretantes caput XIII<sup>um</sup> Aurelianensis concilii quo dicit: <sup>4</sup> « Omnes basilicae quae per diversa constructa sunt vel cotidie construuntur placuit secundum priorum canonum regulam ut in cuius territorio positae sunt potestate consistant »; et concilii Toletani capitulum XVIII. <sup>5</sup>: « Multi contra canonum sic aeclesias quas edificaverant postulant consecrari, ut dotem quam eisdem aeclesiis contulerint censeant ad episcopi ordinationem non pertinere, quod factum et in preteritum displicet et in futuro prohibetur. Sed omnia

iuxta constitutionem antiquam ad episcopi ordinationem et potestatem pertineant », occasione accepta, quasi vetusta sit aut destruta aeclesia et in eo loco ubi antea fuerat non valeat reedificari, quia propter humata corpora non poterit consecrari, ingenio quocumque partem terrulae adquirunt ubi edificetur aeclesia, et hoc concludio sue potestati cum turpi lucro, quod est ut Augustinus exponit per varias circumventiones et occasiones lucrandi causa inhoneste res quaslibet congregari, a sacra auctoritate terribiliter vetito, contra sacras regulas facientes, parrochias antiquitus constituta sibi vendicant, aut inrationabiliter dividunt, cum dicat capitulum LXVI<sup>um</sup> Africani concilii: « Placuit et illud ut plebes quae nunquam habuerunt proprios episcopos, nisi ex concilio plenario uniuscuiusque provinciae et primatis, atque consensu eius ad cuius diocesim eadem aeclesia pertinebat decretum fuerit, minime accipiant. » Quod et de rusticanis aeclesiis est observandum, quia sicut episcopi ita et presbiteri canonice, ut supra ostendimus, decretam in designatis sibi titulis ordinationem pro officii qualitate suscipiunt. Quapropter, sicut Innocentius papa ad Decentium Egubinum scribit episcopum, « <sup>6</sup> si instituta aeclesiastica ut sunt a beatis apostolis tradita integra vellent servare domini sacerdotes, nulla diversitas, nulla varietas in ipsis ordinibus et consecrationibus haberetur, sed dum unusquisque non quod traditum est, sed quod sibi visum fuerit hoc existimat esse tenendum, inde diversa in diversis locis vel aeclesiis aut teneri aut celebrari videntur. Et fit scandalum populis, qui, dum nesciunt traditiones antiquas humana presumptione corruptas, putant sibi aut aeclesias non convenire aut ab apostolis vel apostolicis viris contrarietatem inductam.

### De auctoritate romanorum pontificum.

« Quis enim nesciat aut non advertat, id quod a principe apostolorum Petro romanae aeclesiae traditum est ac nunc usque custoditur ab omnibus debere servari, nec superduci aut introduci aliquid quod aut auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum, presertim cum sit manifestum in omnem Italiam, Gallias, Hispaniam, Affricam atque Siciliam insulasque interiacentes nullum instituisse aeclesias nisi eos quos venerabilis Petrus aut eius successores constituerunt sacerdotes? Aut legant si in his provinciis alius apostolorum invenitur aut legitur docuisse; quod si non legunt quia nusquam inveniunt, oportet eos sequi hoc quod aeclesia romana custodit a qua eos principium accepisse non dubium est, ne dum peregrinis assertionibus student caput institutionum videantur amittere. »

Propterea qui contra haec constituta, quae de parrochiarum distributione et presbiterorum in eis constitutione, qui consilio et dispositione sui episcopi dotes aeclesiae et parrochiarum decimas sub divino timore di-

<sup>1</sup> Anegisi cap. lib. I. c. 87. — <sup>2</sup> Ibid. lib. II. c. 45. — <sup>3</sup> lib. II. c. 34.

— <sup>4</sup> Pseudois. p. 338. — <sup>5</sup> Pseudois. p. 360. — <sup>6</sup> Pseudois. p. 527.



spensare debent, veneunt, et prohibita non verentur admittere, videant quid Leo papa decernat in epistola ad omnes episcopos per universas provincias constitutos: « Ne quid sit quod premissum a nobis forte credatur omnia decretalia constituta tam beatae recordationis Innocentii quam omnium decessorum nostrorum quae de aeclesiasticis ordinibus et canonum promulgata sunt disciplinis ita a vestra dilectione custodiri debere mandamus, ut si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegari. » Et paulo superius: « Hoc vobis admonitio nostra denuntiat, quod, si quis fratrum contra hec constituta venire temptaverit et prohibita fuerit ausus admittere, a suo se noverit officio submovendum nec communionis nostrae futurum esse consortem qui socius esse noluit disciplinae. » Et in Carthaginensi concilio Gratus episcopus dixit: « Si quis statuta supergressus corruperit vel pro nichilo habenda putaverit, si laicus est communionem, si clericus honore privetur. » Universi dixerunt: « Placet ». Quibus sententiis manifestissime constat et evidenter ostenditur, quia non licet nobis pro libitu nostro antiquarum aeclesiarum privilegia pro novis oratoriis convellere vel transmutare, nec parochias antiquitus constitutas vel distributas dividere, etiam si consulendo necessitati vel utilitati plebis aut cuiuscumque religiosi devotioni, capellam in parochiam antiquitus constituta consenserimus edificari. Ideo et sanctus Gregorius in epistola ad Fortunatum episcopum neapolitanum ostendit dicens: « Fraternitati vestrae non putamus esse incognitum quia Romanus, clarissimae memoriae vir, per ultimae suae voluntatis arbitrium in domo iuris sui aeclesiam quae in civitate vestra sita est edificari deputavit. Et quia, Deo miserante, defuncti noscitur voluntas impleta, sanctitas vestra illuc ingranter accedat. Et, si nullum ibidem constat corpus humatum, locum ipsum in honore sanctorum Ermes, Sebastiani, Ciriaci et Pancratii sollempniter studeat abque missis publicis cum veneratione debita consecrare, ita ut in eodem loco nunquam baptisterium construatur, nec presbiterum constituas cardinalem; sed quotiens missas ibi degentes illic monachi fieri voluerint, a dilectione vestra presbiterum noverint postulandum quatenus nichil tale a quolibet alio sacerdote ullatenus presumatur. Verum, si de his aut huiusmodi vel de aliis quibuscumque rebus talia in regionibus nostris conveniunt seu eveniunt quae in illis regionibus non convenerunt vel evenerunt in quibus sacri canones fuere decreti per remedia oportuna et necessitatibus congruentia, ita secundum Anthiocenum concilium provinciales episcopi cum metropolitanis consilio et metropolitanus cum coepiscoporum consilio, illuminante sancto spiritu, sub constitutis rigidiora queque vel severiora regulariter prevalent temperare, ut a constitutis in nullo debeant deviare. » Hoc ipsum Sancto Leone papa ad Rusticum narbonensem episcopum: « Sicut » inquit « quedam sunt quae nulla possunt ratione convelli, ita multa sunt quae aut consideratione aetatum aut pro necessitate rerum aut pro

oportunitate temporum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in his quae dubia fuerint vel obscura id noverimus sequendum, quod nec preceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum inveniatur adversum. »

Unde rationabilius esse videtur, ut antiquae aeclesiae, si in eodem loco ita possunt emendari ut necesse non sit cum transmutatione altaris, eas a novo sacrari, emendantur, et in parietibus et in contignationibus et in tectis atque sartatectis seu in pavementorum compositionibus, et sicut antiquitus fuerant constitutae quam diutius privilegio conservato consistant. Quae non propterea quoniam in eis Christianorum corporum sunt sepulta, si aliter bene stare vel emendari possunt, alibi debent transferri, quoniam caput vere Christianorum Christus est, et ecclesia quae est corpus Christi cum sanctis angelis de Christianis tam viventibus quam et defunctis consistit, sicut corpus ex diversis constare membris dinoscitur. De quorum meritis qui nos iam ad dominum precesserunt, sine evidentibus iudiciis nobis periculosum est iudicare. Tutius igitur est illius venerari et expectare iudicium, cui omnia vivunt et cui, moriendo, corpora nostra non pereunt sed in melius commutantur. Nam et reliquie martirum et confessorum Christi seu virginum ceterorumque sanctorum post consecrationem aeclesiae vel altaris, in altari quod est imago corporis ac Christi sepulcri, cum iocunditate psallentium reponuntur, incipiente episcopo: « Exultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus, » et nobis incertum est adhuc in carne degentibus cuius sunt meriti omnes in aeclesia sepulti. Misterium autem quia nova aeclesia non sacratur quae ideo aeclesia dicitur quoniam conventus populi fidelis, qui vere est Dei aeclesia, ad divina celebranda misteria illuc soleat convenire, si ibidem est corpus humatum, sed post consecrationem corpora et reliquiae sanctorum in ea ponuntur. A mundi exordio et in ipso etiam paradiso qui Adam per peccatum mortale effectum et ad defensionis latibula declinantem non tenuit, latronem vero confitentem Christique passione redemptum cum ipso Dei et hominum mediatore homine Christo Iesu promittente: « Hodie mecum eris in paradiso, » qui portas inferni confregit et non solum aditum nobis eiusdem paradisi patefecit, verum et ianuam regni celestis reseravit quasi post magnam sollempnitatem dedicationis recepit, tipice demonstrat quia perseverantes in fide recta et operibus bonis, et defuncti in unitate aeclesiae cum resurrectionis apparente gloria novissima inimica destructa fuerit mors, cunctis simul animae carnisque corruptionibus exuti, et ab omni labe mortalitatis excocti, mox peracto iudicio ad videndam perpetuo creatoris sui faciem aulam regni celestis ingredientur domino decantantes: « Disrupisti vincula mea t. s. h. l. v. m. d. r. in atriis domus domini in conspectu o. p. e. in atriis tuis Iherusalem. Nam quod proficiat quibusdam sepultis in aeclesia et quod quibusdam officiat, in libro beati Augustini de cura pro mortuis, et in libro dialogorum sancti Gregorii inve-



nimus. Ex quibus discimus morem iam tunc fuisse in aecclesiis homines sepeliri, et non ob id, si aliter constare poterant, easdem aecclesias destrui vel transferri sicut et aecclesia sancti Petri iudicio est, in qua multa corpora hominum et quorundam forte non electorum sepulta sunt.

Si autem ecclesia vetusta aut destructa ita in pristinum statum restaurari vel emeliorari non potest ut consecratione non indigeat, videtur nobis, diffinitionibus patrum inspectis, ut propinquissimus et conveniens locus optinendus sit ab episcopo, ubi ita aecclesia a novo fieri possit ut ibidem nullum sit corpus humatum, et ita consecrari valeat, et non pro ulla indecenti occasione sua cuiquam ecclesia tollatur, neque decima vel parochia indebite abripiatur vel dividatur, aut antiqua aecclesia suo privilegio fraudetur. Sed et si longius necesse fuerit aecclesiam transferri quia aut latrones a villa remotum infestant presbiterum, vel quia aquosus est locus ut ibidem mortui convenienter sepeliri non valeant, et alibi antiquum martirium non habetur aut presbiter prope aecclesiam manere non potest, vel quia apud coheredes lex et honor aecclesiae debitus optineri non potest, sive pro alia qualibet certa et rationabili necessitate, non debet episcopus in translatione illius se demonstrare turpis lucri esse cupidum sed necessitati presbiteri et commoditati populi consulentem. Qua de re quid inter alia plurima ac pernecessaria in generali sinodo apud Wormaciam civitatem sit constitutum de aecclesiis, quae inter coheredes divisae sunt, et de destructis aecclesiis hic ponere necessarium duxi, ut qui humilis et mitis magistri discipulus sumus dicentis: « Discite a me quia mitis sum et humilis corde » nosmet ipsos dominationi non tradamus neptis superbiae quae appellatur novitatum presumptio. Scriptum est enim in prefata sinodo, cuius promulgationes magnopere sunt sequendae, si secundum diffinitionem canonicam perfecta debet haberi sinodus in qua metropolitanus cum suis est suffraganeis, capitulo II, imperante Ludovico Augusto, anno XVI: « De aecclesiis quae inter coheredes divisae sunt, consideratum est quatinus, si secundum providentiam et admonitionem episcopi ipsi coheredes eas voluerint tenere, et honorare faciant; si autem hoc contradixerint, ut in episcopi potestate maneat utrum eas ita consistere permittat, aut reliquias exinde auferat, et ubi ad beneficium nostrum aecclesiae pertinentes ita inventae divisae fuerint, ut describantur et nobis renuntietur. » In hoc capitulo non habetur scriptum, ut aecclesias divisas inter coheredes episcopus ab eis tollere et de ipsis aecclesiis reliquias auferre debeat, si ipsi coheredes eas tenere et honorare voluerint. Nec habetur in hoc capitulo scriptum, ut aecclesias de beneficio regis vel de episcopatibus seu de monasteriis quae beneficia regis sunt a Deo sibi commendata ad defensandum atque dispensatoribus congruis commendandum, quilibet episcopus inconsulte destruere debeat.

Sed et de huius capituli loco, ubi de aecclesiis inter coheredes divisis memorat, iam in sinodo apud Parisios

collationem habuimus et communi consensu invenimus, quia ipsi coheredes et censibus et exeniis ac pastis vel paraveredis seu caballorum pastis unusquisque de sua parte affligebat presbiteros, ut simul cum misso episcopi, et si necesse foret cum misso regis, convenirent heredes et quantum unicuique competeret de sua portione daret, et simul omnes de hoc quod coniacerent cartam ad ipsam aecclesiam Deo et sancto eius in cuius honore sacrata vel sacranda erat pro dote simul omnes donarent et subscriptionibus coram testibus ex more firmarent, ut nec ipsi nec illorum heredes illa quae tradita erant ipsi aecclesiae postea in proprium dividere possent, nec servitium aliquod nisi spirituale inde exigerent, sed ipsa aecclesia cum dote sua et decima sic sub immunitate existeret et ad episcopi dispositionem atque ad presbiteri dispensationem pertineret, sicut domnus Imperator Ludovicus de manso ad aecclesiam dato et ceteris ad eam pertinentibus constituit, qua sollempni roboratione perfecta, coheredes debitum obsequium et honorem de sua haberent aecclesia. Et hoc ex auctoritate beati Gregorii simul considerantes, decrevimus, ut de multis unum ponamus exemplum quod faciat ad perceptionem dotis consecrandae aecclesiae secundum devotionem et possibilitatem petentium et ad defensionem, quia antiquae aecclesiae pro novis oratoriis suum non debeant perdere privilegium, et ad demonstrationem ordinationis et potestatis episcopi de aecclesiis in suo territorio constitutis « Gregorius Passivo episcopo. Valerius notarius aecclesiae fraternitatis tuae petitoria nobis insinuatione suggestit quod habetur in subditis, in fundo Visiniano iuris sui iuxta muros civitatis firmanae oratorium se pro sua devotione fundasse, quod in honore beati martiris Savini desiderat consecrari. Et ideo, frater carissime, si in tuae parochiae memorata constructio iure consistit, et nullum corpus ibidem constat humatum, percepta primitus donatione legitima, idest in reditu sol. III. liberos a tributis fiscalibus, gestisque municipalibus alligata, predictum oratorium atque missis publicis solemniter consecrabis, ita ut in eodem loco nec futuris temporibus baptisterium construatur, nec presbiterum constituas cardinalem. Et si missas ibi fieri voluerit, a dilectione tua presbiterum noverit postulandum quatenus nichil tale ab alio quolibet sacerdote ullatenus presumatur. » Sunt hinc et alia documenta a beato Gregorio et ab aliis pontificibus pluraliter constituta, in quibus non uniformiter dotes aecclesiarum sunt in illis regionibus designate, sed pro offerentium ut diximus devotione et possibilitate perceptae.

Hoc vero modis est omnibus procuratum, ut quamquam diverso modo, loco tamen pro sui qualitate et quantitate rationabiliter constare valerent. Unde in sinodo Aurelianensi tempore Hildeberti capitulo XXXII habetur: « Si quis in agro suo oratorium fecerit et habet aut postulat habere diocesim, primum et terras ei deputet sufficienter et clericos qui ibidem sua officia impleant, ut sacratis locis reverentia condigna tribuatur, et nusquam



invenitur ab aliquo romano pontifice, neque a sinodali decreto statutum, ut tradantur aeccliesiae ab aedificatoribus suis episcopi matrici aeccliesie pro hoc ut debeant consecrari, cum consecratio specialis sit gratia quam ad premium dari non licet; neque invenitur ut ita sub potestate episcopi maneant, quatenus edificatores ipsarum aeccliesiarum domini nomine et funditus debito earum priventur obsequio. Nam et in prediis aliarum aeccliesiarum tam de episcopiis quam et de monasteriis ex antiquo aedificatae sunt et edificantur aeccliesiae pro oportunitate et convenientia populi in parrochiis nostris cum consensu uniuscuiusque parrochie episcopi, sicut sacri canones decreverunt. Et non invenitur ut aeccliesiae rebus aeccliesiasticis dotatae pro consideratione debeant tradi episcoporum aeccliesiis, sed invenitur ut perceptis dotibus, gestisque municipalibus, ad easdem noviter edificatas aeccliesias alligatis, aeccliesiae ipsae sacrentur, et sub immunitate a tributis fiscalibus libere maneant sub potestate et dispositione episcoporum a regimine ac dispensatione presbiterorum, sicut Leo papa quodam loco demonstrat. Invenimus etiam a regibus et a liberis tam viris quam feminis ad episcopia, ad monasteria, quibuslibet etiam cum aliis rebus aeccliesias testamento facta donatione traditas, verum et cum integris villis inter quoslibet commutatas, quod a nostris maioribus non legimus contradictum; semper tamen in gubernatione ac dispositione presbiterorum fuisse aeccliesias, sed et ipsos presbiteros episcopis canonice fuisse subiectos relegimus, didicimus, audivimus, cognovimus, atque tenemus, sicut in Laudicensi sinodo, capitulo LVI dicitur: « ut presbiteri preter consilium episcopi nichil agant » et in Carthaginensi atque in Anthioceno concilio: « Si quis presbiter contra episcopum suum inflatus scisma fecerit, anathema sit, et locum amittat: si querimoniam iustam adversus episcopum habuerit, inquirendum erit. » Et in Aurasica sinodo capitulo VIII scriptum est: « Si quis episcoporum in alienae civitatis territorio aeccliesiam aedificare disponit, vel pro fundi sui aut aeccliesiastici vel pro quacumque suorum oportunitate, permessa licentia aedificandi quia prohiberi hoc voto nefas est, non presumat aedificationem quae illi omnimodis reservatur in cuius territorio ecclesia assurgit, et reservata aedificatori episcopo hac gratia ut quos desiderat clericos in re sua videre, ipsos ordinet in cuius territorio est, vel, si ordinati iam sunt, ipsos habere adquiescat. Et omnis aeccliesiae ipsius gubernatio ad eum, in cuius civitatis territorio aeccliesia surrexerit, pertinebit. Quod si etiam secularium quicumque aeccliesiam aedificaverit, et alium magis quam eum in cuius territorio edificat invitandum putaverit, tam ipse cui contra constitutionem ac disciplinam gratificare vult, quam omnes episcopi qui ad huiusmodi dedicationem invitantur, a conventu abstinebunt. Si quis excesserit, in reatum devocabitur. Si quis excesserit, ex ordine recognoscat. » Isti sunt canones, ad quos (qui) de Gallicanis dumtaxat se reclamant sicut qui ordinem Gallicanorum canonum legit, intelligit cap. Aurelianensis concilii a quibus-

dam prave interpretatum quo dicitur: « Omnes basilicae quae per diversa constructae sunt vel cotidie construuntur placuit ut, secundum priorum canonum regulam, in eius episcopi in cuius territorio positae sunt potestate consistant. » In cuius episcopi, inquit haec synodus Aurelianensis, territorio positae sunt aeccliesiae, in potestate consistant eius episcopi et non in alterius, secundum priorum canonum regulam et non aliter, id est ut, sicut Anthiocena synodus nono capitulo dicit « unusquisque episcopus habeat suae parrochiae potestatem et regat iuxta reverentiam singulis competentem et providentiam gerat omnis possessionis quae sub eius est potestate, ita ut presbiteros et diaconos ordinet et singula suo iudicio comprehendat. Non autem in alterius episcopi potestate sint aeccliesiae in cuius territorio non sunt positae. » Quia idem Anthiocena synodus capitulo XIII decernit « ut nullus episcopus ex alia provintia audeat ad aliam transgredi, et ad promotionem ministerii aliquos in aeccliesiis ordinare, licet consensum videantur prebere nonnulli, nisi litteris tam metropolitani quam ceterorum qui cum eo sunt episcoporum rogatus adveniat, et sic ad actionem ordinationis accedat. Si vero, nullo vocante, inordinato more deproperet super aliquibus ordinationibus et aeccliesiasticis negotiis ad eum non pertinentibus componendis, irrita quidem quae ab eo geruntur existant, ipse vero in compositi motus sui et irrationabilis audaciae subeat ultionem ex hoc iam dampnatus a sancto concilio.

Ne autem sub aliqua occasione, quasi sibi aeccliesias vendicantes episcopi presbiteros depredarentur, sicut etiam tunc hoc vitium erat exortum, in mox subsequenti capitulo Toletanum concilium dicit « Multorum querela hanc constitutionem exegit, quia cognovimus episcopos per parrochias suas non sacerdotaliter sed crudeliter desevire. Et cum scriptum sit: Forma estote gregi, neque dominantes in clero, exactiones diocesi suae vel dampna infligunt, ideoque excepto quod veterum constitutiones a parrochiis habere iubent episcopos, alia quae huc usque presumpta sunt denegentur. » Et post paululum: « Hi vero clerici tam vocales quam diocesanei, qui se ab episcopo gravari cognoverint, querelas suas ad metropolitanum deferre non differant. Qui metropolitanus non moretur eiusmodi presumptiones coercere. Verum et ipse metropolitanus qui alios coercere iubetur, multo sollicitius cavere debet ne hoc vitium et ipse incurrat, ne forte ab apostolo audiat: Qui predicas non furandum furaris; qui abominaris idola, sacrilegium facis. Quapropter inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas; extimas ergo, o homo qui iudicas de his qui talia agunt et facis ea, quoniam tu effugies iudicium Dei? Graviare enim, ut Hilarius papa dicit, facit vitia peccatorum sublimitas dignitatum, et reatu maiore delinquit qui potiore honore perfruitur. » Ecce quam manifestissime nobis ostendunt sacri canones quam debeamus habere de aeccliesiis in nostris territoriis positae potestatem, id est, ut aeccliesiae in uniuscuiusque episcopi territorio positae, sive sint de

regia dominatione, sive sint de episcopi vel monasterii immunitate, sive sint de cuiuslibet liberi hominis proprietate, salvo unicuique iure debitae possessionis, salvaque unicuique iuris debiti legali possessione, ad episcopi in cuius territorio positae sunt pertineant potestatem, videlicet regularem ordinationem atque iustam in omnibus dispositionem ut singulae rusticarum aecclesiarum parochie hoc quod constitutum est habeant, et, cuicumque donentur, vel in cuiuscumque dominio sint sub immunitate debita maneant, et nullum preiudicium vel exactiorem indebitam ex ipsarum aecclesiarum dotibus, neque de decimis a quoquam presbiteri patiantur. Similiter et e contra de aecclesiis atque presbiteris in eis constitutis episcopi provideant erga eos ex quorum dominio sunt aecclesiae hoc quod ad eorum pertinet potestatem, id est ordinationem et dispositionem, ut presbiteri eis a quibus carnalia exenia tam ex dotibus quam ex decimis accipiunt, specialia obsequia sine ullo tipo vel contentione exhibeant. Et, quia de eorum oblationibus vivunt, senioribus et parrochianis suis se debent gratiosos in omnibus, salvo iure sui ministerii, exhibere; quia qui non diligitur, non libenter in predicatione auditur. Insinuare igitur episcopi debent presbiteris, ut noverint exhibere cui honorem honorem, cui timorem timorem. Et certissime cognoscant, quia quicquid pater familias, id est dominus Ihesus Christus qui omnes vult salvos fieri et neminem vult perire, minus aliquid de salute in quocumque presbiteri parrochiano per negligentiam eiusdem presbiteri invenerit, totum ab eo exigit.

Denique in tertio capitulo prefatae sinodi tempore domni Ludovici imperatoris habitae ita scriptum est: « De aecclesiis, destructis ut episcopi et missi inquisitionem faciant utrum per negligentiam aut impossibilitatem destructae sint; et ubi negligentia inventa fuerit, episcopali auctoritate illas emendare cogantur hi qui eas restaurare debuerant. Si vero per impossibilitatem contigit, ut aut plures sint quam necesse sit, aut maioris magnitudinis quam ut ex rebus ad eas pertinentibus restaurari possint, episcopus modum inveniat qualiter congrue emendari et consistere possint. » In hoc capitulo non habetur, ut pro occasione destructionis ab eo cuius fuerat, aecclesiam debeat tollere, et suae dominationi, nisi quantum canones precipiunt, episcopus debeat subdere. Et in capitulo VII. memoratae sinodi dicitur: « De decimis quas dare populus non vult, nisi quolibet modo ab eo redimantur, ab episcopis prohibendum est ne fiat. Et si quis contemptor inventus fuerit, ut nec episcopum nec comitem audire velit, si noster homo fuerit, ad presentiam nostram venire compellatur. Ceteri vero distrigantur, ut inviti aecclesiae restituant quae voluntarie neglexerint dare. » Et in eadem sinodo, capitulo VI: « Quicumque decimam abstrahit de aecclesia ad quam per iustitiam debet dari, et eam presumptuose et propter munera aut amicitiam, vel aliam quamlibet occasionem ad alteram aecclesiam dederit, a comite vel a misso nostro distrigatur ut eiusdem decimae quantitatem cum sua lege restituat. »

Sed et in capitulo III.º predictae sinodi scriptum est: « De uno manso ad aecclesiam dato de quo aliqui homines contra statuta sibi servitium exigunt, quicumque pro hac causa accusatus fuerit, comes vel missi hoc quod inde subtractum est presbiteris cum sua lege restituere faciant. » De quo manso in I.º libro capitulorum ita scriptum habetur « Sancitum est ut unicuique aecclesiae unus mansus integer absque alio servitio attribuat, et presbiteri in eis constituti non de oblationibus fidelium, non de domibus neque de atriis vel ortis iuxta aecclesiam positas, neque de prescripto manso aliquod servitium faciant preter aecclesiasticum; et si aliquid amplius habuerint, senioribus suis debitum servitium impendant. » In huius autem capituli loco ubi scriptum est « neque de oblationibus fidelium » intelligendae sunt etiam terrulae vel vineolae quae pro loco sepulturae vel pro animae suae remedio quicumque aecclesiae contulit sive contulerit. Unde suggerendum est regiae maiestati capitulum XV concilii Toletani in quo scriptum est « ut si qui ex servis fiscalibus fortasse aecclesias construxerint, easque de sua paupertate ditaverint, hoc procuret episcopus prece sua auctoritate regia confirmari. » Subiunctum est etiam in prefato libro « Statutum est, postquam hoc impletum fuerit, ut unaqueque aecclesia suum presbiterum habeat, ubi id fieri facultas providente episcopo permiserit. » Et item in supra memorata sinodo scriptum est « De his qui sine consensu episcopi presbiteros in aecclesiis suis constituunt vel de aecclesiis eiciunt, et ab episcopo vel a quolibet misso nostro admoniti obedire noluerint ut bannum nostrum revadiare cogantur, et per fideiussores ad palatium nostrum venire iubeantur, et tunc nos decernamus utrum nobis placeat ut aut illum bannum persolvat, aut aliam harmiscaram substineat. »

Et in libro primo capitulorum LXXXV capitulo scriptum est « Statutum est, ut sine auctoritate vel consensu episcoporum presbiteri in quibuslibet aecclesiis non constituantur nec expellantur. Et si laici clericos probabiles vita et doctrina episcopis consecrandos suisque in aecclesiis constituendos optulerint, nulla qualibet occasione eos reiciant. Si autem clerici, quos laici offerunt, vita et scientia non fuerint inventi probabiles, episcopus domui Dei dignos dispensatores provideat, quia et sacri canones iubent ut, si in civitate duo ad episcopatum electi fuerint, archiepiscopi providentia is alteri preponatur qui maioribus studiis adiuvatur et meritis. Providendum tamen est in hac clericorum prepositione sive relectione, ut in superni inspectoris obtutibus simplicem cordis oculum, id est sinceram mentis intentionem, quem latere non possumus offeramus. Nam, si ad episcopi ordinationem et potestatem ita presbiteros et aecclesias sibi commissas in parrochia uniuscuiusque episcopi sitas pertinere intellexerimus, sicuti quidam nuper, ut diximus, tradere ceperunt; non tantum haec duo capitula id est unum de Aurelianensi sinodo, alterum de Toletano concilio quae premisimus proferre debemus, verum multo magis preferendo illis



capitulum VIII Calcedonensis concilii et regibus et aliis potestatibus apertis canonum libris ostentare, et nobis monasteria quae non nisi votis et fidelium elemosinis ditantur vindicare debemus quo dicitur « Clerici qui preficiuntur tochiis, vel qui ordinantur in monasteriis et basilicis martirum, sub episcoporum qui in unaquaque civitate sunt secundum sanctorum patrum traditiones potestate permaneant. » Quam potestatem sanctus Gregorius ad Marinianum Ravennae episcopum scribens exponit: « Cum episcoporum adventus desideranter a monasteriis debeat expectari, quia tamen hospitandi occasione predictum monasterium temporibus decessoris vestri nobis fuisse nuntiatur est pregravatum; oportet ut hoc sanctitas vestra decenter debeat temperare, ut visitandi exhortandique gratia ad monasterium quotienscumque placuerit ab eisdem civitatis antistite accedatur, sed sic caritatis officium illic episcopus impleat, ut gravamen aliquod monasterium non incurrat ». Et ad Iohannem episcopum Scillitanum: « Curae tuae sit circa actus ac vitam consistentium illic monachorum vigilantem existere, et, si quempiam illic prave conversari aut in aliquam immunditiae culpam inveneris districta ac regulari emendatione corrigere. Nam, sicut ab his quae incongrue usurpantur fraternitatem tuam volumus abstinere, ita in his quae ad disciplinae rectitudinem vel animarum custodiam pertinet, esse sollicitam modis omnibus admonemus. » Et ad Vitalem defensorem Sardiniae: « Cognovimus quod monasteria servorum Dei vel etiam feminarum pro suo quisque libitu diversa executione perturbent, quod omnino ingratis suscepimus tuamque ex hoc experientiam commonemus, ne quemquam hoc usurpare denuo accepta nostra auctoritate permittas, sed episcopo loci ipsius sub cuius degunt moderamine curae sit causas utilitatesque disponere. Valde enim est incongruum ut, omisso eo, alius quilibet illorum se causis admisceat; sed ille eorum vitam competenti regularique debeat moderatione disponere, qui pro commissis eorum sibi animabus compelletur rationem reddere. »

De aecclesiarum autem potestate ad episcopum pertinente in eadem epistola dicit: « Preterea questi nobis sunt praedicti monasterii monachi abbatem suum terram intra Scillitanum castrum, quae in sexcentos pedes extenditur, sub pretextu fabricandae aecclesiae fraternitati tuae donationis titulo concessisse. Et ideo volumus quantum parietes possunt aedificatae aecclesiae circumdari iure aecclesiae vindicari; quicquid vero extra parietes eiusdem aecclesiae esse potuerit, in ius monasterii sine difficultate aliqua revertatur, quia nec mundanarum legum, nec sacrorum canonum statuta permittunt res monasterii de iure eius quolibet titulo segregari. Eapropter donationem eius terrae quae contra rationem facta est, sine aliqua dilatione restitue. »

Quam autem voluisse intelligere patres gubernationem episcopi ex VIII<sup>o</sup> capitulo Cavillonensium canonum manifeste cognoscimus, quo dicitur: « Defuncto presbitero vel abbate nichil ab episcopo auferatur, vel ab archidiacono

vel a quocumque de rebus parrochie et xenodocii vel monasterii aliquid debet minuari. Quod qui fecerit, iuxta statuta canonum debet coerceri. » Multa sunt et pene superexcedentia aepiscopalem sollicitudinem inter multiplicia et diversa aecclesiasticarum curarum negotia, de rusticanis aecclesiis atque parrochiis procurare videlicet:

Ut presbiteri vitae merito ac scientiae doctrina probabiles in eis constituentur;

Et constituti cum bono nomine ab his etiam qui foris sunt degant;

Ut tabernas non adeant;

Ut feminis non cohabitent, nec detrahendi se locum donent;

Ut invitati a religiosis quibusque pro memoriis carorum suorum non se inebrient, neque inter pocula cantare presumant; sed cum religione prandeant et cum sobrietate bibant, et quae ad edificationem pertinent loquantur, et ad tempus ad aecclesias suas redeant;

Ut sic ruralibus et ceteris occupationibus inserviant, ut divinum officium non dimittant;

Ut scolarios suos modeste dstringant, caste nutriant et sic litteris imbuant ut mala conversatione non destruant;

Ut puellas ad discendum cum scolariis suis in scola sua non recipiant;

Ut turpi lucro et negotiationibus non inserviant et usuras non faciant, et in suis fieri parrochiis non permittant;

Ut in unoquoque mense statuta die per singulas decania simul conveniant, et convenientes non pastis vel potationibus vacent, sed de suo ministerio et de religiosa conversatione atque de his quae in eorum parrochiis accidunt sermonem habeant;

Ut qualiter pro rege vel pro rectoribus aecclesiae atque pro suis familiaribus tam vivis quam et defunctis orare debeant, simul considerent;

Ut scrutinia per baptismales aecclesias fiant, et baptizati mox post baptismum ut communicentur sollicitè studeant, quia qui dixit: « Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non intrabit in regnum celorum » ipse dixit: « Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis »;

Ut presbiteri psalmos et sermonem fidei catholicae cuius initium est quicumque vult salvus esse, et canonem missae ac cantum et conpotum memoriter sciant;

Ut consignationem infantum tam masculorum quam et feminarum unius vel plurium, et consecrationem fontis et aquae spargendae per domos memoriter teneant;

Ut distincte proferre tam super masculum quam super feminam orationes ad mortuum sepeliendum sciant;

Ut curam publice penitentium habere sciant et orationes visitationis illorum memoriter teneant, et maximam curam adhibeant, ut sicut nemo sine baptismo, ita nemo, sed neque publice penitens, si infirmatus fuerit absque viatico munere moriatur;





Ut manifestissime sciant quam grande periculum habeant, et quoniam Simoni mago et Iudae traditori erunt similes, si pro pretio aut pro familiaritate aut propinquitate negligenter penitentes ante tempus ad reconciliationem adduxerint et eis reconciliandi testimonium dederint, vel si cum fervore et diligentia penitentes aliqua amaritudine vel, quod absit odio, aut quia nichil illis ab eis tribuitur a reconciliatione suo testimonio suspendi fecerint, qui ut comministri ita et cooperatores in ministerio divino a Deo sunt constituti episcopis;

Ut et, si publice penitentes pro certa necessitate vel ratione ante prefixos a canonibus annos fuerint reconciliati, sicut ante reconciliationem secundum penitentium possibilitatem et qualitatem de eorum penitentia sollicitudinem habuerint, ita et post reconciliationem eorum vitam et conversationem non negligant;

Ut sollerter adtendant, scientes sibi sicut et episcopis secundum suum modum dictum: « Speculatorem dedi te domui Israel », et de unoquoque sibi commisso illi a domino dici: « Sanguinem eius de manu tua requiram »;

Ut infirmos suos post confessionem et reconciliationem oleo sancto perungant et tunc eos communicent;

Ut, si infirmus ante adventum eorum obmutuerit, et certi testes sunt ut ipse infirmus tale signum ostenderit quia penitentiam petiit quam mora sacerdotis ab eo exclusit, viatici ei munus donent;

Uctionem sancti olei publice penitentibus ante reconciliationem exhibere non debent;

Ut presbyteri villici non fiant;

Ut procuratores viduarum non existant;

Ut conductores agrorum secularium non sint, neque ullo turpi negotio et inhonesto victum querant;

Ut de viduarum conversatione sic curam habeant quatinus opinionem suam non infament, nec de se locum detractiohi donent;

Ut curam habeant ne ministri rei publicae advenas et pauperes adffigant; quod si per se emendare non potuerint, archidiacono vel episcopo innotescant;

Ut presbyteri cancellarii publici et cartarum atque testamentorum conditores vel tutores non fiant;

Ut presbyteri publica iudicia non adeant;

Ut, si presbyteris aliqua civilis causa commota fuerit, ante episcopum vel iudicio electorum iudicium secundum leges quibus moderatur aeclesia rationes reddant;

Ut, si crimen institutum fuerit presbyteris, per se non advocatum ante episcopum vel ante iudices qui ab eo fuerint constituti rationem canonice reddant;

Ut presbyteri fideiussores non fiant;

Ut sollicite presbyteri studeant, quatenus ieiunia quatuor temporum, sive indicta ieiunia observentur;

Ut dies dominici et decretae festivitates ferientur;

Ut unusquisque presbyter studeat quatenus homines suae parochiae per decretas festivitates quantum fragilitas humana permittit, corpore et mente abluti communicentur.

## De archidiaconis et decanis.

Interea necesse est ut tales archidiaconi et decani ab episcopis constituentur, qui oderint avaritiam, et casti et sobrii sint atque docibiles, quatinus presbiteros verbo et exemplo suo non destruant, qui ad hoc constituti sunt ut formam instructionis subditis prebeant;

Qui presbiteros suis paratis et mansionaticis non gravent;

Qui eos suis petitionibus, et eulogiarum expetitionibus non expolient;

Qui pro inquisitione de illorum ministerio vel pro cooperianda illorum mala fama, vel pro decimis adaugendis quas <sup>1</sup> ab aliis tulerunt vel parrochiis emeliorandis quas non licet dividere locarium non accipiant;

Qui a convenientibus in sinodum sub nomine eulogiarum a presbiteris denarios vel incompetencia munuscula non querant neque accipiant;

Qui pro constituendis per aeclesias clericis pretium nullum accipiant;

Qui ab ordinandis quodcumque vel quantulumcumque munus nec etiam gratiam familiaritatis vel obsequium indebitum suscipiant;

Qui provideant ut aeclesiae dotes et decimas regulariter habeant, quas presbyteri regulariter per episcopi dispositionem secundum regularem constitutionem dispensent, et ut secundi ordinis pastores docendo et exempla bona monstrando populum pascant, se ipsos regant, malos corrigant, bonos in viam rectam dirigant, penitentium et infirmorum curam, eos sepius visitando et indigentibus prout potuerint ministrando, sollicite habeant;

Hospitales sint tam presbyteri quam et decani;

Comministros cum quibus honeste officium divinum agere possint habeant;

Matricularios vetulos vel vetulas atque infirmos vel quacumque necessitate afflictos et pauperes de sua parochia a quibus decimam ipsi vel sui antecessores acceperant pro decimae quantitate habeant, non autem vanos iuvenes vel de quibus diurnas operationes sive pullos aut aliud locarium accipiant, neque propinquos suos qui aliter secundum suam qualitatem bene vivere possunt de matricula pascant. Et ut debita pars decimae ad ipsos matriculos perveniat episcopus quisque vel per se vel per alios comministros suos provideat;

De parte etiam decimae quae fabricis debetur aeclesiae, quid per singulos annos inde in aeclesia pareat, episcopus per se vel per comministros suos rescire sollicitus curet. Et ut aeclesias et altaria et vasa sacra et vestimenta pro possibilitate honesta et linteamina munda et libros correctos et loca ubi post sumpta misteria manus et ora sua lavent composita habeant, et domus Dei a sapientibus sapienter administretur, atque domus suas honeste secundum possibilitatem presbyteri preparent et excolant;

<sup>1</sup> Cod. quam.



Ut sepulturas mortuorum aecclesiastica honestate et pietate disponant;

Ut non pro sepeliendis hominibus exenia exquirant, sollicite episcopi providere studeant. Si autem a devotis pro suis mortuis quiddam aecclesiae vel presbiteris sponte offertur, a presbiteris accipi non prohibeant;

Ut non in suis parrochiis diu discordantes sint, neque criminalia peccata in eis admittantur, prout possunt provideant;

Ut quae per se non possunt corrigere, vel perpetrata emendare, quantotius episcopo suo quisque innotesceret curet.

Sed et quod rationabile atque possibile seu debitum servitium quisque presbiter suo seniori, si aliquid supra mansum aecclesiasticum habuerit, vel si nichil super mansum aecclesiasticum habuerit quod obsequium non pro consuetudinario ac debito censu sed iuxta possibilitatem pro voluntaria oblatione ac eulogiarum id est benedictionum gratia suo seniori sine aecclesiae dispendio ac sine honoris sui detrimento valeat et debeat, sicut in libro primo capitulorum dicitur, exhibere, ut pax et concordia inter illos sit, debet episcopus quisque disponere. Nam et episcopi de oblationibus fidelium, de quibus episcopia et monasteria constant regibus et his qui in sublimitate rei publicae sunt, honorem cum orationis instantia non sine traditione aecclesiastica exhibemus, ut quietam et tranquillam vitam cum pietate agamus, episcopis evangelizantibus si necesse fuerit de evangelio vivere; sicut providere debeant episcopi ut carnis curam in desideriis non faciant, sed necessitati tantummodo consulant, ita discrete providere debent ut occasione suae necessitatis, sua vel suorum superfluitate presbiteros non superflue gravent. Nec debent sub evangelizandi occasione parrochias circuire ut suis facultatibus parcant et a presbiteris sumptus accipiant quatinus de facultatibus presbiterorum ditescant, sed ideo cum mensura et discretione sumptus, sicut a comministris, parrochias circumeundo accipere ut evangelizare <sup>1</sup> sufficiant.

Hinc etiam Toletana, sed et Bracarenensis sinodus, et concilia cetera pro qualitate et convenientia provinciarum secundum moderationem singulis competentem ordinaverunt. Et Bracarenensis quidem sinodus statuit: « Ut nullus episcoporum suas dioceses perambulans preter honorem cathedrae suae, id est duos solidos, aliud aliquid per aecclesias tollat; neque terciam partem ex quacumque oblatione populi in aecclesiis parrochialibus requirat. » Toletana autem sinodus: « Ut, cum episcopum diocesim visitat, nulli pre multitudine onerosus existat, nec unquam quinquagenarium numerum evectionis excedat, aut amplius quam una die per unamquamque basilicam remorandi licentiam habeat. Alioquin tamquam sinodali constitutionum transgressor correptioni procul dubio canonum subiacebit. » Quidam autem nostrum surda aure constratta transimus et rebus ac facultatibus abundantes onerosi cum multitudine

pergentes consacerdotibus nostris existimus, et sumptus immoderatos accipimus et denarios conludio ingenioso exquirimus. Qui de moderatione et discretione exemplum dare debemus et pro nullo munere speciali aliquod temporale premium exquirere non debemus, quoniam simoniaca heresis est.

De his unde iussistis, domine Karole rex, prout potui iuxta capacitatem sensus mei ex patrum constitutionibus sicut ea in Remorum parrochia custodimus, a nostris etiam predecessoribus conservata sunt, scribere procuravi, non quasi ex meo singulari iure generalem omnibus Domini sacerdotibus imponens observantiam; sed <sup>2</sup> quiddam consilii gratia, pro convenientia rationis et commoditate plebis dicendum caritate compellente putavi, quod sacris regulis obviare non valeat a quibus deviare neminem auctoritas ipsa permittit. Expressius autem designare vobis decrevi, quia sicut certa relatione et inolito usu didicimus, a tempore gloriosissimae memoriae beati Remigii sanctitate ac doctrina sapientiae et virtutum signis preclari, in Remorum parrochia nullam collationem episcopi ipsam circumeuntes parrochiam a presbiteris acceperunt, nisi forte cuicumque presbitero placuit benedictionis gratia quantulascumque eulogias episcopo presentare. Quam piam consuetudinem et nostra exiguitas consequenter observat, quoniam hanc a beato Remigio ex beati Pauli apostoli doctrina in parrochia sua constituisse et suis successoribus tradidisse veraciter credimus, quia idem predicator egregius et doctor gentium dicit: « Si nos vobis specialia seminavimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus. » Sed non usi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offenculum demus Evangelio Christi « Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quae de sacrario sunt edunt, et qui altari deserviunt, cum altari participantur? »

Ita et dominus ordinavit his qui Evangelium adnuntiant de Evangelio vivere. Ego autem nullo horum usus sum. Qui ergo non possunt facere quod Paulus, ut manibus suis se transigant, accipiant de lacte ovium, sustentent suam necessitatem, sed non negligent ovium infirmitatem, non hoc ibi querant tamquam commodum suum, ut ex necessitate penuriae suae videantur adnuntiare Evangelium, sed hominibus illuminandis parent lucem verbi veritatis. Unde ergo vivitur est necessitatis accipere, est caritatis prebere, non tamquam venale sit Evangelium ut illud sit precium eius quod sumunt qui adnuntiant unde vivant. Si enim sic vendunt, rem magnam vilipendunt. Accipiant necessitatem sustentationis a populo, mercedem dispensationis a domino. Sicut autem omnes militantes accipiunt annonam et stipendium, sic omnes evangelizantes accipiunt victum et tegumentum. Sed non omnes propter salutem rei publicae militant, sed propter illa quae accipiunt; sic non omnes propter salutem aecclesiae ministrant Deo, sed propter haec temporalia quae tamquam annonam et stipendia consequuntur. De quibus dicitur a domino: « Amen

<sup>1</sup> Cod. eugl' izare.

<sup>2</sup> Cod. si.



dico vobis; receperunt mercedem suam. » Ergo simplici corde tantummodo propter regnum Dei debemus operari bonum ad omnes; non autem in hac operatione vel solam vel cum regno Dei mercedem temporalium cogitare.

Si qui nostrum tales sunt, qui non habent sic sufficientes aecclesias, ut in circuitione parrochiarum de stipendiis aecclesiae suae vivere possint, talem modum in acceptione sumptuum accipere debent, ut et ipsi per parrochias evangelizare sufficiant, et illis sumptus non ad superfluitatem sed ad necessitatem sufficiant. Unde apostolus legale ponit exemplum dicens « Non obturabis os bovi trituranti »; bos enim in tritura areae magis laborat triturando, et ad comparationem laboris minus est quod accipit de loco ad locum buccatim sumendo, et sic laborem ad effectum in quem missus est perducit, et ipse in labore sufficit perdurare. Si apostolus carnis curam non in necessitate sed in desideriis facere nobis prohibet, magnopere studere debemus qui de facultatibus aecclesiae nostrae in circuitione parrochiarum vivere non sufficimus, ut a sacerdotibus nostris necessaria tantum, non autem superflua exigamus, et nos eterna mercede privemur qui summopere providere debemus, ut ipsi presbyteri de facultatibus aecclesiasticis et fidelium oblationibus secundum sacros canones quatuor portiones faciant et eas illis usibus quos canones precipiunt deputent; de quibus, si nos necessitas compellit quiddam accipere, sic sumamus sumptus in via, ut non careamus mercede in patria.

Hinc et beatus Gregorius dicit « quod uni nostro operi due mercedes debentur: una in via, altera in patria: una quae nos in labore sustentat, alia quae nos in resurrectione remunerat. » Merces itaque quae in presenti recipitur, hoc in nobis debet agere, ut ad sequentem mercedem robustius tendamus; verus ergo quisque predicator non ideo predicare debet ut in hoc tempore mercedem recipiat, sed ideo mercedem recipere ut predicare subsistat. Quisquis namque ideo predicat ut hic vel laudis vel muneris mercedem recipiat, eterna procul dubio mercede se privat. Quisquis vero vel ea quae dicit ideo placere dominibus appetit ut dum placet quod dicitur, per eadem dicta non ipse sed dominus ametur, vel ideo terrena stipendia in predicatione consequitur ne a predicationis voce per indigentiam lassetur, huic procul dubio ad recipiendam mercedem nichil obstat in patria, quia sumptus sumpsit in via.

— — — — —

**Unde et quando et qualiter accidit consuetudo  
ut res aecclesiasticae Domino sint consecratae.**

In primitiva aecclesia quotquot credebant omnia quae habebant distrahebant et precium in commune mittebant, de quo pretio dividebatur singulis prout cuique opus erat

usque ad tempora Urbani papae et martiris qui vicinus fuit apostolorum temporibus. Cum autem gratia Dei cepit multiplicari credentium numerus, ad quorum sustentationem non sufficebant pretii reditus, quoniam omnes credentes ad hoc non debebant nec valebant compelli, ut a coniugio et in totum a mundanis vacarent actibus, ne seculum deperiret donec omnes qui salvandi sunt congregentur in unum, constituit idem dominus et magister salutis per sanctos suos in quibus et cum quibus loquebatur, et per quos suam tunc gubernabat et usque hodie gubernat aecclesiam, ut credentes non iam ex asse possessionis et predia venderent, sed de ipsis possessionibus Domino consecrarent unde viverent qui quasi specialiter eidem dominorum Domino adherent et ministri sunt sermonis et donorum aeternae salutis, et in omnibus necessariis in elemosina eorum qui easdem possessiones Domino obtulerunt eis ministretur; ut, dum Christi pauperes atque ministri aecclesiae ex his in praesenti subsistunt saeculo, largitores possessionum de sua fidei elemosina cum fide recta perseverantes in bonis operibus mundentur a peccatis et efficiantur Christo cui eas donaverunt consortes in celo, sicut ipse dixit in Evangelio: « Date elemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis », et item Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. »

**Possessiones aecclesiasticae hereditates Domini appellantur.**

Quapropter, sicut illi qui se ipsos ac divitias suas et possessiones Domino fidei mente consecraverunt, Dei heredes et coheredes Christi ab apostolis et ab ipso domino appellantur et fiunt, ita et tales possessiones et facultates Domino in suis aecclesiis et in specialibus servorum ipsius usibus consecratae, propter fideles Christi qui eius aecclesia sunt et exinde aluntur, Dei hereditas quasi specialiter appellatur, licet omnis orbis terrarum et plenitudo eius ipsius sit. Sicut enim quando omnis domus Israel Domini hereditas vocabatur, tribus tamen Levi a Deo electa una decimis ac primitiis urbibus et suburbiis, villis et possessionibus et facultatibus cunctis specialis Domini hereditas dicebatur; ita et isti qui clerici, idest pars Domini appellantur, cum omnibus ad aecclesias pertinentibus specialis Christi hereditas dicitur et existit; licet omnes credentes et credituri tam ex circumcisione quam ex prepucio Christi hereditas appellentur dicente, propheta: « Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam, et postula a me et dabo tibi gentes h. t. et p. ».

**Qua maledictione multatur qui aecclesiasticis rebus abutitur.**

De quibus quicumque indebite quicquam abutitur, sine ulla dubitatione illa maledictione multatur, et ipsi tenetur obnoxius, quam et celestis et omnis terrena Domino continue decantat aecclesia: « Hereditate posside-



amus santuarium Dei. Deus meus pone illos ut rotam et sicut stipulam ante f. u. Sicut ignis qui comburit silvam, et sicut flamma comburens m., ita persequeris illos in tempestate tua, et in ira tua turbabis e. Imple facies eorum ignominie, et querent nomen tuum Domine. Erubescant et conturbentur in seculum seculi, et confundantur et pereant, et cognoscant quia nomen tibi Dominus t. s. a. i. v. t. »

Sanctus quoque Anacletus papa ab ipso Petro apostolo presbiter ordinatus, postea in sede romana successor illius, factus episcopus cum totius mundi sacerdotibus iudicavit: « Qui abstulerit aliquid patri vel matri homicidae particeps est »<sup>1</sup>. Pater noster sine dubio Deus est, mater vero nostra aeclesia quae nos in baptismo spiritualiter regeneravit. Ergo qui Christi pecunias et aeclesiae rapit, aufert vel fraudatur homicida est, atque homicida ante conspectum iusti iudicis deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi sui iniquitatem operatur; qui autem pecuniam vel res aeclesiae abstulerit, sacrilegium facit, et ut sacrilegus iudicandus est. »

Item sanctus Urbanus papa et martir « Res et facultates aeclesiasticae oblationes appellantur, quia domino offeruntur, et vota sunt fidelium ac pretia peccatorum atque patrimonia pauperum. Si quis illa rapuerit, reus est dampnationis Annaniae et Saphirae, et oportet huiusmodi tradere Satanae ut spiritus salvus sit die Domini. »

Item sanctus Lucius papa: « Rerum aeclesiasticarum et facultatum raptores a limitibus sanctae aeclesiae anathemizatos apostolica auctoritate pellimus atque dampnamus, et sacrilegos esse iudicamus, et non solum eos sed et omnes consentientes eis, quia non solum qui faciunt rei iudicantur, sed etiam qui facientibus consentiunt; par enim poena et agentes et consentientes comprehendit ». A qua poena consensus liberi esse non possunt illi, quorum ministerium est, et qui talia possunt prohibere, comprimere et emendare, et ea non student corrigere.

Et beatus Gregorius papa ad Sabinum subdiaconum: « Sacrilegum » inquit « et contra leges est, si quis quod venerabilibus locis relinquatur pravae voluntatis studiis suis temptaverit compendiis retinere. »

Et beatus Augustinus: « Fur sacrilegus locorum sacrorum et dominicorum est Iudas, et qui aliquid de aeclesia furatur et rapit Iudae comparatur. »

Et item in sacris canonibus, sancto spiritu dictatis et Christi sanguine confirmatis, scriptum est: « Si quis de potentibus clericum aut quemlibet pauperem aut religiosum expoliaverit, et mandaverit ad ipsum episcopus ut eum audiat, si contempserit, invicem mox scripta pereurant per omnes provinciae episcopos, et quoscumque adire potuerit ut excommunicatus habeatur donec audiat et reddat aliena. »

Et item scriptum est: « Clerici etiam vel seculares qui oblationes parentum aut donatas aut testamento re-

lictas retinere presumpserint, aut id quod ipsi donaverunt aeclesiis vel monasteriis crediderunt auferendum, sicut sinodus sancta constituit, velut necatores pauperum quousque reddant, ab aeclesiis excludantur. »

#### Ne potentes affligant aeclesias.

Unde summopere caveant potentiores quique unusquisque in ordine et dignitate sua, nec presumant in dampnationem suam res sibi aeclesiasticas, neque fatigent vel affligant inconsuetis consuetudinibus Dei aeclesias et loca sanctorum, scientes quia, ut premisimus res aeclesiasticae sunt fidelium patrimonia pauperum, pretia peccatorum, et sub tuitionem et defensionem Christi consistunt, qui eas principibus terrae atque primoribus ad defendendum et conservandum, non ad affligendum vel usurpandum sive presumendum commisit. Nam quaecumque pretendatur a quocumque utilitatis sive necessitatis occasio, ille corda omnium conspicit qui novit cogitationes hominum et remunerat actiones et etiam cogitationes inremuneratas nullatenus derelinquet. Quo circa omnis qui vult salvus fieri et ab aeterna morte liberari et ad aeternam vitam pervenire attentissima cordis aure exaudiat quid spiritus sanctus per eos locutus est, quibus dixit dominus: « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Et non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis, et quaecumque ligaveritis super terram erunt ligata et in celo, et quaecumque solveritis super terram erunt soluta et in celo. Et qui vos audit me audit, et qui vos spernit me spernit. » Dicunt enim illi qui in celo regnant et in terra miraculis coruscant qui et usque hodie nobiscum vivunt et cum successoribus nostris usque in perpetuo vivent quoniam apud Dominum est merces eorum. »

Si quis oblationes aeclesiae extra aeclesiam accipere vel dare voluerit preter conscientiam episcopi vel eius cui huiusmodi officia commissa sunt, nec cum eius agere voluerit consilio, anathema sit. « Anathema autem interpretatur in romana lingua alienatio, quia omnis talia faciens quandiu in illi peccatis manet, licet nos episcopi qui in apostolis non nostro merito sed gratia divina ligandi et solvendi potestatem accepimus interdum tardi, interdum divini sensus ignari, interdum quae comittuntur nescientes, aliquando etiam commissa ut expedit corrigere non valentes quae statuta sunt exsequi dissimulemus vel etiam negligamus, ut talem hominem ab aeclesia et fidelium societate excommunicantes non segregemus, ita tamen a sacris canonibus excommunicatus et predampnatus est, donec peccatum illud deserat et per satisfactionem aeclesiasticam et sacerdotalem reconciliationem Domini gratiam et fidelium societatem recipiat. Et quicumque in peccatis suis et talibus sceleribus implicatus, ante satisfactionem necessariam vitam istam finierit, communionem et societatem cum electis in regno Dei habere nullatenus poterit, nec de inferni penis et demonum societate unquam liberari valebit.

<sup>1</sup> Pseudois. p. 73 (XIV).



**De his qui privilegia sanctorum manibus confirmata parvipendunt.**

Sed sunt forte tales qui privilegia de locis et rebus Deo dicatis sanctorum manibus confirmata parvipendentes sibi, quia volunt, non quia possunt excommunicationes usurpatoribus rerum et facultatum aecclesiasticarum a sanctis Domini intentatas alleviant, dicentes se pro hoc illata dampnatione, id est anathematis vinculo, non teneri. De quibus sanctus Gregorius ad Theocistam patriciam dicit: « Ipsi sibi testes sunt quia christiani non sunt, qui ligamenta sanctae aecclesiae vanis se extimant conatibus solvere, ac per hoc nec absolutionem sanctae aecclesiae quam prestat fidelibus veram putant, si ligaturas eius valere non aestimant. Contra quos diutius disputandum non est, quia per omnia despiciendi et anathemizandi sunt, et unde se fallere veritatem credunt, inde in peccatis suis veraciter ligantur. Si qui sunt igitur qui sub nomine christiano haec aut predicare audent, aut taciti apud semetipsos tenere, eos et ego et omnes catholici episcopi atque universa aecclesia anathemizamus quia veritati contraria sentiunt et contraria loquuntur ».

**Rapaces regnum Dei non possidebunt.**

Rapinae quoque et depredationes quae in istis regnis iam ex consuetudine sic ab omnibus pene tenentur quasi peccata non sint, aut quasi levia peccata sint, beatus Paulus apostolus, per quem locutus est Christus, inter mortalia crimina ea posuit dicens: « An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare; neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri neque molles, neque masculorum concubitores, neque avari, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. » Et item dicit: « Si quis fornicator est aut avarus aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere id est cum tali non homine, sed cum tali diabolo non licet Christi discipulo, id est christiano homini, ante satisfactionem, id est correctionem atque emendationem et dignam penitentiam, cibum sumere. » Sanctus quoque Iohannes apostolus electus et dilectus Christi talem hominem etiam salutare vetuit dicens: « Nec ave ei dixeris, neque in domum eum receperis; qui enim dicit ei ave, communicat operibus eius malis. » Et item Paulus dicit unicuique christiano: « Ne communicaveris peccatis alienis », et Dominus noster quando venturus est iudicare vivos et mortuos, se in iudicio dicturum promittit in Evangelio his qui peccata sua elemosinis redimere noluerunt: « Ite maledicti in ignem aeternum qui paratus est diabolo et angelis eius. » Unde cogitandum est raptoribus, quo ibunt illi qui aliena rapiunt, si in infernum ibunt qui elemosinas non fecerunt. Et per Isaiam dicit dominus raptoribus: « Rapina pauperis in domo vestra, et lacrimae viduae ad maxillam descendunt, et exclamatio eius super

deducentem eas »; et in alio loco: « Causa viduae non ingreditur ad eos. » Quapropter sciant raptores in cuius domo sive corporis sive mansionis rapina est pauperis, quia non habitat in illa domo Spiritus Sanctus sed spiritus malignus. Et si accedit ad communionem corporis et sanguinis Christi ante dignam satisfactionem, non mundatur per illam communionem a peccato, sed plenius possidetur a diabolo, sicut Iudas quando in cena dominica plenus rapina et iniquitate, avaritia et cupiditate communicare presumpsit de manu Domini salvatoris. Et forte tales erunt, cum haec audierint, qui dicant: « Non communicabimus ne talia patiamur »; sed sciant quia sicut Dominus dixit: « Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto non intrabit in regnum celorum »; ita dixit: « Nisi manducaveritis carnem meam et biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis » et sicut dixit: « Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit » ita etiam dixit: « Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum in me manet, et ego in eo, et ego resuscitabo eum in novissimo die » Propterea nullum aliud restat salutis refugium nisi ut declinet quisquis vult salvus fieri ab istis malis et ab aliis mortalibus criminibus, et per penitentiam reconcilietur Deo, et communicet vivificis misteriis ut vivere valeat in aeternum.

Nichil enim prodest homini si christianus vocatur, si opera quae precepit ipse Christus non fecerit, immo etiam magis ad suum iudicium christianus vocatur qui sub nomine Christi idola colit diaboli. Ipsa enim veritas protestatur, quia qui servit divitiis servit Mammonae; sic enim demon divitiarum prepositus appellatur. Qui servit luxuriae, voluptati carnis predicto servit. Unde scriptum est: « Gloria eorum in confusione est, id est in genitalibus membris quae vulgo verecunda vocantur »; Domini quippe scriptura gloriam appellavit, quae dicit de Iudeis: « Mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis foenum. » Qui servit avaritiae idola colit, sicut Paulus dixit: « Et avaritia quae est idolorum servitus. » Qui servit gulae et ebrietati, ventrem pro Deo colit, unde dictum est: « Quorum deus venter est. » Quae ita non ubique a dignitate dominantium, sed ab infelicitate famulantium sic appellat apostolus.

Qui fratrem suum, id est christianum hominem iniuste per potentiam opprimit, aut pro acceptione munerum iustitiam facit, diabolum imitatur, et iustitiam vendit quae Christus est; sicque Iudae similis est. Qui veritatem pervertit pro invidia, aut veritatem reticet aut dicit pro muneribus, diabolum imitatur et Iudae similis est. Et sic de ceteris vitiis intelligendum est, et cui vitio quisque servit, illi diabolo subiectus est qui eidem vitio prepositus est, et cum eo sine fine torquebitur nisi digne antea poenituerit. Et non principes terrae vel quilibet christiani dicant: « Episcopis, presbiteris et monachis ista strictiora precepta dedit Deus; nos qui homines seculares sumus haec omnia attendere non valemus »; audiant quid Dominus dicat: « Qui est ex Deo verba Dei audit. Propterea vos



non auditis quia ex Deo non estis; et qui non est ex Deo, certum est quia ex diaboli parte erit. Et quid lucrabitur si etiam totum mundum habuerit et animae suae detrimentum patietur, aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? » Idcirco quicumque est homo audiat dicentem sibi dominum per prophetam: « Iudicabo tibi homo quid sit bonum: facere iudicium et iustitiam et sollicitum ambulare cum Deo tuo. »

Haec, fratres et filii in quocumque ordine et dignitate quisque sit Christianus ad vos ex mandato Domini diri-

gimus, qui de omnibus hominibus dicit omni episcopo: « Tu autem audiens nuntiabis eis ex me. » Ex me inquit et non ex te: nos autem talia vobis tacere nec possumus nec audemus quia Dominus vobis per prophetam dicit: quod si non adnuntiaverimus vobis, sanguinem vestrum de manu nostra requiret et ab illis patribus et predecessoribus nostris quorum vices tenemus in terris coram Deo degradamur in celis, si non exequimur quae illi statuerunt regulis divinitus inspiratis.



Faint, illegible text on the left page of the document, appearing as bleed-through from the reverse side.

Faint, illegible text on the right page of the document, appearing as bleed-through from the reverse side.



**RAINERII DE PERUSIO**

---

**ARS NOTARIA**


PRODIT CURANTE

**AUGUSTO GAUDENTIO**

## CODICES MANUSCRIPTI

- T. Cod. man. nobilissimi et clarissimi viri Emanuelis Bollati baronis de Sancto Petro, Tergesti, ut videtur, conscriptus.*
- S. Cod. man. publicae Senensium bibliothecae H. V. 29.*
- B. Cod. man. publicae Senensium bibliothecae H. V, 30, Bononiae fortasse exaratus.*





### I. Incipit prohemium ad artem notarie.

**D**IUTURNIS sodales vestris petitionibus ego Rainerius per omnia vires <sup>1</sup> intendens, hoc opus ex profusis formulariorum prolixitatibus nec non et ambiguis concordantiis compendiose decerptum et distinctum sub certis titulis evidenter, honorande societati vestre duxi mitius offerendum, ut ipsius utilitatis fragrantia fulti, facillime quod intenditis consequi valeatis. Nonnulli tam sunt hebetes qui commoda pecuniarum assistricis sapientie lumini atque gratie preferentes, notarie scientiam, qua totius humane fragilitatis negotia roborantur, quodam aliorum instrumentorum undecumque illis apparentium inditio et documentis incerte opinionis iugiter usurpare pertentant.

### II. De inquisitionibus a tabellionibus faciendis.

Quisquis discretus et bone opinionis tabellio, cum ad contractum vel quid aliud scribendum accedit, infra mentis archana revolvat et consideret inter cetera: primo promittentium vel quid aliud scribi mandantium condiciones; secundo beneficia renuntianda; tertio scribi mandantium minorum etates; quarto rerum tradendarum vel dandarum varietates; quinto contractuum et instrumentorum diversitates; sexto numerum testium instrumentis adhibendum; de quibus sex capitulis tractandum previdi.

<sup>1</sup> *Codd.* vr. (vere?) — <sup>2</sup> se non B. — <sup>3</sup> nichil enim iuris in

### III. De inquirendis condicionibus mandantium instrumenta vel quid aliud scribi.

Provideat igitur si persone que se volunt obligari vel quid aliud in scriptis redigi non sint sane mentis. Nam muti et surdi qui nihil eloqui possunt vel exaudire non se <sup>2</sup> obligant cum stipulator verba promittentis et promittens verba stipulantis audire et intelligere debeat. Qui vero tarde loquuntur vel exaudiunt recte contrahunt et se obligant vel quid aliud faciunt; sepe enim litterati et eruditi homines variis casibus audiendi et loquendi facultatem amittunt. Furiosi nullum negotium recte gerunt nisi per id tempus quo furor eorum intermissus est, nec etiam mente capti. Si mentis compotes sint, consideret si sit clericus qui se obligat vel quid aliud scribi faciat; nam clericus secularis vel prelatus vel quis alius propriis suis rebus et alienis sibi obligatis vel alias concessis vel datis recte se obligat inrequisito etiam consensu fratrum vel patronorum vel vicinorum; nichil in eis enim iuris <sup>3</sup> habent. Res vero ecclesie vel alicuius religiosi loci si alienentur vel pro debito ecclesie vel loco imminente vel pro ipsius ecclesie vel loco vel domorum ruinosarum refectione, vel etiam pro captivorum redemptione, non inconsulto illius civitatis antistite prelatus vel clericus vel loci custos hoc agat. Si vero alias vel concedant vel dent, <sup>4</sup> prelatus vel clericus vel loci custos vel regularis vel secularis cum consensu et in presentia fratrum, si prelatus sit <sup>5</sup> faciat, si alius capellanus, cum consensu patronorum vel vicinorum illius ecclesie. Si autem layicus sit, consideret an habeat uxorem; et si habet, an dotatam; et si dotatam an assignaverit ei pignus pro suis

eis B S. — <sup>4</sup> concedat vel det S. — <sup>5</sup> vel clericus... si prelatus om. T.

dotibus specialiter. Et si habet patrem, uxor dotata et eius pater, si non habent speciale pignus pro suis dotibus extimatis, debent consentire alienationi vel concessioni vel obligationi rerum mariti vel generi, cum communis sit actio patri et filie in exigenda dote, et renuntiare iuri hypothecarum, et promittere se non contra viri vel generi alienationem vel concessionem vel obligationem venturos sub pena. <sup>1</sup> Item consideret si sit unus tantum qui se obligat vel plures; et si plures, an sint omnes mares vel omnes mulieres vel simul et mares et mulieres. Item sive unus sive plures sint, an obligent se pro ipsis eisdem vel intercedant pro aliquo vel aliquibus. Item si plures sint, sive pro se ipsis sive pro aliis se obligent, an simpliciter se obligent, an expriment pro qua parte velit quisque eorum teneri. Item si pro aliis intercedant, sive unus sive plures sint, an in subsidium se obligent vel principaliter. Item sive unus sive plures sint, an sint sui iuris vel alieni; et si alieni, an parentum vel dominorum vel utrorumque. Item et si sui vel alieni, an obligent se suo nomine an alieno, aut suo et alieno; et si alieno, an scientibus vel ignorantibus illis pro quo vel quibus se obligant. Item consideret si sit laycus vel scolaris vel clericus forensis. Item, quicumque sit qui contrahat, consideret si contrahat de re aliena ignorante domino rei et sciente illo qui contractum admittit rem esse alienam. Hec autem ideo dignum duxi consideranda, ut servus publicus caute provideat si persone se obligantes sint aliquo speciali beneficio vel beneficiis legalibus communitate, quod curet eis renuntiari, quemadmodum proximo titulo iam inveniet declaratum. Puberes compotes mentis vel maiores sui iuris bene se obligant; filii vero familias in omnibus se obligant velut patresfamilias, preterquam in voto et in pecunia mutuo accipienda, unde si aliquid habeant in castrensi peculio vel quasi, satisfaciant inde stipulantibus. <sup>2</sup> Servilis conditionis homines naturaliter tantum se obligant, ex parte vero domini ius stipulandi habent. Tutor vel curator cum alieno nomine contrahunt, <sup>3</sup> si contrahunt cum decreto in his rebus que desiderant cause cognitionem et decreti interpositionem, non obligant se, set illos quos habent in tutela vel cura; si vero contrahant in rebus que non desiderant cause cognitionem, <sup>4</sup> obligant se tantum, set non cavebunt de rato. Procurator cum agit nomine alieno, si de mandato contrahit, non cavebit de rato; si vero constet eum non habere mandatum, similiter non cavebit, quia non admittitur set repellitur etiam si vellet satisfacere. Si dubitetur de mandato, probet procurator se mandatum suscepisse; quod si probaverit, non cavebit; alioquin, sic. Negotiorum vero gestor, quotiens in rebus quas administrat contrahit vel quasi, totiens de rato cavebit. Creditores quoque rem vel res eis a debitoribus obligatas etiam sine decreto alienare vel alias tractare possunt, si pacti sunt cum debito-

<sup>1</sup> C sol. *add. B.* — <sup>2</sup> stipulatoribus *B.* — <sup>3</sup> alieno contrahunt nomine *B.* — <sup>4</sup> cognitionem cause *B.* — <sup>5</sup> neque *om. T.* — <sup>6</sup> cum

ribus de eis distrahendis; si vero sint pacti cum eis ut eas non vendant vel distrahant, facta eis a creditoribus trina denuntiatione, poterunt eas sine decreto similiter alienare si debitores cessaverint in solutione; si neque <sup>5</sup> pacti sint, neque denuntiassent, creditores furti tenerentur, si alienarent; si nichil dixerint debitores de eis distrahendis vel non, denuntiatione una eis facta, poterunt eas creditores post biennium alienare absque decreto, dum tamen semper, cum alienant absque decreto, restituant debitoribus totum quod ultra debitum et sumptus vel expensas ab eis in ipsis vel pro ipsis rebus factis acceperunt: quod facere tenentur. Sin autem res eis obligatas possideant creditores ex primo decreto, et eas vendere velint, iure creditoris vendant, cum missi sint in possessionem causa rei servande, et <sup>6</sup> nullum nacti sint ex primo decreto dominium. Sin autem ex secundo decreto habeant, directo vendere possunt tamquam domini. Commissarii dispositi ad funus et sepulturam alicuius, si eis sit licentia et potestas in testamento a defuncto concessa, res defunctorum et vendere et alias tractare possunt.

### III. De beneficiis renuntiandis.

Promittentes et se obligantes potiuntur beneficiis a legibus vel constitutionibus vel senatusconsultis eisdem concessis. Habent enim minores beneficium in integrum restitutionis, ut, si incipiat contractus ab eis et <sup>7</sup> teneat, restituantur pro modico dampno. Si vero non teneat contractus, non indigent restitutione, cum tuti sint ipso iure: melius est enim iura eorum intacta servare quam post causam vulneratam remedium querere. Iuvantur etiam per exceptiones sicut ceteri homines, si non sit eis id pro quo se obligant solutum vel datum. Item <sup>8</sup> iuvantur minores si solutum sit eis vel datum id pro quo se obligant, set non legitime; non enim videtur factum quod non iure fit. Item si solutum, set non versum in suam utilitatem; non enim videtur versum quod non durat versum, cum pupillus non teneatur nisi de eo quo <sup>9</sup> factus est locupletior. Si ergo his beneficiis renuntiaverint minores, iuramenti religione vel idoneis fideiussoribus suas renuntiationes affirmant. Plures rei debendi iuvantur beneficio nove constitutionis, ut non convenientur nisi pro parte cuilibet propter quam se obligant contingente, si non adiecerint pro qua parte velit quisque eorum teneri; unde, si renuntiaverint huic beneficio, promittant <sup>10</sup> in solidum, cum alterum sine altero non valeat. Laici forenses iuvantur fori prescriptione, ut non convenientur nisi sub suis iudicibus; scolares forenses eadem fori prescriptione, et insuper scolastico privilegio quod eis prebuit Fredericus, ut non convenientur nisi sub suis professoribus et magistris. Clerici forenses similiter iuvantur fori prescriptione et insuper clericali privilegio, ut non convenientur nisi sub

*add. S.* — <sup>7</sup> etiam *add. T.* — <sup>8</sup> item *om. T.* — <sup>9</sup> quod *T. B.* — <sup>10</sup> et *add. B. S.*



suis episcopis. Sciendum est tamen quod forenses, sive laici, sive scolares vel laici vel clerici sint, possunt conveniri in terris ubi habitant, ratione domicilii; ubi contrahunt, ratione contractus vel quasi: sic ergo in alienis terris, et non in predictis, iuvantur fori prescriptione. Vendentes res alienas, <sup>1</sup> ignorantibus dominis earum, alicui vel aliquibus scientibus rem vel res alienas, iuvantur l. C. de evictionibus, si fundum (VIII, 44, 27), quod non tenentur ad pretii restitutionem. Emptores animalium, si invenerint extra pactum animal vitiosum vel morbosum, iuvantur ex actione redibitoria vel quanto minoris et actione <sup>2</sup> ex empto vel in factum. Librorum distractores promittunt de vitio et evictione eorum secundum usum et consuetudinem Bononie, et inde fideiussores dant, presertim forenses et filii familias. Mulieres vero iuvantur per ius ypothecarum, ut, si vir post dotem susceptam aliquam ex suis rebus alienaverit vel obligaverit, poterit eam vel eas uxor a quocumque possessore avocare: omnia enim bona viri sunt ei tacite pro suis dotibus obligata, nisi pro eis speciale pignus habet assignatum. Sin autem pro aliquo vel aliquibus intercedant, iuvantur senatusconsulto Velleiano quod prohibet eas pro aliis intercedere, sex casibus exceptis qui tribus versibus hic notantur:

Casibus in senis mulier spondendo tenetur;

Pro libertate, pro dote, renuntiet etsi;

Accipiat pretium, capiat caveatque secundo.

Et sciendum est quod pro marito uxor, nec e converso intercedere <sup>3</sup> non potest, ne mutuo amore ad invicem spolientur, nisi probetur pecuniam pro qua intercedit uxor fore conversam in ipsius uxoris utilitatem. Iuvantur etiam mariti per titulum Codicis et per leges eiusdem tituli ne fideiussores vel mandatores dotium dentur <sup>4</sup> (V, 20). Fideiussoribus prestat beneficium quedam nova constitutio, ut non conveniantur nisi demum convento et exacto <sup>5</sup> eo pro quo se obligant; si tamen plures sint fideiussores, iuvantur epistola divi Adriani ut non conveniantur nisi pro parte cuique eorum contingente, ut dictum est de pluribus reis. Si ergo voluerint se principaliter obligari, promittant in solidum et renuntient specialiter auxilio nove constitutionis et epistole divi Adriani. Confert etiam debitoribus lex Cod. de action. et obligation., ob es alienum. (IV, 10, 12) quod non cogantur pro alieno ere servire. Si vero non adiciatur contractui « rato manente contractu », iuvantur debitores quod non exigatur ab eis res et pena per l. ff. de doli mali et metus exceptione., apud Celsum § Labeo (XXIV, 4, 4 § 15). Suprascriptis itaque beneficiis specialibus et aliis innumerabilibus tam specialibus tacitis vel expressis quam generalibus homines fulciuntur; nam omnia beneficia sunt in favorem hominum introducta quibus renuntiare debent, primo sane specialibus, deinde generalibus ad hoc ut contractus plenum sortiatur effectum.

<sup>1</sup> venditores rerum alienarum B. — <sup>2</sup> et etiam actione S. si nolint agere ex empto B. — <sup>3</sup> non om. B. — <sup>4</sup> ne fideiussores mandatores dotium dent T. ne fideiussores vel mandatores dotium dent B. — <sup>5</sup> extracto B. — <sup>6</sup> obiecta T. abiecta B. — <sup>7</sup> ei om. S. — <sup>8</sup> per T.

Cuilibet enim renuntiare licet iuri quod est pro se introductum. Qui tamen speciali beneficio non potitur minime renuntiat generali; generalis enim renuntiatio alicui obligationi adiecta <sup>6</sup> secundum quosdam nullum videtur robor instrumento vel obligationi prestare, nisi specialiter ei <sup>7</sup> « cautius » preponatur.

#### V. De etate minorum intuenda.

Infans nullum sibi obligat nec se aliis. Infanti proximi alios sibi recte obligant, set non se aliis: benignior enim iuris interpretatio facta est propter <sup>8</sup> utilitatem eorum, ut idem iuris habeant quod pubertati proximi. Pubertati proximi, qui dicuntur capaces doli, etiam sine tutoris auctoritate alium sibi obligare possunt; nam licet pupillis sine tutoris auctoritate condicionem quidem suam facere meliorem, deteriorem vero minime sine tutoris auctoritate. In parentum potestate constituti impuberes, etiam <sup>9</sup> eis actoribus, non obligantur <sup>10</sup>, cum eis ratiocinia reddere non teneantur. Puberes iure alieno exempti recte se obligant; in litem tamen eis, etiam invititis, datur curator.

#### VI. De rerum varietatibus.

Res que in stipulatione deduci non possunt distrahi <sup>11</sup> prohibentur. Sacrarum <sup>12</sup> vel religiosarum edium res in casibus permittuntur alienari, ut dictum est. Liber homo vendi <sup>13</sup> potest credenti illum esse servum; et etiam pater pro necessitate famis potest filium alienare; <sup>14</sup> set, patre vel filio pretium vel aliud mancipium offerente, distractus <sup>15</sup> liberatur et pristinam recipit ingenuitatem. Fundi dotalis inhibita est alienatio, licet uxor pro redimendo viro, vel filia pro alimentis parentis inopia urgentis, vel soror pro fratre, similiter inopia urgente, possit alienare. Parafemales quidem res invititis etiam viris possunt et <sup>16</sup> alienare et alias tractare, si non sint filie familias; nam filii familias nullius rei alienationem habent, nisi de castrensibus pecuniis vel quasi; cum melius sit iuveniles coartare calores, quam post patrimonium <sup>17</sup> dispersum tristem sentiant exitum qui eos expectat <sup>18</sup>. Prohibentur etiam per senatusconsultum Macedonianum pecuniam mutuo accipere, nisi forte in rem patris vertant vel nisi iussu patris accipiant vel alicubi degant in studio litterarum; cui non possunt renuntiare, cum non sit in eorum favorem introductum, set potius in odium feneratorum. Rerum quedam sunt corporales, scilicet que sui natura tangi possunt, quedam incorporales, scilicet que tangi non possunt. Corporalium quedam sunt mobiles, quedam immobiles. Si ergo mobiles sint res que in aliquo vel in aliquos transferuntur vel alias dantur, non indigent locorum vel laterum designatione, cum sepius de uno loco in alio mo-

— <sup>9</sup> etiam om. T. — <sup>10</sup> magis add. T. — <sup>11</sup> et obligari. add. S. — <sup>12</sup> tamen add. B. — <sup>13</sup> et obligari add. B. — <sup>14</sup> obligare et alienare B. — <sup>15</sup> vel obligatus add. B. — <sup>16</sup> et om T. — <sup>17</sup> Codd. matrimonium. — <sup>18</sup> Codd. expectant.

veantur. Res tamen se moventes, licet appellatione mobilium contineantur, tamen distrahuntur quandoque cum omni morbo et vitio expresse, quandoque non expresse; et in hoc casu iuantur exceptione redhibitoria vel quanto minoris eas ementes, ut dictum est. Unde notandum est quod quelibet specialia rerum tam mobilium quam immobilium sunt in contractibus exprimenda, cum per speciale derogetur generali.<sup>1</sup> Immobiles res designantur in contractibus per loca et latera, quecumque<sup>2</sup> sint que dentur, absque mobilibus. Si vero partim mobiles et corporales res, partim immobiles dentur, solummodo immobiles designantur. Si vero generaliter fiat alienatio vel datio rerum vel mobilium vel immobilium vel utrorumque, non est opus in contractibus aliqua locorum vel laterum designatione, licet plerique tabellionum semper immobiles designent, sed « nituntur in vetitum cupiunt semperque negata<sup>3</sup> ».

### VII. De contractuum diversitatibus.

Res corporales traduntur, conceduntur vel dantur, incorporales ceduntur. Dominia rerum traduntur quandoque simul cum possessione et usufructu; quandoque sola dominia traduntur habenti vel non habenti possessionem, et tunc ei non datur set confirmatur possessio; quandoque partim traduntur dominia<sup>4</sup> cum possessionibus, partim possessiones vel conceduntur vel alias dantur; quandoque nec vere dominia cum possessionibus vel sine eis traduntur, nec possessiones vere conceduntur vel dantur. Alienatio est omnis actus per quem dominium transfertur. Alienantur res vendendo, permutando, in solutum dando, vel per sententiam, donando, in dotem dando, et per quamlibet ultimam voluntatem. Mutatur hominum status et condicio sive manumittendo, vel absolvendo vel etiam hominis alicuius vel aliquorum se faciendo, emancipando, adoptando et convertendo. Alienantur etiam res cedendo, transigendo, vel paciscendo, refutando, vel remittendo, et etiam dividendo. Unde sciendum est quod omnes predicti, modi contractuum cum eisdem coherentibus instrumentis scilicet<sup>5</sup> tutele vel cure et inventariorum, et repudiationes hereditatum, et eorum qui alieno nomine contrahunt vel aliquid aliud faciunt, et confirmationum ab eis negotiorum factorum, et ordine iudiciorum et aliorum plurium sunt in prima parte huius voluminis seriatim distincti. Conceduntur utilia dominia rerum immobilium in emphyteosim et in feudum; sole possessiones locantur vel alias dantur. Quas omnes diversitates contractuum, sive concessionum et locationum cum aliis plurimis, videlicet pactorum, societatum, de mutuo, cum securitatibus et instrumentis eisdem coherentibus, commodationum<sup>6</sup>, depositionum, et aliorum quorundam extraordinariorum instrumentorum, videlicet restitutionum, denuntiationum, causarum com-

<sup>1</sup> speciale deroget generali *B.* — <sup>2</sup> quodcumque *T.* quocumque *B. S.* — <sup>3</sup> beati *B.* — <sup>4</sup> dominia *om. T.* — <sup>5</sup> *Codd. s.* — <sup>6</sup> commendationum. *B.* — <sup>7</sup> causarum commissionum *om. B. S.* —

missionum,<sup>7</sup> representationum, officii notarie, instrumentorum exemplandorum et amissorum reficiendorum lector inveniet in secunda parte huius libri per ordinem compilatos Et<sup>8</sup> hec et alia pacta infinita, conventiones, statuta et instrumenta tabellionibus scribenda cotidie imminent vel occurrunt, cum tot sint genera conventionalium stipulationum quot pene rerum contrahendarum<sup>9</sup>; que omnia diligentissime scribuntur secundum voluntates et indicia verborum facientium ea scribi; nam contractus ex voluntate contrahentium legem accipiunt.

### VIII. De numero testium contractibus adhibendo.

Diffinitus est numerus XV testium a lege in subrogatione prepositi sacrorum scriniorum. Numerus XI,<sup>10</sup> est diffinitus in accusando eum qui militarem annonam defraudavit. Octo in testamentis in quibus non fuit tabellio. Numerus VII diffinitur in testamentis in scriptis vel sine scriptis et in repudio mittendo. Numerus V testium diffinitur in testamentis in villis celebratis, in confessione creditoris dicentis sibi solutum esse, in libertate<sup>11</sup> per epistolam vel inter amicos data, in instrumento manumissionis redigendo, in contractu excedente libram auri in civitate celebrato, in codicillis faciendis, in testamentis inter liberos, que qualitercumque confecta valent, et in donatione causa mortis facienda. Trium testium numerus diffinitur in instrumento in quo mulier confitetur se pro fideiussione aliquid accepisse, in caute deponendo, in comparatione litterarum facienda, in inventario faciendo, in idiocera facienda et in voluntate que per decennium stetit mutanda. Ubi vero numerus testium non est diffinitus duo sufficiunt ad plenissimam fidem; pluralis enim elocutio duorum numero contenta est; vel tres; nam in ore duorum vel trium testium stat omne verbum. Et est notandum quod non oportet testes rogari nisi in quatuor casibus, scilicet in solutione debiti, in confessione creditoris post solutionem, in testamentis, in repudio. His omnibus premissis, non est obmittendum, quod tam protocollis, que vulgo rogationes dicuntur, quam instrumentis eorum indicio faciendis, debent publicationes et certa capitula scribi. In cuiuslibet itaque rogationis principio V publicationes scilicet annos domini, diem quo fit contractus, indictionem, testes et locum ubi fit contractus, scribere per ordinem consuevi. In instrumentis due publicationes, scilicet nomen imperatoris et tabellionis adduntur, unde fiunt VII; que quidem aliter in instrumentis ordinantur quam dictum sit in protocollis. Nam ex his quatuor prepono perpetualibus et substantialibus instrumentis, scilicet signum crucis cum anno Domini, nomen imperatoris, diem et indictionem; et, scripto dictorum instrumentorum tenore, subscribo residuas tres scilicet locum, testes, et signum cum meo nomine proprio.

<sup>8</sup> lector inveniet... Et *om. T.* — <sup>9</sup> tradendarum *T.* — <sup>10</sup> XV *B. S.* — <sup>11</sup> libertatem *T. S.*



Sin autem instrumenta sint publica, omnes subscribo: multo enim ante scribuntur quam publicentur; set sententiis diffinitivis et laudis signum crucis prepono. In aliis vero instrumentis et pactis omnibus scribo sine aliquo signo crucis vel meo acapite simpliciter annos, imperatorem, si regnet, diem, indictionem, testes et locum, et in fine signum cum meo nomine. Capitula vero cum suis adiectionibus in ipsis cartulis poterunt denotari secundum cuiusque instrumenti formam atque discretionem; licet in instrumentis venditionum, permutationum, in solutum dationum a debitoribus, et emphiteosis sex possunt capitula numerari: primo contrahentes; secundo res cum locis et finibus si sunt immobiles; tertio pretium in venditionibus, res que datur pro alia recipienda in permutationibus, in solutum dationibus a debitoribus, debitum, in emphyteoticis, aliqua pecunie vel alterius speciei quantitas que datur proprietario pro introitu possessionis; quarto domini utilis vel directi translatio cum omnibus pactis et condicionibus imminentibus; quinto legitima defensio cum congruis beneficiorum renuntiationibus, quas quidam in fine tenoris contractus vel obligationis ponere consueverunt, quod non est utique respuendum; sexto pene sumptuumque reficiendorum promissio. In donationibus inter vivos tria solummodo capitula scribi debent cum adiectionibus suis, scilicet contrahentes, res et translatio domini; legitima quidem defensio et pene promissio non debentur in eis scribi, nisi donatores velint se sponte ad ea prestanda teneri.

Que quidem omnia videre in instrumentis fide poteritis oculata, cum veritas per oculos magis quam per aures animis hominum infigatur. Tandem sciat Deus, quem nullum latet secretum, me opus istud quod honorande societati vestre offero, solummodo ad utilitatem vestre sincere dilectionis studiosius compilasse, ut ad ea que cupitis mature mereamini pervenire. Nonnullos enim vidi qui biennio vel triennio continuo huius artis studio inheserunt, nec etiam habitis suffragiis mendicatis metam<sup>1</sup> meruerunt attingere gloriosam. Si vero in hoc contigerit aliquid<sup>2</sup> minus bene positum reperire, queso non me temere reprehendatis, sed inscientie vel humane fragilitati<sup>3</sup> potius imputare velitis.

## PARS PRIMA

**I. Explicit prologus: incipit huius operis prima pars. Si unus vendat alii vel aliis dominium sive proprietatem et possessionem alicuius rei vel rerum: sic fiat rogatio cum singulis securitatibus<sup>4</sup>.**

M. CC. XIII. die XII. ianuario intrante,<sup>5</sup> indictione II. presentibus Petro Faseolo,<sup>6</sup> Iohannino de Merlinis,<sup>7</sup> et Al-

<sup>1</sup> non add. S. — <sup>2</sup> Si vobis ergo aliquid in eo contigerit minus bene etc. B. Si vero vos aliquid in hoc contigerit et cets. S. — <sup>3</sup> frali-

berto de Pollicino in Porta nova, sub porticu Tetacapre<sup>8</sup>. Caffolus filius condam Penicli de Monte Merlino<sup>9</sup> vendidit iure proprio Ritio Massarii<sup>10</sup> et eius heredibus in perpetuum petiam unam terre aratorie, positam in insula Reni in loco qui Carraria<sup>11</sup> nuncupatur, confines cuius hii sunt: a mane Lambertus Arengerii,<sup>12</sup> a meridie Deotaidi Clarce,<sup>13</sup> a sero est via, desubtus Symeon Seguli,<sup>14</sup> pro pretio XL. <sup>15</sup> lib. bon. quamlibet tornaturam, sibi coram supradictis testibus soluto; et constituit se eius nomine possidere, dans ei licentiam possessionem intrandi; et promisit legitimam defensionem certioratus rem pluris esse sub pena dupli, et sumptus omnes reficere.

### II. De sacramento minoris venditoris.

Et iuravit more minorum.

### III. De falcidia.

Et dictam rem sibi in Falcidiam elegit.

### III. De securitate ne alii sit alienata vel<sup>16</sup> obligata.

Preterea promisit venditor dicto emptori quod nullam venditionem nec cessionem vel alienationem de dicta re fecerat alicui.

### V. De pignore in venditione dato.

Pro quibus omnibus observandis obligavit dicto emptori omnia sua bona; et si pateretur aliquod dampnum eo quod dicta res deberet alicui per fideicommissum restitui, vel<sup>17</sup> sit obligata pro dote, vel supposita condicioni, quod ex eis se conservet indempnem.

### VI. De securitate uxoris.

Item Maria dicti venditoris uxor certiorata de iure hypothecarum quid sit, eidem renuntiavit, consensit et promisit.

### VII. De sacramento eiusdem.

Et quia minor erat, corporaliter iuravit.

### VIII. De patre uxoris.

Item Bartolus de Sarciano dicte domine pater consensit,<sup>18</sup> renuntiavit et promisit, ut filia supra.<sup>19</sup>

tatis mee B fragilitati tue S. — <sup>4</sup> Si unus vendat alii vel aliis dominium sive proprietatem et possessionem alicuius rei, sic fiat rogatio cum suis securitatibus B. — <sup>5</sup> intrante februario. B. — <sup>6</sup> Fasco S. Fasculo B. — <sup>7</sup> Melinis T. — <sup>8</sup> recta capre T, taeta capre B. Petri S. — <sup>9</sup> Caffolus quondam Penni de Monte Mellino B. Martinus filius quondam de Monte Aureo S. — <sup>10</sup> Ricco Massarii B. Petro S. — <sup>11</sup> in Carraria B. S. — <sup>12</sup> Arengerii om. S. — <sup>13</sup> Deotoldus S. — <sup>14</sup> Simeo B. S. — <sup>15</sup> X T. XI B. — <sup>16</sup> alienata vel om. B. — <sup>17</sup> si add. B. — <sup>18</sup> concessit B. — <sup>19</sup> ut filia supra om. B. S.

**VIII. De patre venditoris.**

Item Rubertus Iamboni de Bertalia, <sup>1</sup> dicti venditoris pater, consensit, renuntiavit et promisit.

**X. De securitate legatarie.**

Item Berta dicti venditoris mater, cui legatus erat a viro suo Iohanne, patre dicti venditoris, ususfructus dicte rei vendite, consensit, renuntiavit et promisit.

**XI. De fideicommissario.**

Item Petrus Iohannis Beccatortula de <sup>2</sup> Doliolo consensit et remisit incertum fideicommissi <sup>3</sup> competiturum sibi ex testamento Penicli, patris venditoris, dicto venditori, et emptori promisit. <sup>4</sup>

**XII. De fideiussore principaliter a venditore dato minore.**

Et Martinus de Bagnarola <sup>5</sup> fideiussor extitit principalis pro dicto venditore minore.

**XIII. De fideiussore pro quolibet absente dato.**

Ad hoc Iançius <sup>6</sup> de Panico promisit dicto emptori se facturum et curaturum quod Peniclus pater ipsius venditoris <sup>7</sup> ratam habebit hanc venditionem, et firmabit eam ad sensum sapientis emptoris infra VIII dies postquam requisitus fuerit ab emptore vel eius heredibus sub pena predicta.

**XIII. Instrumentum dicte rogationis cum securitatibus ocurrentibus.**

In Christi nomine, sancte et individue trinitatis, anno Domini M. CC. XIII., die XII. mensis ianuarii introeuntis, <sup>8</sup> regnante domino Ottone Romanorum imperatore, indictione II. Ego quidem Caffolus filius condam Penicli de Monte Melino, <sup>9</sup> hoc instrumento venditionis, in presenti, iure proprio vendo et trado tibi Riçio filio quondam Massarii, <sup>10</sup> tuisque heredibus in perpetuum petiam I terre aratorie positam in insula Reni, in loco qui Carraria <sup>11</sup> nuncupatur; confines cuius hii sunt: a mane possidet Lambertus Arengerii, <sup>12</sup> a meridie Deotaidi Clarçe, <sup>13</sup> a sero adest via, ab inferiori vero latere possidet Symeon Seguli, <sup>14</sup> et si qui alii sunt confines, cum superioribus et inferioribus finibus, accessibus et egressibus suis usque in viam publicam, et cum omnibus et singulis super se et infra se habitis in terra, omnique iure et actione, et usu seu requisitione

<sup>1</sup> Rubertus de Bertaria S. — <sup>2</sup> da B. — <sup>3</sup> condicionis fideicom. B. S. — <sup>4</sup> Consensit et promisit S et promisit B. — <sup>5</sup> de Arcule S. — <sup>6</sup> Cantius B. Zantius S. — <sup>7</sup> quod. add. T. — <sup>8</sup> intrantis S. — <sup>9</sup> Petri de Monte Aumeo S. — <sup>10</sup> Bertholodo filio quondam Bonia-

mihî ex ea re competente, vendo et trado tibi prenominato Ritio tuisque liberis et heredibus in perpetuum ad habendum, tenendum ac possidendum, et quicquid tibi tuisque liberis et heredibus deinceps placuerit faciendum, omnia et singula ut predixi, et que inter hos fines continentur in integrum in presenti pro pretio XL <sup>15</sup> lib. bon. quamlibet tornaturam, quod mihi totum integre coram infrascriptis testibus numeravisti atque solvisti: quam rem me tuo nomine constituo possidere donec in possessionem intraveris corporaliter, in quam intrandi licentiam tibi tua auctoritate concedo. Ab omni quoque homine superscriptam rem legitime defendere, auctorizare atque disbrigare semper tibi tuisque heredibus promitto, nec huius rei nomine litem aliquam nec controversiam per me nec per alium movere occasione minoris pretii, nec alia qualibet <sup>16</sup> certioratus rem pluris esse. Si vero per me meosque heredes predicta omnia et singula non observavero vel aliqua occasione presumpsero contravenire, et si legitimam semper defensionem tibi et tuis heredibus per me meosque heredes non exhibuero, pene nomine predictæ rei duplum eiusdem bonitatis et estimationis dare, te habito <sup>17</sup> ratione meliorationis, omneque dampnum litis et expensas ex nunc competiturum vel competituras tibi et tuis heredibus stipulatione sollempni spondeo resarcire, suam semper hoc venditionis instrumento firmitatem nichilominus optinente.

**XV. De sacramento minoris venditoris.**

Et insuper corporaliter tactis sacris evangeliiis iuro predictam venditionem et pretii solutionem, et omnia que in ea continentur firma in perpetuum tenere, nec contravenire minoris etatis pretextu vel minoris pretii vel non soluti vel non legitime soluti, vel non conversi <sup>18</sup> in meam utilitatem vel non durantis; et, quicquid de eo contingat, iterum idem, ex quo semel recepi, vel aliud quodlibet non petere, nec alia qualibet ratione vel occasione contravenire, nec adversus predictam restitutionem aliquam impetrare.

**XVI. De falcidia.**

Preterea dictam rem in falcidiam eligo, et si non valet totam meam falcidiam, in singulis meis aliis bonis eligo mihi loco falcidie tantum quantum potest mihi iure falcidie obvenire; quam meam falcidiam totam tibi emptori et tuis heredibus iure pignoris obligo, et omnia alia mea bona presentia et futura mihi undecumque obvenientia; ut, si conditio fideicommissi extaret, ex dictis omnibus te tuosque heredes conserves indempnes tua auctoritate de re ipsa, pena et interesse sine mea meorumque heredum vel alterius contradictione et sine omni occasione legis,

mici S. — <sup>11</sup> Bunaga S. — <sup>12</sup> Arengerii om S. — <sup>13</sup> Petrus S. — <sup>14</sup> Seguli om. S. — <sup>15</sup> X T. — <sup>16</sup> Etiam add. B. — <sup>17</sup> te habente rationem B. — <sup>18</sup> conversum T.



iuris et usus et interpellatione communis; que omnia me tuo nomine constituo possidere, renuntians in hoc facto auxilio legis Cod. de evictionibus incipientis si fundum, (VIII, 45, 27), <sup>1</sup> omnique legali auxilio et exceptioni mihi rei vel persone pro hoc facto coherenti.

#### XVII. De securitate ne alii sit alienata vel <sup>2</sup> obligata.

Ad hoc promitto per stipulationem tibi dicto emptori quod nullam venditionem nec cessionem nullamque alienationem, nec contractum in fraude alienationis de dicta re tibi vendita, de tota nec de parte feci, nec de aliquo iure eiusdem rei; quod si contra hoc factum reperies tu dictus Riccius <sup>3</sup> vel tui heredes et dampnum propterea substitueris, in totum te tuosque heredes stipulatione promitto per me meosque heredes <sup>4</sup> servare indemnes sub pena dupli predictae rei; et ea soluta predicta omnia perpetuam optineant firmitatem.

#### XVIII. De pignore in venditione dato.

Pro quibus omnibus observandis omnia mea bona mobilia et immobilia que habeo vel deinceps sum habiturus tibi dicto emptori tuisque heredibus obligo hoc modo et pacto, ut, si extiterit fideicommissi conditio, et res dicta tota vel pars alicui debeat restitui, vel dampnum substitueris tu dictus emptor vel tui heredes eo quod alii sit obligata pro dote vel qualibet alia re vel alicui conditioni supposita, quod ex dictis rebus te tuosque heredes conserves indemnes tua auctoritate de re ipsa, pena et omni interesse sine mea meorumque heredum contradictione, et sine omni occasione legis, iuris et usus, et interpellatione communis; quas res omnes constituo me tuo nomine possidere.

#### XIX. De securitate uxoris.

Et Maria dicti venditoris uxor iam dictae venditioni consentit, et de iure hypothecarum certiorata, omni suo iuri hypothecarum quod in predicta re habebat renuntiavit, et promisit eidem emptori stipulanti non contravenire sub pena dupli predictae rei, et ea soluta ratum et firmum hunc contractum habere, cedendo et dando ipsi emptori et eius heredibus quicquid iuris et actionis <sup>5</sup> in predicta re habebat.

#### XX. De sacramento eiusdem.

Que omnia ut consentit, renuit, et promisit, iuravit corporaliter tactis sacris evangeliiis firma perpetuo te-

nere, nec contravenire minoris etatis occasione, nec eo quod sit in aliquo lesa, nec restitutionem aliquam petere adversus ea que sunt supra dicta.

#### XXI. De patre uxoris.

Et Bartolus de Sartiano <sup>6</sup> dictae domine pater eodem modo consentit et renuit ut filia supra <sup>7</sup> per se fecit, et promisit dicto emptori stipulanti non contravenire sub pena predicta, et ea soluta ratum hunc contractum <sup>8</sup> et firmum habere.

#### XXII. De patre venditoris.

Et insuper Rubertus quondam <sup>9</sup> Camboni de Bertalia <sup>10</sup> dicti venditoris pater, huic venditioni consentit, et renuntiavit omni iuri et actioni quod et quam in ipsa re habebat ratione ususfructus, patrie potestatis vel alio modo; et promisit dicto emptori stipulanti non contravenire sub pena predictae rei, et ea soluta ratum hunc contractum et firmum habere.

#### XXIII. De securitate legatarie.

Et insuper Berta dicti venditoris mater, cui legatus erat ususfructus dictae rei vendite a viro suo Çanne, <sup>11</sup> patre dicti venditoris, huic venditioni consentit, et penitus renuntiavit omni iuri et actioni quod et quam in predicta re habebat ratione ususfructus, legati vel alio modo; et promisit eidem emptori stipulanti non contravenire vel facere sub pena predictae rei dupli, et ea soluta rato manente <sup>12</sup> pacto; cedendo et dando ipsi emptori et eius heredibus omne ius et actionem quod in dicta re habebat, si quod erat; et eum in rem suam procuratorem constituit, ut adversus alios agere, si expedierit, possit, experiri, se tueri et excipere et replicare, ut eadem Berta posset, directis et utilibus actionibus realibus et personalibus.

#### XXIII. De fideicommissario.

Ad hec Petrus filius condam Iohannis <sup>13</sup> Beccatortula de Doliolo cui dicta res ex causa fideicommissi debet restitui, si condicio fideicommissi extaret, eidem venditioni consentit et remisit pacto incertum condicionis commissi sibi in hac re competiturum ex testamento Penicli, patris dicti venditoris dicto Caffolo <sup>14</sup> venditori, et Riccio <sup>15</sup> emptori, et promisit eis cuilibet in solidum stipulantibus non contravenire sub pena dupli predictae rei, et ea soluta rato manente <sup>16</sup> pacto, renuntians in hoc facto omni legum auxilio; et quicquid iuris et actionis in predicta re habebat occasione legati vel fideicommissi restitutionis et substitutionis, emptori dedit et cessit.

<sup>1</sup> auxilio facto legis omnia de legatis incipientis si duobus emptor B. legis Cod. de evictionibus incipientis non fundum § emptor T. <sup>2</sup> alienata vel om. B. — <sup>3</sup> Titius S. Riccius B. — <sup>4</sup> heredes om. T. — <sup>5</sup> quod add. T. — <sup>6</sup> Bertoldus de Panico S. — <sup>7</sup> supra

om. T. — <sup>8</sup> hunc contractum om. B. — <sup>9</sup> Quondam om. T. — <sup>10</sup> Rubertus quondam Camboni de Barberia. — <sup>11</sup> Iohanne B. — <sup>12</sup> hoc facto B. — <sup>13</sup> de add. B. S. — <sup>14</sup> Zaffulo B. Bertolo S. — <sup>15</sup> Martino S. — <sup>16</sup> hoc pacto B.

**XXV. De fideiussore principaliter a venditore dato minore.** <sup>1</sup>

Et quidem Martinus de Bagnarola <sup>2</sup> mandato dicti venditoris ut principalis debitor promisit prefato emptori stipulanti ipsum et heredes suos servare indemnes sub pena dupli predictae rei, et ea soluta ratum et firmum perpetuo habere, si dictus venditor eo quod minor sit contraveniret et restitutionem aliquam peteret contra predicta eo quod pretium sit minimum, vel quicquid de eo contingat, renuntians in hoc facto nove constitutionis beneficio; et quod non opponet aliquam exceptionem vel occasionem ea ratione quia pro minore se obligavit. <sup>3</sup>

**XXVI. De fideiussore pro quolibet absente dato.**

Pretera Cantius <sup>4</sup> de Panico promisit per stipulationem per se suosque heredes dicto emptori stipulanti se facturum et curaturum sine aliqua exceptione quod Peniclus <sup>5</sup> pater dicti venditoris hanc venditionem ratam et firmam perpetuo habebit, et ad sensum sapientis emptoris eam firmabit; et promittit legitimam defensionem sub pena dupli predictae rei infra VIII dies postquam requisitus fuerit dictus Peniclus ab ipso emptore vel eius herede; quod si non faceret dictus Peniclus et dampnum propter hoc substinuerit ipse emptor vel sui heredes eo quod dictus Peniclus dictam venditionem, ut dictum est, non firmaret vel ratam non haberet, et suprascripta omnia non attenderet ac servaret vel contra aliqua occasione faceret vel veniret, in totum ipsum heredesve suos servabit dictus Cantius indemnes, sub pena predicta, et ea non soluta rato manente <sup>6</sup> pacto et obligatione suorum bonorum dupli dicte rei valentium, ubi emptor sua auctoritate accipere voluerit.

Actum in civitate Bononie sub porticu Tettacape <sup>7</sup> et interfuerunt huic venditioni Petrus Faseolus, Iohanninus de Merlinis, <sup>8</sup> et Albertus de Pollicino, et huius rei rogati sunt testes. <sup>9</sup> Ego Rainerius <sup>10</sup> auctoritate imperiali notarius huic venditioni interfui et, ut supra legitur, <sup>11</sup> rogatus scripsi, subscripsi.

**XXVII. Si plures simul vendant alii vel aliis dominium sive proprietatem et possessionem alicuius rei vel plurium et diversarum rerum, sic fiat rogatio.**

Iambonus, Martinus et Iohannes filii condam Petri de Pollicino <sup>12</sup> vendiderunt iure proprio Alberto de Varenana <sup>13</sup> et eius heredibus omne quod habent, vel aliquis pro eis in castello Plumacio <sup>14</sup> et eius districtu, scilicet

terras, vineas, campos, edificia, pascua, prata, silvas, saliceta, ficeta <sup>15</sup> saxa, <sup>16</sup> rupinas; propria, condititia, dominicata, prescripta; <sup>17</sup> homines, mulieres, servitia, iura et actiones, passadia, aquas, ius patronatus et ecclesiarum iura pro pretio CCC <sup>18</sup> marcarum argenti, quod confessi sunt coram suprascriptis testibus sibi fore solutum, renuntiantes non munerati et non soluti pretii exceptioni; et constituerunt se emptoris nomine possidere, dantes ei licentiam possessionem intrandi, et promiserunt legitimam defensionem certiorati res pluris esse quilibet eorum in solidum, renuntiantes beneficio nove constitutionis sub pena dupli, et sumptus omnes reficere.

**XXVIII. Instrumentum dicte rogationis.**

Nos quidem Iambonus, Martinus et Iohannes filii condam Petri de Pollicino hoc instrumento venditionis in presenti iure proprio vendimus et tradimus tibi Alberto de Varenana tuisque heredibus in perpetuum omnia que habebamus et retinebamus, vel aliquis pro nobis habebat vel retinebat quoquomodo in castello Plumatio eiusque curia et districtu, scilicet terras, vineas, campos, edificia, pascua, prata, silvas, saliceta, ficeta, saxa, rupinas; <sup>19</sup> propria, condititia, dominicata, usucapta <sup>20</sup> et prescripta; homines et mulieres, servitia, iura, actiones, passadia, aquas, ius patronatus et iura ecclesiarum; cum superioribus et inferioribus finibus, accessibus et egressibus <sup>21</sup> suis usque in vias publicas et cum omnibus super se et infra se habitis in integrum omnique iure et actione et usu seu requisitione nobis ex eis rebus competente; vendimus et tradimus tibi prenominato Alberto tuisque heredibus in perpetuum ad habendum, tenendum ac possidendum, et quicquid tibi tuisque liberis et heredibus deinceps placuerit faciendum omnia ut prediximus et que intra hos fines continentur in integrum in presenti pro pretio CCC marcarum argenti, quod nos a te totum integre coram infrascriptis testibus fatemur fore solutum, renuntiantes non numerati et non soluti pretii exceptioni. Quas res nos tuo nomine constituimus possidere donec in possessionem intraveris corporaliter, in quam intrandi licentiam tua auctoritate concedimus. Ab omni quoque homine suprascriptas res legitime defendere, auctorizare atque disbrigare semper tibi tuisque heredibus promittimus, quilibet nostrum in solidum, renuntiantes nove constitutionis beneficio, nec harum rerum nomine litem aliquam nec controversiam per nos nec per alium movere occasione minoris pretii nec alia qualibet, certiorati res pluris esse. Si vero per nos nostrosque heredes predicta omnia non observaverimus, vel aliqua occasione presumpserimus

<sup>1</sup> minore dato B. — <sup>2</sup> de Arco S. — <sup>3</sup> obligat S. B. — <sup>4</sup> Cantius B. Bonus S. — <sup>5</sup> Penatus S. — <sup>6</sup> hoc. add. B. S. — <sup>7</sup> sub porticu recta capre T. in porta nova sub porticu domini Tectacape B. in porta nova sub porticu domus domini Martini S. — <sup>8</sup> Melinis T. — <sup>9</sup> S habet hec nomina testium: Petrus, Martinus, Iohannes Bonamici, et Albertus de Panico. — <sup>10</sup> Raimundus S. B. — <sup>11</sup> mandato dicti

venditoris et suprascriptorum omnium scripsi S. mandato dicti venditoris et suprascriptorum rog. ss. sss. B. — <sup>12</sup> Panico S. et infra. — <sup>13</sup> Vigolo S. et infra. — <sup>14</sup> Castro Novo S. et infra. — <sup>15</sup> Saliceta, salicta T. — <sup>16</sup> saxa om. S. — <sup>17</sup> usu capta add. B. — <sup>18</sup> M. S. et infra. — <sup>19</sup> salicetas et salicta T. — <sup>20</sup> usucapta om B. — <sup>21</sup> egressionibus B.



contravenire, et si legitimam semper defensionem tibi ac tuis heredibus per nos nostrosque heredes non exhibuerimus, pene nomine predictarum rerum duplum earumdem bonitatis et estimationis dare, te habito <sup>1</sup> ratione meliorationis, omneque dampnum litis et expensas ex nunc competiturum vel competituras tibi et tuis heredibus stipulatione sollempni resarcire promittimus quilibet nostrum in solidum, suam semper hoc venditionis instrumento firmitatem nichilominus optinente.

**XXVIII. Si plures separatim vendant <sup>2</sup> aliis vel alii dominium sive proprietatem et possessionem alicuius rei vel plurium <sup>3</sup> et diversarum rerum, sic fiat rogatio.**

Martinus Petri de Unçola <sup>4</sup> vendidit iure proprio Alberto Guérço <sup>5</sup> et eius heredibus X petias terre positas in pertinentiis Ulmedule, tres quarum sunt aratorie posite in Mucrone <sup>6</sup>; confines prime sunt: a mane Petrus Arpinelli, a meridie Iohannes Cassianus <sup>7</sup>, a sero Gilius de Bruneto, et de subtus est via; confines secunde sunt: a mane Petriçolus de Doliolo <sup>8</sup>, a meridie Iacominus Nigre, a sero Pax de Tincareriis <sup>9</sup>, et de subtus possidet ecclesia Sancti Cataldi <sup>10</sup>; confines tertie sunt: a mane et a meridie canonica Sancti Salvatoris, a sero et desubtus decurrit flumen Ravone <sup>11</sup>. Quinque vero sunt vineate posite in Runcalia <sup>12</sup>; confines prime sunt: a mane et a meridie Albertus Tureli <sup>13</sup>, a sero domina Diana, et desubtus est navigium <sup>14</sup>; confines secunde sunt a mane Bernardinus Nicolai Arpegonis <sup>15</sup>, a meridie Albertus et Girardus de Gisleriis <sup>16</sup>, a sero Lambertus de Riosto <sup>17</sup>, et desubtus decurrit flumen Reni; confines tertie sunt: a mane Girardus Gualengi, a meridie Çacheus de Galera <sup>18</sup>, a sero Anselmus Albertutii <sup>19</sup> de Ymola <sup>20</sup>, et desubtus Amatus de Porta nova <sup>21</sup>; confines quarte sunt: a tribus lateribus canonica Reni, desubtus decurrit Avesa; confines quinte sunt: a mane Iambonus Gumburutus, a meridie Oliverius Albergeti <sup>22</sup>, a sero Henricus domine Faite, et desubtus Albergetus de Cospis <sup>23</sup>. Alie vero due sunt prative, posite in valle Mitiani; confines prime sunt: a mane Gasparrinus Benvegnatis, a meridie Vivianus de Loro, a sero Iohannes de Grevalcore <sup>24</sup>, et desubtus dominus Villanus; confines secunde sunt: a mane Guido Faber, a meridie Ursus Galliane, a sero Orlandinus Bonfantis, et desubtus Iacobus de Luiano <sup>25</sup>.

Et Albericus Iohannis de Sancto Georgio similiter vendidit iure proprio eidem Alberto et eius heredibus

tres petias terre positas in pertinentiis Sancte Marie in Strata; una quarum est aratora et vineata, posita iuxta vineam dicte ecclesie sancte Marie, confines cuius sunt: a mane dicta ecclesia, a meridie et a sero pons novus de Reno, et desubtus Iacobus faber; alia est casamentum quoddam cum casa, curia et orto, positum iuxta dictam ecclesiam Sancte Marie a latere sero: confines totius sunt: a mane dicta ecclesia, a meridie est ara monachorum dicte ecclesie; a sero Albertinus tinctor et desubtus Amideus Rodulfi Alete; residua petia est aratoria, vineata et prativa, posita in valle Meloncelli: confines totius sunt a tribus lateribus canonica de Seragoça et desubtus est strata.

Et Quintavallis de Petraficta similiter vendidit iure proprio prenominato Alberto et eius heredibus casamentum unum cum casa, curia et orto et carraria et vinea positum in Mucera: <sup>26</sup> confines totius sunt: a mane et a meridie dominus Eustasius Fillidanie, <sup>27</sup> a sero et desubtus dominus Prendeparte et dominus Landulfus de Landufis; <sup>28</sup> pro pretio M librarum imperialium portionem quam vendidit Martinus Petri et pro pretio CCC lib. bon. partionem qoom vendidit Albericus Iohannis... <sup>29</sup> quod utrique confessi sunt coram supradictis testibus se a dicto emptore accepisse, secundum portionem cuilibet eorum contingentem, renuntiantes non numerati et non soluti pretii exceptioni; et pro pretio XL lib. imperialium portionem quam vendidit Quintavallis de Petraficta <sup>30</sup> sibi coram suprascriptis testibus soluto; <sup>31</sup> et constituerunt se dictas res eius nomine possidere, dantes ei licentiam possessionem intrandi. Et promiserunt legitimam defensionem certiorati res pluris esse sub pena dupli et sumptus omnis reficere.

**XXX. Instrumentum dicte rogationis.**

Ego quidem Martinus filius condam Petri de Unçola hoc instrumento venditionis in presenti, iure proprio, vendo, et trado tibi Alberto Guérço tuisque heredibus in perpetuum X petias terre positas in pertinentiis Ulmedule; tres quarum sunt aratorie, posite in loco qui dicitur Mucrone. Confines prime hii sunt: a mane possidet Petrus Arpinelli, a meridie Iohannes Cassianus, a sero Gilius de Bruneto et ab inferiori latere adest via publica; confines secunde hii sunt: a mane possidet Petriçolus de Doliolo, a meridie Iacominius Nigre, a sero Pax de Tincareriis, et ab inferiori latere possidet ecclesia <sup>32</sup> Sancti Cataldi; confines tertie hii: a mane et meridie possidet canonica Sancti Salvatoris, a sero et ab inferiori latere decurrit flumen Ravonis. Alie vero V sunt vineate posite

<sup>1</sup> habita B. — <sup>2</sup> venderent B. — <sup>3</sup> rerum et non diversarum T. plurium et non diversarum B. — <sup>4</sup> Panico S. ut infra. Unçola B. — <sup>5</sup> Guérço om. B. — <sup>6</sup> Raccatone B. Mocerone S. — <sup>7</sup> Cassianus om. S. — <sup>8</sup> Petrus S. — <sup>9</sup> Tincariis T. — <sup>10</sup> Vitalis S. — <sup>11</sup> currit Ravone B. decurrit Ravone S. — <sup>12</sup> Runcollia B. — <sup>13</sup> Truculi B. om. S. — <sup>14</sup> naviglia B. — <sup>15</sup> Bernardus S. — <sup>16</sup> Girardus de Gisleriis om. S. — <sup>17</sup> de Riosto om. S. — <sup>18</sup> Martinus S. — <sup>19</sup> Albertutii om. B. — <sup>20</sup> de Ymola om. B. S. — <sup>21</sup> Saxo S. — <sup>22</sup> Oliverius B. Olivetus Albergati T. Alinerius Albergeti B. — <sup>23</sup> Scopis B. Martinus S. — <sup>24</sup> Saporosa B.

— <sup>25</sup> Lilliolo B. S. habet: confines prime sunt a tribus lateribus Lambertus, a sero Ioannes; confines secunde sunt a tribus lateribus saxa, a sero via. — <sup>26</sup> Nucera pro indiviso B. Novalo S. — <sup>27</sup> filii danne B. — <sup>28</sup> S. habet. a sero et a meridie dom. Prindiparte, desuptus dom. Candol. — <sup>29</sup> Martinus Peri et pro precio cc lib. bon. portionem quam vendidit Albericus Petri. — <sup>30</sup> Martinus de Castello S. — <sup>31</sup> sunt coram supradictis a testibus soluto B. fore soluto T. — <sup>32</sup> Sancti Cataldi.... Sancti om. B.

in loco qui dicitur Runcalia; confines prime quarum hii sunt: a mane et a meridie possidet Albertus Tureli,<sup>1</sup> a sero domina Diana<sup>2</sup> et ab inferiori latere est navigium; confines secunde hii: a mane possidet Bernardinus Nicolai Arpegonis, a meridie Albertus et Girardus de Gisleriis, a sero Lambertus de Riosto, et ab inferiori latere decurrit flumen Reni; confines tertie hii: a mane possidet Girardus Gualengi, a meridie Cacheus de Galera, a sero Anselmus Albertutii de Ymola, et ab inferiori latere possidet Amatus de Porta nova; confines quarte hii: a tribus lateribus possidet canonica Reni et ab inferiori latere decurrit flumen Avise; confines quinte hii: a mane possidet Iambonus Gumburutus, a meridie Oliverius Albergeti, a sero Henricus domine Faite, et ab inferiori latere possidet Albergetus de Cospis. Residue vero due petie sunt prative in valle Mitiani; confine prime hii sunt: a mane possidet Gasparinus Benvegnatis, a meridie Vivianus de Loro, a sero Johannes de Crevalcore et ab inferiori latere possidet dominus Villanus: confines secunde sunt hii: a mane possidet Guido faber<sup>3</sup>, a meridie Ursus Galliane, a sero Orlandinus Bonfantis, et ab inferiori latere possidet Iacobus de Loliano; et si qui alii sunt confines.

Et ego Albericus condam Iohannis de Sancto Georgio similiter iure proprio vendo et trado tibi dicto Alberto tuisque heredibus in perpetuum tres petias terre positas in pertinentiis Sancte Marie in Strata; una quarum est aratoria et vineata posita iuxta vineam dicte ecclesie: <sup>4</sup> confines totius cuius hii sunt: a mane possidet dicta ecclesia, a meridie et a sero pons novus de Reno, et ab inferiori latere possidet Iacobus faber. Alia est casamentum unum cum casa, curia et orto post illud, positum iuxta dictam ecclesiam Sancte Marie a latere sero; confines totius hii sunt: a mane adest dicta ecclesia, a meridie est ara monachorum dicte ecclesie, a sero possidet Albertinus tinctor, et ab inferiori latere Amideus Rodulfi Aleite; residua vero petia terra est aratoria vineata et prativa posita in valle Meloncelli: confines cuius totius hii sunt: a tribus lateribus possidet canonica de Seragoça, et ab inferiori latere est strata; et si qui alii sunt confines.

Et ego Quintavallis de Petra ficta similiter iure proprio vendo et trado tibi prenominato Alberto Guerço tuisque heredibus in perpetuum casamentum unum cum casa, curia et orto et carraria et vinea positum in loco qui dicitur Mucera<sup>5</sup>, confines cuius totius hii sunt: a mane et a meridie possidet dominus Eustasius Fillidane, a sero et ab inferiori latere possidet dominus Prendeparte et dominus Landulfus de Landolfis, et si qui alii sunt confines, cum superioribus et inferioribus finibus, accessibus et egressibus suis usque in vias publicas et cum omnibus super se et infra se habitis in integrum, omnique iure et actione et usu seu requisitione nobis ex eis rebus competente; vendimus ac tradimus tibi prenominato Alberto

<sup>1</sup> Tardi B. — <sup>2</sup> Dania T. B. — <sup>3</sup> Guido faber om. T. — <sup>4</sup> Sancte Merie B. — <sup>5</sup> Nucera B. — <sup>6</sup> habito B. — <sup>7</sup> Martinus

tuisque liberis et heredibus in perpetuum ad habendum, tenendum ac possidendum, et quicquid tibi tuisque liberis et heredibus deinceps placuerit faciendum omnia ut predictimus et que intra hos fines continentur in integrum in presenti; pro pretio M lib. portionem quam ego Martinus vendo et pro pretio CC libr. bon. portionem quam ego Albericus vendo, quod utrique nobis a te totum integre coram infrascriptis testibus fatemur fore solutum secundum portionem cuiuslibet nostrum contingentem, renuntiantes non numerati et non soluti pretii exceptioni; et pro pretio XL libr. bon. portionem quam ego Quintavallis vendo, quod mihi totum integre coram infrascriptis testibus numeravisti atque solvisti. Quas res nos tuo nomine constituimus possidere donec in possessionem intraveris corporaliter, in quam intrandi licentiam tibi tua auctoritate concedimus. Ab omni quoque homine suprascriptas res legitime defendere, auctorizare atque disbrigare semper tibi tuisque heredibus promittimus pro parte a quolibet nostrum tibi vendita, nec harum rerum nomine litem aliquam nec controversiam per nos nec per alium movere occasione minoris pretii, nec alia qualibet, certiorati res pluris esse. Si vero per nos nostrosque heredes predicta omnia non observaverimus, vel aliqua occasione presumpserimus contravenire, et si legitimam semper defensionem tibi et tuis heredibus per nos nostrosque heredes non exhibuerimus, pene nomine predictarum rerum duplum earundem bonitatis et estimationis dare, te habita<sup>6</sup> ratione meliorationis, omneque dampnum litis et expensas ex nunc competiturum vel competituras tibi et tuis heredibus sollempni stipulatione resarcire promittimus, suam semper hoc venditionis instrumento firmitatem nichilominus optinente.

### XXXI. Si unus vendat alii vel alii dominium sive proprietatem alicuius rei vel rerum sic fiat rogatio.

Marianus de Gunsigno<sup>7</sup> vendidit iure proprio Gilio de Ursia<sup>8</sup> et eius heredibus dominium et proprietatem unius petie terre aratorie posite in Bagnaia<sup>9</sup>, quam ab eo in libellum habebas; confines cuius petie terre sunt: a mane Iohannes Amidei, a meridie Albertus Iangni, a sero Guido Ymolensis, et desubtus decurrit flumen Reni; pro pretio XL<sup>10</sup> libr. bon. sibi coram suprascriptis testibus fore<sup>11</sup> soluto, et possessionem quam habet sibi confirmavit ut deinceps suo nomine possideat; et promisit legitimam defensionem, certioratus res pluris esse, sub pena dupli, et sumptus omnes reficere.

### XXXII. Instrumentum dicte rogationis.

Ego quidem Marianus de Gunsigno hoc instrumento venditionis in presenti, iure proprio, vendo et trado tibi

de Gulfino B. Martius de Arco S. — <sup>8</sup> Ursia B. — <sup>9</sup> Bagra B. — <sup>10</sup> xx B. x S. — <sup>11</sup> fore add. T.



Gilio de Ursaia tuisque heredibus in perpetuum dominium et proprietatem unius petie terre aratorie posite in loco qui dicitur Bagnaia<sup>1</sup>, quam a me in libellum habebas: confines cuius hii sunt: a mane possidet Iohannes Amidei, a meridie Albertus Çangni, a sero Guido Ymolensis, et ab inferiori latere decurrit flumen Reni, et si qui alii sunt confines; cum superioribus et inferioribus finibus, accessibus et egressibus suis usque in viam publicam, et cum omnibus super se et infra se habitis in integrum omnique iure et actione et usu seu requisitione mihi ex ea re competente vendo ac trado tibi prenominato Gilio tuisque liberis et heredibus in perpetuum ad habendum, tenendum ac possidendum, et quicquid tibi tuisque liberis et heredibus deinceps placuerit faciendum, omnia ut predixi et que intra hos fines continentur in integrum pro pretio XL<sup>2</sup> lib. bon., quod mihi totum integre coram infrascriptis testibus numeravisti atque solvisti; et possessionem quam ex ea re habes tibi confirmo ut deinceps tuo nomine possideas. Ab omni quoque homine suprascriptam rem legitime defendere, auctorizare, atque disbrigare semper tibi tuisque heredibus promitto, nec huius rei nomine litem aliquam nec controversiam per me nec per alium movere occasione minoris pretii nec alia qualibet, certioratus rem pluris esse. Si vero per me meosque heredes predicta omnia non observavero, vel aliqua occasione presumpsero contravenire, et si legitimam semper defensionem tibi ac tuis heredibus, per me meosque heredes non exhibuero, pene nomine predictae rei duplum eiusdem bonitatis et exitimationis dare, te habito ratione meliorationis, omneque dampnum litis et expensas ex nunc competiturum vel competituras tibi tuis heredibus stipulatione sollempni spondeo resarcire, suam semper hoc venditionis instrumento firmitatem nichilominus optinente.

**XXXIII. Si unus vendat alii vel aliis partim dominium sive proprietatem et possessionem, partim concedat<sup>3</sup> in emphyteosim alicuius rei vel rerum, sic fiat rogatio.**

Pax de Tincarariis vendidit iure proprio Ugolino Accarisii et eius heredibus, medietatem unius petie terre aratorie a latere superiori, et eidem concessit in emphyteosim residuam medietatem dicte petie terre a latere inferiori pro indiviso posite in pertinentiis Pollicini in Ravennese. Confines totius sunt: a mane Girardus de Oliveto, a meridie Iohannes Spagnolus, a sero Albertus Carilum et desubtus via, pro pretio XXX lib. imperialim pro prima, quod totum confessus est coram suprascriptis testibus solutum fore, renuntians non numerati pretii exceptioni, et pro pretio XL sol. imperialium pro emphyteotica sibi coram suprascriptis testibus soluto. Et constituit se eius nomine possidere, dans ei licentiam posses-

<sup>1</sup> Bunaga S. — <sup>2</sup> xxx B. — <sup>3</sup> partim concedat in om. S. In B. tota rubrica decit. — <sup>4</sup> Petrus de Aquilegia vendidit Albertino S. — <sup>5</sup> Verone in porta Sancti Zenonis S. c. 4. — <sup>6</sup> bonor. luce. B. l. lib. v. S.

sionem intrandi, solvendo tamen omni anno dicto venditori vel eius heredibus pro emphyteosi in mense Augusti, nomine pensionis, II den. bon. usque in suam tertiam generationem, et in quarta ad renovandum datis V sol. bon. pro renovatione. Et promisit legitimam defensionem certioratus rem pluris esse, sub pena dupli et sumptus omnes reficere.

**XXXIII. Si unus vendat alii vel aliis nec vere dominium sive proprietatem nec vere possessionem alicuius rei vel rerum sic fiat rogatio.**

Seius condam Çantii de Anguillaia vendidit Albertino condam Alexandri<sup>4</sup> et eius heredibus, si proprium in perpetuum, si conditium unde pertinuerit, domum unam cum curte et orto post eam, positam in civitate Perusii in porta sancti Savini<sup>5</sup>; confines: a mane Iacobus Alfatii, a meridie Albertus Palmerii, a sero Guido de Sanguineta et desubtus est strata; pro pretio C. lib. bon. luc.<sup>6</sup> sibi coram suprascriptis testibus soluto; et constituit se eius nomine possidere, dans ei licentiam possessionem intrandi. Et promisit legitimam defensionem, certioratus rem pluris esse, sub pena dupli, et sumptus omnes reficere.

**XXXV. Instrumentum dicte rogationis.**

Ego quidem Seius filius condam Çantii de Anguillaia hoc instrumento venditionis in presenti vendo et trado tibi Albertino filio condam Alexandri tuisque heredibus, in perpetuum si proprium, si conditium unde pertinuerit, domum unam cum curte et orto post eam posito<sup>7</sup> in civitate Perusii<sup>8</sup> in porta sancti Savini<sup>9</sup>; confines cuius hii sunt: a mane possidet Iacobus Alfatii, a meridie Albertus Palmerii, a sero Guido de Sanguineta et ab inferiori latere adest via publica, et si qui alii sunt confines; cum superioribus et inferioribus finibus, accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et cum omnibus super se et infra se habitis in integrum, omnique iure et actione et usu seu requisitione mihi ex ea re competente vendo ac trado tibi prenominato Alberto tuisque liberis et heredibus, si proprium in perpetuum, si conditium unde pertinuerit, ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid tibi tuisque liberis et heredibus deinceps placuerit faciendum omnia ut predixi et que intra hos fines continentur in integrum in presenti pro pretio C. lib. bon. luc.<sup>10</sup>, quod mihi totum integre coram infrascriptis testibus numeravisti atque solvisti. Quam rem me tuo nomine constituo possidere donec in possessionem intraveris corporaliter, in quam intrandi licentiam tibi tua auctoritate concedo. Ab omni quoque homine suprascriptam rem defendere, auctorizare atque disbrigare semper tibi tuisque heredibus promitto, nec

— <sup>7</sup> positum T. positam B. S. — <sup>8</sup> Verone S. — <sup>9</sup> Zenonis S. — <sup>10</sup> luc. om. S.

huius rei nomine litem aliquam nec controversiam per me nec per alium movere occasione minoris pretii nec alia qualibet, certioratus rem pluris esse. Si vero per me meosque heredes predicta omnia non observavero vel aliqua occasione presumpsero contravenire, et si legitimam semper defensionem tibi et tuis heredibus per me meosque heredes non exhibuero, pene nomine predictae rei duplum eiusdem bonitatis et existimationis dare, te habito ratione meliorationis, omneque dampnum litis et expensas ex nunc competituras tibi et tuis heredibus stipulatione<sup>1</sup> sollempni spondeo resarcire, suam semper hoc venditionis instrumento firmitatem nichilominus optinente.

#### XXXVI. Qui possunt vendere res alienas.

Positis varietatibus quibus aliquis vel<sup>2</sup> vel aliqui rem suam vendunt, nunc autem qui alienas res vendere<sup>3</sup> ac alienare possunt dispiciamus. Et quidem tutores et curatores, actores, syndici, yconomi, procuratores et negotiorum gestores, creditores et commissarii alienas res vendere ac alienare possunt. Et, quia prius constituuntur quam alienentur, qualiter constituentur videamus, et primo de tutoribus et curatoribus.

#### XXXVII. Si tutor vel curator constituatur auctoritate potestatis, sic fiat rogatio.

Petrus de Dolliolo<sup>4</sup> veniens coram domino Guillelmo<sup>5</sup> de Posterla potestate Bononie petiit tutelam Pacis et Berte filiorum condam Albertini, fratris dicti Petri. Quam dominus Guillelmus auctoritate communis Bononie iudiciariaque cognitione domini Iacobi sui iudicis sibi dedit: qui tutor iuravit more tutorum, et Caffolus extitit predicto Petro fideiussor.

#### XXXVIII. Instrumentum dicte rogationis.

Cum Pax et Berta filii condam Albertini tutorem non haberent, Petrus eorum patruus veniens coram domino Guillelmo de Posterla potestate Bononie, dictorum impuberum tutelam sibi ab eo dari petiit. Qui potestas, citatis agnatis et cognatis dictorum impuberum et diligenti habita inquisitione iudiciaria cognitione domini Iacobi sui iudicis, dictum Petrum sua et communis Bononis auctoritate in tutela ipsorum pupillorum constituit, et eis ipsum tutorem dedit. Qui tutor iuravit corporaliter ad sancta Dei evangelia, quod omnia que crediderit et extimaverit dictis pupillis esse utilia admittet vel faciet et inutilia pretermittet, eorumque personam et res bona fide et sine fraude custodiet ac salvabit, et quod inventarium faciet secundum ordinem iuris. Et hec omnia promisit et iuravit attendere ac servare mihi Rainerio<sup>6</sup>, notario infrascripto, stipulanti

<sup>1</sup> stipulatione *om. T.* — <sup>2</sup> aliquis vel *om. T.* — <sup>3</sup> ac alienare *om. T.* — <sup>4</sup> de Porto Veneris *S.* — <sup>5</sup> A. *S.* — <sup>6</sup> Ra *S.* — <sup>7</sup> ian. *S.* — <sup>8</sup> alatere *B. Alecte S.* — <sup>9</sup> Ugiano *B. Ugetto S.* — <sup>10</sup> scripte *B.* — <sup>11</sup> Mar. Iohannes et Al. *B. Ma. Ia. et c. S.* — <sup>12</sup> hereditate

pro predictis pupillis sub obligatione suorum bonorum. Et insuper Caffolus promisit per stipulationem mihi prenominato notario, stipulanti pro predictis pupillis mandato dicti Petri, quod faciet ipsum tutorem predicta omnia attendere ac servare; et si non faceret vel contra aliqua occasione veniret, quod dictos pupillos servabit indempnes sub obligatione suorum bonorum.

#### XXXVIII. Si tutor vel curator faciat inventarium super rebus pupillorum vel adultorum, sic fiat rogatio.

Inventarium inceptum super rebus et possessionibus que fuerunt condam Albertini a Petro fratre dicti Albertini et tutore Pacis et Berte filiorum condam Albertini M. CC. XIII. die II. intrante mense martii<sup>7</sup>, indictione II. In primis huiusmodi res invenit: scilicet duas domos positas in Porta nova iuxta ecclesiam Sancti Salvatoris a latere mane; item duas vineas, una quarum est posita in Muratellis iuxta Rodulfum Aleite<sup>8</sup>, alia in Pollicino iuxta Guidonem de Agnano<sup>9</sup>. Et sic scribe<sup>10</sup> omnes res per ordinem, ut in sequenti instrumento notantur. Quibus scriptis, ita continua: Actum Bononie sub porticu domus dictorum pupillorum; expletum die X. exeunte mese martii, indictione prefata, presentibus Marco et Alberico<sup>11</sup> testibus.

#### XXXX. Instrumentum dicte rogationis.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Inventarium inceptum super rebus et possessionibus Pacis et Berte, filiorum condam Albertini, a Petro patruo eorum et tutore, anno domini M. CC. XIII., die II. mensis martii intrantis, regnante domino Ottone Romanorum imperatore, indictione II. Ego quidem in Dei nomine Petrus tutor Pacis et Berte, quia scio me iuramento teneri, cum iuravi bona dictorum pupillorum non administrare nisi primo publice rerum suarum inventarium facerem, idcirco hoc inventarium per tabellionem scribi et fieri procuravi antequam inciperem administrare, ut in posterum sit memoria, et ne dicti pupilli suis rebus valeant defraudari. In quorum quidem hereditate<sup>12</sup> res huiusmodi inveni: in primis duas domos positas in Porta nova iuxta ecclesiam sancti Salvatoris a latere mane; item duas vineas, una quarum est posita in Muratellis iuxta Rodulfum Aleite; alia in Pollicino iuxta Guidonem de Agnano; item quatuor petias terre, una quarum est posita in Calcaria<sup>13</sup> iuxta Girardum de Rolandino, alia in Poiale iuxta Iohannem de Ansaldo, alia in Beverara iuxta ecclesiam sancti Felicis<sup>14</sup>; residua vero est in Runcalia iuxta fontem. Inveni tres debitores: nam inveni Iohannem de Cassiano<sup>15</sup> C. sol. bon. debere dictis pupillis, ut continetur in cautione facta per manum

*om. T.* — <sup>13</sup> Ancalla *T.* — <sup>14</sup> item duas vineas, una quarum est posita in Calcaria iuxta Girardum de Rollandino, alia in Poçale iuxta Iohannem de Ansalquo, alia in Bertaro iuxta terram Sancti Felicis. — <sup>15</sup> Cascaria *B. Tobaldo S.*



Oliverii notarii; Guidonem de Ymola habere ad laborandum duos boves, ut apparet per scripturam publicam manu Angeli notari confectam; Açolinum de Pollicino habere in soccida duas vaccas, unam cum vitulo et reliquam sine vitulo, et X. pecudes, et III. capras et unam scrofam filiatam cum III porcellis secundum quod patet per scripturam a me Rainerio notario confectam. Item tres creditores: nam inveni dictos pupillo ex contractu paterno X lib. bon. debere Çambono Gumburuto, quas ab eo pater eorum mutuo accepit; Martino de Mançolino C. sol. imperialium de residuo pretii emptionis terre, quam ab eo prenomatus pater dictorum pupillorum emit; matri dictorum pupillorum ex restitutione dotis C. lib. bon. Item inveni tres vegetes, unam de LX. corbibus, aliam de LII, residuam de XXXVI, et duos veiculos<sup>1</sup> plenos vini, unum de XII corbibus, alium de VIII, et duas buticellas, unam de tribus corbibus, aliam de una, mediam aceto. Item inveni XXII corbes frumenti et X. spelte<sup>2</sup>, et VII ordeï, et unum corbem et dimidium fabarum et medium corbem de ciceribus, et unam quartarolam de faseolis. Item inveni tres culcitræ et duos plumatios et III linteamina et unam duplam. Item X scutellas et tres nappos, unum de maçaro et alios duos de pino. Item unum baccinum et unum spitum. Item II paneri o los et<sup>3</sup> III coclearia; item duo scuta et duas lanças et unam pañeram et unum osbergum, et unum coretum<sup>4</sup> cum çapirone francigeno, et unam pañeram et duo paria de ganberiiis. Item XII gallinas cum duobus gallis, et duos anseres et tres anates; item unam falcem et duos cultellos ad incidendum panem, et unum mantile, et duas bancas. Actum in Bononia sub porticu domus dictorum pupillorum, et completum X die mensis martii exeuntis, eodem anno, et indictione prefata. Et interfuerunt huic inventario Marcus, Iohannes et Albericus, et huius rei rogati sunt testes. Ego Pax de Tincarariis auctoritate imperiali notarius hoc inventario mandato dicti tutoris, ut supra legitur, rogatus, scripsi, subscripsi.

**XXXXI. De repudianda vel abstinenda hereditate.**

Petrus de Bertalia, confecto legitime inventario super rebus et possessionibus hereditatis condam patris sui Albertini delate sibi ex testamento, abstinuit se ab ea, cum cognoverit eam dampnosam; et omne dampnum et commodum ipsius penitus repudiavit coram domino U. potestate Bononie, et domino Rod. eius iudice, ne a creditoribus hereditariis aliquatenus pulsetur vel imbrigetur.

**XXXXII. Si tutor vel curator alienet auctoritate potestatis rem vel res pupillorum vel adultorum, sic fiat rogatio.**

Petrus de Doliolo tutor Pacis et Berte filiorum condam Albertini, fratris dicti Petri, auctoritate domini Guil-

elmi de Posterla potestatis Bononie et iudiciaria cognitione domini Iacobi sui iudicis, vendidit tutorio nomine Riçio Massarii et eius heredibus petiam I terre aratorie positam in pertinentiis Ulmedule in Runcalia, que est dictorum pupillorum; confines: a mane Aldebrandinus Roiçi, a meridie Aço de Sandelina<sup>5</sup>, a sero et desubtus est via; pro pretio XL lib. bon. sibi coram supradictis testibus soluto; pro solvendo Corvolo de Rialto in frumento quod ab eo emit pro dictis pupillis alendis, et Guillelmo pro indumentis eorundem; et constituit se eius nomine possidere, dans ei licentiam possessionem intrandi; et promisit tutorio nomine legitime defendere sub pena dupli, et sumptus omnes reficere.

**XXXXIII. Instrumentum dicte rogationis.**

Ego quidem Petrus de Doliolo, tutor Pacis et Berte filiorum condam Albertini fratris mei, auctoritate domini Guillelmi de Posterla potestatis Bononie et iudiciaria cognitione domini Iacobi sui iudicis in hac venditione interposita, hoc instrumento venditionis, in presenti, tutorio nomine vendo et trado tibi Riçio Massarii tuisque heredibus in perpetuum petiam I terre aratorie positam in pertinentiis Ulmedule in loco qui dicitur Runcalia que est dictorum pupillorum; confines cuius hii sunt: a mane possidet Albertus Roiçi, a meridie Aço de Sandelina, a sero et ab inferiori latere adest via publica, et si qui alii sunt confines; cum superioribus et inferioribus finibus, accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et cum omnibus super se et infra se habitis, in integrum, omnique iure et actione et usu seu requisitione mihi ex ea re competente, vendo ac trado tutorio nomine tibi prenominato Riçio tuisque liberis et heredibus in perpetuum ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid tibi tuisque liberis et heredibus deinceps placuerit faciendum omnia, ut predixi, et que intra hos fines continentur, in integrum, in presenti pro pretio XL. lib. bon.; quod mihi totum integre coram infrascriptis testibus numeravisti atque solvisti; pro solvendo Corvolo de Rialto pro frumento quod ab eo emi pro dictis pupillis alendis, et Guillelmo pro indumentis eorundem. Quam rem me tuo nomine constituo possidere donec in possessionem intraveris corporaliter, in quam intrandi licentiam tibi tua auctoritate concedo. Ab omni quoque homine suprascriptam rem legitime defendere, auctorizare atque disbrigare semper tibi tuisque heredibus tutorio nomine promitto, nec huius rei nomine litem aliquam nec controversiam per me nec per alium movere occasione minoris pretii nec alia qualibet, certioratus rem pluris esse. Si vero per me meosque heredes predicta omnia non observavero, et si legitimam semper defensionem tibi et tuis heredibus per me meosque heredes non exhibuero, pene nomine predictæ rei duplum eiusdem bonitatis et existimationis dare, te habito ratione meliorationis, omneque dampnum litis et expensas ex

<sup>1</sup> vegetutulos S. veicillos B. — <sup>2</sup> splete T. — <sup>3</sup> et tres nappos...

panierolos et... om. T. — <sup>4</sup> corectum B. corettum S. — <sup>5</sup> Sandelle B.

nunc competiturum vel competituras tibi et tuis heredibus stipulatione sollempni spondeo resarcire tutorio nomine, suam semper hoc venditionis instrumento firmitatem nichilominus optinente.

#### XXXXIII. Ratio adimnistrationis tutoris vel ratoris.

Petrus de Doliolo qui fuit tutor Pacis et Berte filiorum olim Albertini fratris sui, cum iam tutela ipsa etate dictorum pupillorum finita esset, et huiusmodi essent etatis et scientie quod sua gerere negotia posse viderentur, ipsius tutele et administrationis geste prenominate pueris coram domino Rodulpho<sup>1</sup> potestate Bononie et infrascriptis testibus, et sententiam interlocutoriam domino Rodulpho auctoritate communis Bononie<sup>2</sup> interponente, reddidit rationem et fecit. Cuius siquidem summa rationis inter expensas eorundem puerorum et in domo eorum necessario factas (et) in emptiones terrarum et in denariis eis, presentibus domino Rodulpho potestate Bononie et infrascriptis testibus, solutis, sunt<sup>3</sup> C lib. bon. Quia itaque viderunt et cognoverunt prefati pueri Petrum eorum patrum administrationem rerum suarum omniaque negotia eorum utiliter et pure gessisse, fecerunt per se suosque heredes finem et refutationem ipsi Petro et eius heredibus in perpetuum et pactum de non ulterius petendo transactionis nomine de omni iure et actione et requisitione quod vel quam habebant vel in futurum habere sperabant adversus prenominate Petrum vel eius heredes nomine vel occasione dicte tutele ac administrationis rerum suarum, et generaliter de omnibus, undecumque adversus eum aliquo modo vel iure aliqua molestia seu controversia inferre poterat, vel obicere vel agere aut requirere personaliter vel in rem. Que omnia per se suosque heredes firma ipsi Petro stipulanti et eius heredibus tenere et observare in perpetuum promiserunt, nec contra per se nec per alium venire vel facere aliqua occasione sub pena C lib. imperialium; et ea soluta, predicta omnia in sua semper maneant firmitate.

#### XXXXIII. De syndico vel actore qualiter constituantur.

Albertus Dei gratia abbas monasterii sancti Stephani cum consensu et voluntate fratrum suorum, scilicet domini Uberti et domini Rodulphi et domini Iohannis, constituit<sup>4</sup> Petrum de Granarolo syndicum et actorem universitatis et collegii dicti monasterii in causa quam habet cum monasterio sancti Proculi, occasione vel nomine parochie vel iuris funerum et sepeliendi, instituendo, agendo, defendendo, actiones proponendo, excipiendo, replicando, appellando, componendo et ad omnia que cause fuerint

<sup>1</sup> Codd. Ro. — <sup>2</sup> Bononiensum B. — <sup>3</sup> solutas esse T. — <sup>4</sup> Uderici, domini Uberti et domini Io., et. Gili et Martini conversorum constituit et ordinavit. B. dom. M., dom. R. et dom. I., et G. et I. conversorum constituit et ordinavit S. — <sup>5</sup> Precii B. P. S. — <sup>6</sup> Ventii

prenominate necessaria exercendo, ut omnia facere possit et exercere vel agere, que ipse dominus abbas et quilibet cuiuscumque congregationis vel universitatis syndicus vel actor potest, promittens in se ratum habiturum quicquid inde fecerit pro se et suis fratribus et conversis.

#### XXXXV. De yconomo.

Egidius Farnetensis cenobii abbas cum consensu et voluntate fratrum suorum, scilicet domini Pinçi<sup>5</sup>, domini Yventii<sup>6</sup> camararii, domini Henrici sacriste, domini Rainerii, et domini Rustici prioris claustrum monachorum, et Petri et Mathei conversorum<sup>7</sup> constituit ac ordinavit Bernardinum de Servodeo conversum yconomum et actorem universitatis et collegii dicti cenobii<sup>8</sup> ad vendendas vel alienandas tot de rebus ecclesie sancte Marie de Farneto, quod possit satisfieri Petro Bulgarelli in debito CC. lib. bon. pis.<sup>9</sup> quod dictum monasterium sibi erat astrictum, super quo usure gravissime concurrebant, ut possit dictam alienationem dictarum rerum celebrare et omnia facere que ad dictam alienationem roborandam pertinebunt vel pertinere videntur, ut ipse dominus abbas posset, asserens<sup>10</sup> in se ratum habiturum quicquid inde fecerit pro se suisque fratribus et conversis. Qui yconomus statim corporaliter ad sancta Dei evangelia iuravit dictam alienationem se facturum bona fide et sine fraude, et de illis rebus quibus dicta ecclesia minus pregravetur, et quod plus offerenti dabit, et si res invenerit mobiles unde ipsa debiti solutio fieri possit, immobiles non alienabit, et pretium quod ex dictis rebus percipiet omnino predicto Petro Bulgarelli pro predicto debito solvet<sup>11</sup>. Ego Caffolus notarius his omnibus interfui et, ut supra legitur, mandato prefati domini abbatis et suorum fratrum rogatus subscripsi.

#### XXXXVI. De procuratore.

Egidius Farnetensis ecclesie abbas, cum consensu et voluntate fratrum suorum, scilicet domini A., B. et C. monachorum, et D. et E. conversorum, constituit et ordinavit Bernardinum de Servodeo procuratorem et actorem ipsius collegii ad representandum se nomine dicte ecclesie domino Martino episcopo Aretino et delegato a summo pontifice in causa quam ipsum monasterium habet cum plebano cortonensi<sup>12</sup>, occasione fundamenti cuiusdam ecclesie quam prefatus abbas in castro Cortone<sup>13</sup> facit<sup>14</sup> hedificari, ad petendum terminum ab ipso domino delegato, ut possit dictum terminum petere et accipere, et omnia facere ac exercere que ad ipsum terminum petendum spectant vel spectare videntur, promittens se ratum habiturum quicquid de predicto termino petendo fecerit pro se suisque fratribus et conversis.

B. S. — <sup>7</sup> conversorum om. T. — <sup>8</sup> monasterii B. collegii Sancti G. B. — <sup>9</sup> lib. pis. B. C. lib. imp. S. — <sup>10</sup> promittens B. S. — <sup>11</sup> Actum in castro dicti monasterii add. B. — <sup>12</sup> crotonensi T. curtonensi S. protonensi B. — <sup>13</sup> Crotine T. B. Croidem S. — <sup>14</sup> fecit B.



## XXXXVIII. De castaldo.

Egidius Farnetensis ecclesie abbas, cum consensu et voluntate fratrum suorum<sup>1</sup>, scilicet domini Iacobi, domini Alberici, et domini Henrici monachorum et Petri et Iohannis conversorum, constituit et fecit Bernardinum de Servodeo castaldum et procuratorem predictae ecclesie super castro Farnete et super possessionibus et hominibus ac mulieribus quas in dicto castro eiusque curia et districtu habet, dans ei plenam potestatem ipsas possessiones nomine predictae ecclesie locandi, et recolligendi et exigendi fructus ipsarum possessionum et decimas et primitias et revocationes et hospitia et enxenia sive ficta et omnia iura que sibi ob predictas possessiones vel occasione predictarum rerum debentur vel debebuntur; promittens dominus abbas se ratum habiturum quicquid inde fecerit pro se suisque fratribus et conversis. Et pro feudo et mercede dicte castaldarie concessit ei usumfructum campi predictae ecclesie positi iuxta fontem a latere mane, ita ut predictus castaldus habeat donec predicta castaldaria durabit. Qui castaldus, prestito corporaliter super sanctis evangelii iuramento, promisit ipsi domino abbati stipulanti pro se suisque fratribus et conversis predictam castaldariam et omnia suprascripta bona fide sine fraude agere ac exercere, et quicquid ad eum ob predictas res vel occasione predictarum rerum pervenerit, totum bona fide et sine fraude salvare ac custodire predictoque domino vel eius certo nuntio tradere atque representare.

## XXXXVIII. Rogatio venditionis facte aliene rei a procuratore vel negotiorum gestore.

Martinus de Pollicino vendidit procuratorio nomine Alberto de Cignano et eius heredibus petiam unam terre aratorie positam in Mitiano iuxta fontem; confines: a mane Iohannes Vanatore, a meridie Albertus negoxiante, a sero est fons, desubtus via; pro pretio C. lib. bon. sibi soluto; et constituit se eius nomine possidere, dans ei licentiam possessionem intrandi; et promisit legitimam defensionem procuratorio nomine, certioratus rem pluris esse sub pena dupli, et sumptus omnes refficere. Et promisit se facturum, quod Guido de Ymola hanc venditionem ratam habeat, et firmabit ad sensum sapientis emptoris infra VIII dies postquam requisitus fuerit a predicto emptore vel eius heredibus, sub predicta pena.

## L. Instrumentum dicte rogationis.

Ego quidem Martinus de Pollicino hoc instrumento venditionis in presenti procuratorio nomine vendo et trado tibi Alberto de Cignano tuisque heredibus in perpetuum petiam unam terre aratorie positam<sup>2</sup> in districtu castri Mitiani, in loco qui fons nuncupatur; confines cuius hii

sunt: a mane possidet Iohannes Vanatore, a meridie Albertus negoxiante, a sero est fons, ab inferiori vero latere adest via publica, et si qui alii sunt confines; cum superioribus et inferioribus finibus, accessibus et egressibus suis usque in viam publicam, cum omnibus super se et infra se habitis in integrum, omnique iure et actione et usu seu requisitione mihi ex ea competente vendo ac trado procuratorio nomine tibi prenominate Alberto tuisque liberis et heredibus in perpetuum ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid tibi tuisque liberis et heredibus deinceps placuerit faciendum, omnia, ut predixi, et que intra hos fines continentur in integrum, in presenti, pro pretio C. lib. bon., quod mihi totum integre coram infra-scriptis testibus numeravisti atque solvisti. Quam rem me tuo nomine constituo possidere donec in possessionem intraveris corporaliter, in quam intrandi licentiam tibi tua auctoritate concedo. Ab omni quoque homine suprascriptam rem procuratorio nomine legitime defendere, autorizare atque disbrigare semper tibi tuisque heredibus promitto, nec huius rei nomine litem aliquam nec controversiam per me nec per alium movere occasione minoris pretii, nec alia qualibet certioratus rem pluris esse. Si vero per me meosque heredes predicta omnia non observavero vel aliqua occasione presumpsero contravenire, et si legitimam semper defensionem tibi ac tuis heredibus per me meosque heredes non exhibuero, pene nomine predictae rei duplum eiusdem bonitatis et estimationis dare, te habito ratione meliorationis, omneque dampnum litis et expensas ex nunc competiturum vel competituras, tibi et tuis heredibus sollempni stipulatione spondeo rescire procuratorio nomine, suam semper hoc venditionis instrumento firmitatem nichilominus optinente. Et insuper promitto per me meosque heredes tibi, prefato emptori stipulanti, me facturum et curaturum sine aliqua exceptione quod Guido de Ymola per se suosque heredes hanc venditionem ratam et firmam habeat et eam firmabit ad sensum sapientis<sup>3</sup> emptoris, et promittet legitimam defensionem, sub pena dupli dicte rei et ea soluta rata manente venditione, infra VIII dies postquam requisitus fuerit prenominate Guido a te emptore vel tuis heredibus. Quod si non faceret prefatus Guido, et dampnum sustinueris aliquod tu emptor vel tui heredes eo quod dictam venditionem ut dictum est non firmaret vel ratam non haberet et suprascripta omnia non attenderet ac servaret vel contra aliqua occasione faceret vel veniret, in totum te tuosque heredes servabo indemnes sub predicta pena; et ea soluta, predicta omnia in sua maneant firmitate, et<sup>4</sup> obligatione meorum bonorum dupli dicte rei valentium, ubi<sup>5</sup> tua auctoritate tu tuique heredes accipere voluerint<sup>6</sup> sine mea meorumque heredum contradictione, et sine aliqua occasione legis, iuris vel usus vel interpellatione communis.



<sup>1</sup> Ita Codd. habent. — <sup>2</sup> Codd. posita. — <sup>3</sup> tui add. B. — <sup>4</sup> sub

add. B. — <sup>5</sup> nisi B. — <sup>6</sup> volueris S. B.

### LI. De confirmationis venditionis ab alio facte.

Guido de Ymola consensit venditioni facte a Martino de Pollicino procuratore suo Alberto de Cignano et eius heredibus de petia I terre aratorie posita in districtu castri Mitiani iuxta fontem, et ipsam penitus confirmavit dando et cedendo ipsi Alberto omne ius omnemque actionem realem et personalem, utilem et directam quod et quam eius rei nomine habebat adversus quemcumque vel habere posset; ut idem Albertus valeat agere ac experiri directis et utilibus accionibus in rem et in personam, et excipere et replicare et se tueri confitendo, negando, et omnia faciendo que ipse Guido facere posset, ipsemet<sup>1</sup> constituit eum procuratorem in rem suam professus se pretium dicte<sup>2</sup> rei scilicet C lib. bon. ab eo accepisse, et sibi solutum esse, renuntians non numerati et non soluti pretii exceptioni. Et possessionem quam ex ea re habet sibi confirmavit, ut de cetero suo nomine possideret, promittens per se suosque heredes ipsi Alberto stipulanti et eius heredibus predictam rem ab omni homine legitime auctorizare atque disbrigare nec contravenire occasione minoris pretii nec alia qualibet, certioratus rem pluris esse. Si vero per se suosque heredes predicta omnia non observaverit vel aliqua occasione presumpserit contravenire, et si legitimam semper defensionem sibi ac suis heredibus per se suosque heredes non exhiberet, pene nomine predictae rei duplum eiusdem bonitatis et existimationis dare, te<sup>3</sup> habito ratione meliorationis, omneque dampnum litis et expensas ex nunc competiturum vel competituras ei vel eius heredibus stipulatione sollempni resarcire promisit, suam semper hoc confirmationis venditionis instrumento firmitatem nichilominus optinente.

### LII. Rogatio venditionis a creditore facte de re sibi obligata.

Caçaconte<sup>4</sup> de Panico vendidit iure creditoris Caffolo et eius heredibus petiam unam terre aratorie positam in insula Reni in Mucrone<sup>5</sup>, que erat sibi obligata ab Alberto de Ripa in X lib. bon.; confines: a mane Iohannes de Senigallia, a meridie Bonaventura, a sero Willielmus de Villa<sup>6</sup>, desubtus via; pro pretio XV lib. bon. sibi soluto; et constituit se eius nomine possidere, dans ei licentiam possessionem intrandi, et promisit legitimam defensionem, certioratus rem pluris esse sub pena dupli et sumptus omnes reficere.

### LIII. Instrumentum dicte rogationis.

Ego quidem Caçaconte de Panico, hoc instrumento venditionis, in presenti, iure creditoris vendo et trado tibi

<sup>1</sup> et B. S. — <sup>2</sup> directe T. — <sup>3</sup> eo B. — <sup>4</sup> Paço conte B. — <sup>5</sup> Mucone T. Mocertere B. — <sup>6</sup> Gilio de Vil. B. — <sup>7</sup> Mucerone B.

Caffolo tuisque heredibus in perpetuum petiam unam terre aratorie positam in insula Reni in loco qui Mucrona<sup>7</sup> nuncupatur; confines cuius hii sunt: a mane Iohannes de Senigallia, a meridie Bonaventura, a sero Willielmus da Villa, ab inferiori vero latere adest via publica, et si qui alii sunt confines; cum superioribus et inferioribus finibus, accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et cum omnibus super se et infra se habitis in integrum, omnique iure et actione et usu seu requisitione mihi ex ea re competente, vendo ac trado iure creditoris tibi prenominato Caffolo tuisque liberis et heredibus in perpetuum ad habendum, tenendum, et quicquid tibi tuisque liberis et heredibus deinceps placuerit faciendum, omnia ut predixi et que intra hos fines continentur in integrum, in presenti, pro pretio XV<sup>8</sup> lib. bon., quod mihi totum integre coram infrascriptis testibus numeravisti atque solvisti. Quam rem me tuo nomine constituo possidere donec in possessionem intraveris corporaliter, in quam intrandi licentiam tibi tua auctoritate concedo. Ab omni quoque homine suprascriptam rem legitime defendere iure creditoris, auctorizare atque disbrigare semper tibi tuisque heredibus promitto, nec huius rei nomine litem aliquam nec controversiam per me nec per alium movere occasione minoris pretii nec alia qualibet, certioratus rem pluris esse. Si vero per me meosque heredes predicta omnia non observavero vel aliqua occasione presumpsero contravenire, et si legitimam semper defensionem tibi ac tuis heredibus per me meosque heredes non exhibuero, pene nomine predictae rei duplum eiusdem bonitatis et existimationis dare, te habito ratione meliorationis, omneque dampnum litis et expensas ex nunc competiturum vel competituras tibi et tuis heredibus stipulatione sollempni spondeo resarcire iure creditoris, suam semper hoc venditionis instrumento firmitatem nichilominus optinente.

### LIIII. Rogatio venditionis facte a commissariis de rebus defuncti.

Martinus et Bernardus de Ripole commissarii condam Caffoli, vendiderunt iure commissario Ardiçoni de Burgo petiam unam terre positam in insula Pulnensi in Ficareto<sup>9</sup>; confines: a mane Bonomo, a meridie Guiçardus Gili, a sero et desubtus est via, pro pretio C. lib. bon. eis soluto<sup>10</sup> pro solvendo pro anima predicti Caffoli qui iussit eis dictam<sup>11</sup> terram vendi et de aliis suis bonis, si de dicta terra in totum pro anima sua satisfieri non possit, ut continetur in testamento<sup>12</sup> suo manu Guidonis notarii scripto. Et constituerunt se eius nomine possidere, dantes ei licentiam possessionem intrandi; et promiserunt legitimam defensionem, certiorati rem pluris esse quilibet eorum

Bunaga S. — <sup>8</sup> B. S. — <sup>9</sup> Reni in Bunaga S. — <sup>10</sup> solvendo T. — <sup>11</sup> totam T. — <sup>12</sup> instrumento T. testimonio B.



in solidum, renuntiantes nove constitutionis beneficio sub pena dupli et sumptus omnes reficere.

**LV. Instrumentum dicte rogationis.**

Nos quidem Martinus et Bernardus de Ripole commissarii condam Caffoli, hoc instrumento venditionis, in presenti, iure commissario, vendimus et tradimus tibi Arditiōni de Burgo tuisque liberis et heredibus in perpetuum petiam I terre aratorie positam in insula Pulnensi<sup>1</sup> in loco qui Ficareto nuncupatur; confines cuius hii sunt: a mane possidet Bonomo, a meridie Girardus Gili, a sero et ab inferiori latere adest via publica, et si qui alii sunt confines; cum superioribus et inferioribus finibus, accessibus et egressibus suis usque in via publicam et cum omnibus super se et infra se habitis in integrum, omnique iure et actione et usu seu requisitione nobis ex ea re competente vendimus et tradimus tibi prenominato Arditiōni tuisque liberis et heredibus in perpetuum ad habendum, tenendum ac possidendum, et quicquid tibi tuisque liberis et heredibus deinceps placuerit faciendum omnia, ut prediximus, et que intra hos fines continentur, in integrum, in presenti, pro pretio C. lib. bon., quod nobis totum integre coram infrascriptis testibus numeravisti atque solvisti; pro solvendo pro anima dicti Caffoli qui iussit nobis dictam terram vendi et de aliis suis bonis, si de ipsa terra in totum pro anima sua satisfieri non possit, ut continetur in testamento suo manu Guidonis notarii scripto. Quam rem nos tuo nomine constituimus possidere, donec in possessionem intraveris corporaliter; in quam intrandi licentiam tibi tua auctoritate concedimus.<sup>2</sup> Ab omni quoque homine suprascriptam rem, secundum ius quod habemus, legitime defendere, auctorizare atque disbrigare semper tibi tuisque heredibus promittimus quilibet nostrum in solidum, renuntiantes nove constitutionis beneficio; nec huius rei nomine litem aliquam nec controversiam per nos nec per alium movere occasione minoris pretii nec alia qualibet, certiorati<sup>3</sup> rem pluris esse. Si vero per nos nostrosque heredes predicta omnia non observaverimus vel aliqua occasione presumpserimus contravenire, et si legitimam semper defensionem tibi ac suis heredibus per nos nostrosque heredes non exhibuerimus, pene nomine predictae rei duplum eiusdem bonitatis et existimationis dare, te habito ratione meliorationis, omneque dampnum litis et expensas ex nunc competiturum vel competituras tibi et tuis heredibus stipulatione sollempni spondemus resarcire quilibet nostrum in solidum, suam semper hoc venditionis instrumento firmitatem nichilominus optinente.

**LVI. De venditionibus rerum mobilium.**

Premisso tractatu venditionum rerum immobilium, ad mobiles transitum faciamus, cum vendantur<sup>4</sup> quandoque a

<sup>1</sup> Polvesini B, Pulvensi S. — <sup>2</sup> concedo T — <sup>3</sup> certioratus TS. — <sup>4</sup> venduntur T et infra. — <sup>5</sup> Tonso de Cignone B. V. de Ripa S. —

vero domino, quandoque ab alio pro eo. Et primo de libris supponamus, qualiter vendantur.

**LVII. Rogatio venditionis librorum.**

Guido de Ymola iure proprio vendidit Tonso de Dutia<sup>5</sup> Digestum unum vetus pro pretio X lib.<sup>6</sup> imperialium sibi soluto, et possessionem eius sibi tradidit, et promisit de vitio ed evictione, renuntians fori clericalis<sup>7</sup> et scolastico privilegio et sumptus omnes reficere sub pena dupli. Et Preçanninus stationarius principalis ipsi emptori pro vitio et evictione extitit fideiussor.

**LVIII. Instrumentum dicte rogationis.**

Ego quidem Guido de Ymola hoc instrumento venditionis in presenti iure proprio vendo et trado tibi Tonso de Dutia tuisque liberis et heredibus in perpetuum Digestum unum vetus cum omni iure et actione et usu seu requisitione mihi ex predicto libro competente, pro pretio X. lib. imperialium quod mihi totum integre coram infrascriptis testibus numeravisti atque solvisti, ut ipsum librum et omnia que predixi deinceps habeas, teneas et possideas, et quicquid tibi tuisque liberis et heredibus deinceps placuerit facias; possessionem cuius tibi trado, promittens tibi prenominato Tonso stipulanti de vitio et evictione ipsius Digesti, renuntiando fori clericalis<sup>8</sup> et scolastico privilegio, omni que legali auxilio<sup>9</sup> et Decretorum sufragio et exceptioni, quo vel qua possim aliquo modo<sup>10</sup> iuvari personaliter vel in rem; et omne dampnum litis et expensas ex nunc competiturum vel competituras tibi et tuis heredibus nomine vel occasione vitii vel evictionis predicti Digesti in iudicio vel extra stipulatione resarcire promitto, sub pena dupli dicti pretii; et ea soluta predicta omnia in sua semper maneant firmitate.

Et Preçanninus venditor librorum mandato dicti Guidonis ut principalis debitor promisit per se suosque heredes ipsi Tonso, stipulanti se conservaturum ipsum Tonsum indempnem eiusque heredes, si dampnum aliquod sustinerit nomine<sup>11</sup>, vel occasione vitii vel evictionis pretaxati Digesti sub pena predicta et obligatione suorum bonorum dupli dicti Digesti valentium, renuntians nove constitutionis beneficio.

**LVIII. Rogatio venditionis equorum.**

Dominus Guido Baçalerius vendidit iure proprio Ugolino Accarisii equum I cum freno, ligamine ac sella pro pretio XL<sup>12</sup> lib. bon., quod confessus est se ab eo accepisse, renuntians non numerati et non soluti pretii exceptioni; et possessionem eius tradidit certiorans ipsum dictum equum duas habere schinellas et unum suprossum et esse

<sup>6</sup> xx lib. bon. B. — <sup>7</sup> clericali TS. — <sup>8</sup> forum clericali T. fori clericali BS. — <sup>9</sup> auxilio om. TS. — <sup>10</sup> omni modo T. — <sup>11</sup> nomine om. BS. vel om. T. — <sup>12</sup> L S X B.



calcitrosum <sup>1</sup>; quare ipse emptor promisit ipsi venditori quod non aget adversus eum actione redhibitoria vel quanto minoris; et promisit prefatus venditor legitimam defensionem et sumtus omnes reficere.

**LX. Instrumentum dicte rogationis.**

Ego quidem Guido Baçalerius hoc instrumento venditionis, in presenti, iure proprio vendo et trado tibi Ugo-lino Acarisii tuisque heredibus in perpetuum unum equum cum freno, ligamine ac sella et cum omni iure et actione et usu seu requisitione mihi ex eo competente, pro pretio XL. lib. bon., quod mihi a te totum integre coram infrascriptis testibus fateor fore solutum, renuntians non numerati et non soluti pretii exceptioni; ut ipsum equum et omnia que predixi habeas, teneas, possideas et quicquid tibi tuisque liberis et heredibus deinceps placuerit facias; possessionem cuius tibi trado, certiorans te dictum equum duas habere schinellas, unum suprossum et esse calcitrosum; quare tu predictus emptor promittis mihi venditori stipulanti, quod non ages vel excipies adversus me vel meos heredes occasione dictorum vitiorum vel aliorum ipsius equi redhibitoria vel quanto minoris aut alia qualibet occasione vel exceptione tibi et tuis heredibus competente vel competitura. Et ego prenominatus Guido per me meosque heredes pretaxatum equum tibi emptori stipulanti tuisque heredibus aut cui dederis ab omni homine legitime defendere, auctorizare atque disbrigare et omne dampnum litis et expensas ex nunc competiturum vel competituras tibi et tuis heredibus nomine vel occasione evictionis ipsius equi in iudicio vel extra stipulatione resarcire promitto sub pena dupli dicti pretii; et ea soluta predicta omnia in sua semper manent firmitate.

**LXI. De permutationibus.**

Diximus de venditionibus; nunc autem de permutationibus, idest cambiis, pertractemus.

**LXII. Rogatio permutationis, idest cambii.**

Albertus de Montalerio <sup>2</sup> permutavit iure proprio Petro de Morro <sup>3</sup> et eius heredibus petiam unam terre positam iuxta lacum in monte de Valle; confines: a mane Guidutius Barilus, a meridie Rustichellus frater dicti Guidonis, a sero est lacus, desubtus dominicatus sancti Archangeli; pro alia petia terre posita in valle de Materno in Mucrone, quam sibi eodem iure tradidit; confines: a mane Gilius pistor, a meridie Iuncta de Treve, a sero Iohannes de Cremona, desubtus via; et constituit se eius nomine possidere, dans ei licentiam possessionem intrandi,

<sup>1</sup> et esse calcitrosum om S. — <sup>2</sup> Igetus de Castro novo S. —

et promisit legitimam defensionem certioratus rem pluris esse sub pena dupli, et sumtus omnes reficere; et eodem modo fecit dictus Petrus ipsi Alberto.

**LXIII. Instrumentum dicte rogationis.**

Ego quidem Albertus de Montalerio hoc instrumento permutationis, in presenti, iure proprio do et trado tibi Petro de Morro tuisque liberis et heredibus in perpetuum petiam unam terre positam iuxta lacum in loco qui Mons de Valle nuncupatur; confines cuius hii sunt: a mane possidet Guidutius Barilus, a meridie Rustichellus frater dicti Guidutii, a sero adest lacus, ab inferiori vero latere est dominicatus ecclesie sancti Archangeli, et si qui alii sunt confines; cum superioribus et inferioribus finibus accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et cum omnibus super se et infra se habitis, in integrum, omnique iure et actione et usu seu requisitione mihi ex ea re competente, do ac trado, iure permutationis, tibi prenominato Petro tuisque liberis et heredibus in perpetuum, ad habendum, tenendum ac possidendum, et quicquid tibi tuisque liberis et heredibus deinceps placuerit faciendum, omnia, ut predixi, et que intra hos fines continentur, in integrum, in presenti, pro alia petia terre posita in valle de Materno, in loco qui Mucrone nuncupatur, quam mihi coram infrascriptis testibus eodem iure tradidisti. Quam rem me tuo nomine constituo possidere, donec in possessionem intraveris corporaliter in quam intrandi licentiam tibi tua auctoritate concedo. Ab omni quoque homine suprascriptam rem legitime defendere, auctorizare, atque disbrigare semper tibi tuisque heredibus promitto, nec huius rei nomine litem aliquam nec controversiam per me nec per alium movere occasione minoris pretii, nec alia qualibet, certioratus rem pluris esse. Si vero per me meosque heredes predicta omnia non observavero vel aliqua occasione presumpsero contravenire, et si legitimam semper defensionem tibi ac tuis heredibus per me meosque heredes non exhibuero, pene nomine predictae rei duplum eiusdem bonitatis et estimationis dare, te habito ratione meliorationis, omneque dampnum litis et expensas ex nunc competiturum vel competituras tibi et tuis heredibus stipulatione sollempni spondeo resarcire, suam semper hoc venditionis instrumento firmitatem nichilominus optinente.

**LXIII. De in solutum dationibus.**

Vidimus qualiter alienentur res tam immobiles quam mobiles, vendendo vel permutando. Nunc autem, qualiter alienentur dando in solutum videamus. Et cum res detur in solutum creditori quandoque a debitore. quandoque a pretore per primum vel secundum decretum, quandoque per sententiam, primo qualiter ipse debitor det ei rem in solutum, denotemus.

<sup>3</sup> Colle S.



**LXV. Rogatio dationis in solutum a debitore creditori.**

Gilius de Bruneto dedit et tradidit in solutum iure proprio Canni de Alfina et eius heredibus petiam I terre positam in Ancallia<sup>1</sup> in Mucrone; confines: a mane Guido Perusii, a meridie Rainerius Berarduçii, a sero et desubtus est via pro<sup>2</sup> lib. bon., quos ei debebat occasione mutui ab eo habitos; et constituit se eius nomine possidere, dans ei licentiam possessionem intrandi, et promisit legitimam defensionem, certioratus rem pluris esse sub pena dupli, et sumptus omnes reficere.

**LXVI. Instrumentum dicte rogationis.**

Ego quidem Gilius de Bruneto hoc instrumento dationis in solutum, in presenti, iure proprio do et trado in solutum tibi Canni de Alfina tuisque heredibus in perpetuum petiam I terre positam in Ancallia in loco qui Mucrone nuncupatur, confines cuius hii sunt: a mane possidet Guido Perusii, a meridie Rainerius Berardutii, a sero et ab inferiori latere adest via publica, et si qui alii sunt confines; cum superioribus et inferioribus finibus, accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et cum omnibus super se et infra se habitis in integrum, omnique iure et actione et usu seu requisitione mihi ex ea re competente, do ac trado in solutum tibi prenominato Canni tuisque liberis et heredibus in perpetuum ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid tibi tuisque liberis et heredibus deinceps placuerit, omnia, ut predixi, et que inter hos fines continentur in integrum in presenti pro xx. l. bon. quos tibi debebam<sup>3</sup> occasione mutui a te habitos. Quam rem me tuo nomine constituo possidere, donec in possessionem intraveris corporaliter, in quam intrandi licentiam tibi tua auctoritate concedo. Ab omni quoque homine suprascriptam rem legitime defendere, auctorizare atque disbrigare semper tibi tuisque heredibus promitto nec huius rei nomine litem aliquam nec controversiam per me nec per alium movere occasione aliqua, certioratus rem pluris esse. Si vero per me meosque heredes predicta omnia non observavero vel aliqua occasione presumpsero contravenire, et si legitimam semper defensionem tibi ac tuis heredibus per me meosque heredes<sup>4</sup> non exhibuero pene nomine predictæ rei duplum eiusdem bonitatis et existimationis dare, te habito ratione meliorationis, omneque dampnum litis et expensas ex nunc competiturum vel competituras tibi et tuis heredibus stipulatione sollempni spondeo resarcire, suam semper hoc in solutum dationis instrumento firmitatem nichilominus optinente.

**LXVII. De ordine iudiciorum.**

Quia pretor vel iudex secundum iuris ordinem dat rem debitoris vel possessionem in solutum creditori, ne si-

<sup>1</sup> Barbarino S. — <sup>2</sup> pretio B. — <sup>3</sup> quos tibi debebam om. T. — <sup>4</sup> predicta omnia non observavero vel aliqua occasione presump-

nistra de eo valeat fama exoriri et ne videatur a iuris tramitibus deviare, priusquam tractemus de in solutum dationibus a pretore vel iudice, quedam de aliquibus iuris tramitibus prelibemus, et primo siquidem de libellis.

**LXVIII. De libellis.**

Peto ego Petrus a Martino l. bon. ex causa mutui a me habitos et accessiones eorum<sup>5</sup> a tribus annis cum pena legali; de quibus expostulo rationem.

**LXIX. De iudicum recusatione.**

Quia res periculosa est et plena tristissimi eventus sub suspecto iudice litigare, idcirco ego Martinus audientiam vestram, domine Hermanne iudex communis Bononie<sup>6</sup>, super querimonia facta de me a Petro recuso; quia habeo vos suspectum eo quod inimicamini mihi; et alium mihi iudicem dari peto.

**LXX. De litis contestatione.**

Quero a te, Petre, si Martinus debet tibi hoc quod per libellum ab eo petis — Domine, sic — Et a te, Martino, si debes ei ea que a te Petrus petit — Domine, nequaquam.

**LXXI. De sacramento calumpnie.**

Ea que adversus Martinum tu, Petre, venis dicere, ideo dicis quia credis te bonam habere causam, non animo calumpnie. Et si ab eo audies in hac causa aliquid dicere, quod credas vel scias ipsum veritatem dicere, non negabis causa onerandi eum probatione; nec mihi iudici dedisti nec<sup>7</sup> promisisti, nec dabis vel promittes per te vel per alium nisi quod est a iure permissum, quod pro te sententiam debeam ferre; falsis instrumentis vel falsis testibus in hac causa te sciente non uteris; et quotiescumque citatus eris a me vel cui delegavero, venire et representare te nobis non recusabis. Hec omnia vera sunt, et ita observabis bona fide sine fraude. — Sic<sup>8</sup> Deus te adiuvet et hec sancta evangelia.

**LXXII. De termino ad producendos testes.**

Terminum habet Petrus ad producendos testes contra Martinum in<sup>9</sup> causa que vertitur inter eos coram domino Hermanno iudice communis Bononie a die Martis proximi ad viij dies ab ipso domino Hermanno.

**LXXIII. Qualiter iudex debeat reum citare.**

Ego quidem Hermannus, iudex communis Bononie, hoc uno preceptorio edicto pro omnibus tibi Martino firmiter precipio atque mando, ut hinc ad diem Iovis proximi coram me te representes ad rationem faciendam Petro

psero contravenire per me meosque heredes *add. T.* — <sup>5</sup> earum B. — <sup>6</sup> Bononiensium B. — <sup>7</sup> iudici nihil promisisti T. — <sup>8</sup> si T. S. — <sup>9</sup> de T.



de <sup>1</sup> xx lib. bon. et accessionibus eorum a tribus annis cum pena legali, quos a te petit; alioquin non ulterius citaberis, et ipsum in possessionem tuarum rerum pro mensura sue petitionis inducam.

#### LXXIV. De iuramento testium.

De causa que vertitur inter Petrum ex una parte et Martinum ex alia, tu eam veritatem quam scies vel credes dices <sup>2</sup> ita pro una parte quemadmodum pro alia, nec veritati falsitatem aliquam adicies te sciente <sup>3</sup> quotiescumque a me vel ab aliquo cui commiserō usque ad finem cause fueris interrogatus; nec <sup>4</sup> veritatem occultabis odio vel amore vel timore, pretio, vel precibus, speciali lucro vel dampno tuo vel alieno. Secundum quod ego dixi, ita observabis bona fide sine fraude. Sic <sup>5</sup> Deus te adiuvet et sancta Dei evangelia.

#### LXXV. Qualiter testes interrogentur <sup>6</sup> et eorum dicta scribantur.

Testes producti a Petro contra Martinum die xij Martio intrante. <sup>7</sup> In primis Rubertus de Cervara iuramento <sup>8</sup> dixit quod interfuit quando Petrus mutuavit Martino xx lib. bon. Interrogatus de loco, dixit quod sub porticu ipsius Martini. Interrogatus de die, dixit quod non recordatur. Interrogatus de tempore: dixit quod erat nubilosum. Interrogatus si vidisset dictam pecuniam ipsi Martino numerari et dari, dixit quod sic. Interrogatus qui erant quando fuit sibi pecunia numerata, dixit quod multi, scilicet Iohannes, Albertus et Gilius notarius qui scripsit cautionem creditori de ipsa pecunia, et alii quamplures.

#### LXXVI. De testium publicatione.

Ego Rainerius <sup>9</sup> auctoritate imperiali notarius hos testes mandato domini Hermanni iudicis communis Bononie recepi, et eorum dicta in publicam scripturam redegī, et coram eo, presente utraque parte, legi et publicavi.

#### LXXVII. De sententia diffinitiva.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

Ego quidem Hermannus iudex communis Bononie cognitor cause que vertebatur inter Petrum ex una parte et Martinum ex alia que talis erat: « Peto ego Petrus a Martino xx lib. bon. ex causa mutui a me habitos, et accessiones eorum a tribus annis cum pena legali, de quibus expostulo rationem. » Et e contra Martinus respondebat se Petro nihil debere. Visis et auditis confessionibus et allegationibus utriusque partis et attestationibus ab actore productis, et visa cautione manu Caffoli notarii <sup>10</sup>

<sup>1</sup> in T. p. de B. — <sup>2</sup> iurabis dicere B. — <sup>3</sup> et add. T. B. — <sup>4</sup> non T. — <sup>5</sup> Codd. si. — <sup>6</sup> examinentur B. — <sup>7</sup> introeunte B. — <sup>8</sup> iuratus B. — <sup>9</sup> Angelus B. H. S. — <sup>10</sup> notarii om. T. — <sup>11</sup> Haec rubrica deest in codd. T. S. S. om. verba: Lata fuit haec sententia

de Sancto Archangelo scripta, et habito etiam quamplurium sapientum consilio, facta hinc in confessionum, allegationum et testium renunciatione, prefatum Martinum in prestationem xxx lib. bon. ipsi Petro condempno, utraque parte presente.

#### LXXVIII. De testium publicatione. <sup>11</sup>

Lata fuit hec sententia in palatio communis Bononie, presentibus domino Bocca de Runco, domino Bonifacio de Lambertatiis, Guerço de Bellino et Guidolino sutore testibus <sup>12</sup> ad hoc spetialiter rogatis et vocatis, anno Domini mccciiij, <sup>13</sup> die v intrante mense Martii, domino Guillelmo de Posterula rectore existente communis Bononie, indictione ii. Ego Rainerius <sup>14</sup> imperiali auctoritate notarius, et nunc communis Bononie, his omnibus interfui et, ut supra legitur, mandato domini Hermanni scripsi et publicavi.

#### LXXIX. De appellationibus.

Ego Martinus, sentiens me gravatum a sententia vestra, domine Hermanne, contra me pro Petro latam in xx sol. bon. et accessiones eorum a tribus annis cum pena legali, viva voce ad dominum Guaçum iudicem domini Guillelmi de Posterula potestatis Bononie appello, et apostolos instanter, instantius, ac instantissime peto.

Porrecta fuit hec appellatio domino Hermanno, presentibus Alberico, Iohanne et Gilio. Ego Rainerius <sup>15</sup> his omnibus interfui, et rogatus scripsi, subscripsi.

#### LXXX. De apostolis.

Suo amico diligendo domino Guaço iudici Hermannus iudex communis Bononie salutem.

Cognoverit <sup>16</sup> docta prudentia vestra Martinum a sententia quam tuli inter ipsum et Petrum ad vos appellasse, quare ab observatione iudicii eum absolvens, ad vos eundem cum his apostolis remitto.

#### LXXXI. De in solutum dationibus a pretore vel iudice.

Quamquam suprascripta omnia, cum reus diffitetur et negat, a pretore vel a iudice observentur, quandoque tamen contingit quod reus confitetur, quandoque non se representat, quandoque cedit bonis. Ideoque qualiter super his sit agendum videamus, et prius de precepto facto a pretore vel iudice, reo confitente.

#### LXXXII. De in solutum dationibus ex precepto.

In palatio communis Bononie, presentibus Iohanne, Alberico et Rainerio, dominus Hermannus iudex commu-

presentibus testibus ad hoc spetialiter rogati et vocatis. — <sup>12</sup> testes T. — <sup>13</sup> mcccij S. — <sup>14</sup> Angelus Urbevetanus B. Rainerius de Perusio S. — <sup>15</sup> Angelus B. — <sup>16</sup> Noverit B. S.



nis Bononie precepit per sacramentum Martino ut solvat Petro xx lib. bon. et accessiones eorum a tribus annis cum pena legali hinc ad x dies, quos confessus est se ei debere, et duos bononinos pro precepto.

**LXXXIII. De datione in solutum per sententiam interlocutoriam.**

In nomine patris et filii et spiritus sancti, Amen. Ego Hermannus iudex communis Bononie, ex delegatione domini Guillelmi de Posterula potestatis Bononie cognitor querimonie facte a Petro de Martino, a quo petebat xx lib. bon. quos dicit ei mutuasse, in hunc modum, peto ego Petrus a Martino xx lib. bon. ex causa mutui a me habitos et accessiones eorum a tribus annis cum pena legali, de quibus expostulo rationem. » Eo vero vocato et veniente, et <sup>1</sup> in termino statuto <sup>2</sup> non redeunte, et iterum vocato, nec veniente, prestito sacramento calumpnie ab ipso Petro, pronuntio prefatum Petrum fore mittendum in possessionem bonorum dicti Martini valentium xxx lib. bon. primo mobilium, si comparent, alioquin immobilium, omni legitimo auxilio reservato, per Guidonem de Ciagnano communis Bononie executorem.

**LXXXIV. De datione in solutum per primum vel secundum decretum.**

Cum Martinus xx sol. bon. et accessiones eorum cum pena legali Petro deberet, ut per scripturam publicam ostendebat, nec ad eorum solutionem veniret, et a domino Guillelmo de Posterula rectore civitatis Bononie multotiens requisitus nec solvit, et creditore eius unius vinee posite in Muratellis iuxta Scannabecum sibi obligate dominium impetrante dilationibus plurimis a rectore debitori datis, dictus rector auctoritate communis Bononie prefatum creditorem per Guidonem de Ciagnano communis Bononie executorem in dicte rei possessionem ex primo decreto mitti iussit atque mandavit, pro xx lib. bon. et eorum accessoribus, scilicet x lib. bon. cursis a tribus annis.

**LXXXV. De datione in solutum quando debitor invenitur et confitetur vel quando non invenitur, vel quando cedit bonis.**

Ego Hermannus, iudex communis Bononie, ex delegatione domini Guillelmi de Posterula potestatis Bononie, cognitor petitionis facte a Petro de Martino, quem dicebat sibi ex causa mutui xx lib. bon. debere et de hoc instrumentum publicum ostendebat: eo vero vocato et veniente, et <sup>3</sup> debitum confitente et allegante unde solvat non habere, nisi domum suam in Porta nova positam iuxta scolas domini Aconis ei daret vel venderet: qua domo diligenter subastata, ipsam Petro in solutum pro

<sup>1</sup> et veniente et *om. T.* — <sup>2</sup> et *add. T.* — <sup>3</sup> immo etiam *B. S.* — <sup>4</sup> tibi tuisque *T.* — <sup>5</sup> den. bon. *B. xij den. S.* — <sup>6</sup> Unçola *B. S.*

xx lib. bon. et eorum accessionibus, scilicet x lib. bon. cursis a tribus annis dari pronuntio.

**LXXXVI. De datione in solutum post latam sententiam contra reum nolentem solvere id in quo est condemnatus.**

Dominus Hermannus et dominus Yeremias, extimatores communis Bononie, electi a domino Guillelmo de Posterula potestate Bononie, cognoscentes super universis debitis que debebantur a Martino creditoribus suis, quia viderunt et cognoverunt Petrum fore creditorem dicti Martini in xx lib. bon. et eorum accessionibus cursis a tribus annis cum pena legali: ideo in solutum adiudicaverunt et dederunt predicto Petro creditori vineam unam positam in Muratellis, legitime subastatam, confines cujus hii sunt: a mane possidet Guido, a meridie Ioannes, a sero Michael, ab inferiori vero latere est carraria, et si qui alii sunt confines; cum superioribus accessibus et egressibus suis usque in viam publicam ad habendum, tenendum ac possidendum, et quicquid sibi suisque <sup>4</sup> liberis et heredibus deinceps placuerit faciendum; promittentes ipsi Petro stipulanti suisque heredibus dictam vineam sua et communis Bononie auctoritate ab omni homine legitime defendere, auctorizare atque disbrigare, salvo tamen petitione uniuscuiusque in his et aliis rebus et persona debitoris, si quo in tempore alius vel alii apparebit vel apparebunt iure potior vel potiores.

**LXXXVII. De donationibus.**

Vidimus qualiter alienentur res in vendendo, permutando, et in solutum dando; nunc autem videamus qualiter alienentur donando. Donationum quippe quedam causa et suspicione mortis, quandoque ab eo qui est sui iuris, quandoque ab eo qui non est sui iuris fiunt, quedam inter vivos, idest sine aliqua suspicione, immo ex animi liberalitate. De quibus omnibus videamus: et primo de donationibus causa mortis factis ab eo qui est sui iuris.

**LXXXVIII. Rogatio donationis facte causa mortis ab eo qui est sui iuris.**

Martinus donavit causa mortis x lib. bon. quas sic iussit expendi; ecclesie sancti Petri x sol.: sancte Marie in Monte v sol.; cuilibet ponti et cuilibet hospitali xij <sup>5</sup> bon. qui sunt in civitate et comitatu Bononie. Item donavit fratri suo Caffolo suam partem prati, quod habebat in Anguillaia: <sup>6</sup> ita tamen, quod si decesserit sine filiis, recadat in nepotem suum Albertum vel eius filios eadem ratione. <sup>7</sup>

**LXXXIX. Instrumentum dicte rogationis.**

In nomine Domini. Amen. Anno eiusdem m cc x iiij, die tertio exeunte <sup>8</sup> mense Martii, regnante domino Ottone

— <sup>7</sup> et eius filium *B.* vel eius filios *T.* — <sup>8</sup> intrante *S.*



Romanorum imperatore, indictione II. Ego quidem Martinus, donationem causa mortis facere procurans, in primis pro anima mea x lib. bon. causa mortis dono, quas sic iubeo expendi: ecclesie sancti Petri volo quod dentur x sol. bon.; ecclesie sancte Marie in Monte volo quod dentur v sol. bon.; cuilibet ponti et hospitali de civitate et comitatu Bononie xij bon. <sup>1</sup>; fratri meo Caffolo dono meam partem prati quod habebam in pertinentiis Unçole <sup>2</sup> in Anguillaia hoc modo et pacto, quod; si decesserit sine filiis, volo quod restituat illud eodem iure nepoti meo Alberto vel eius filiis.

Actum in domo ipsius Martini donatoris: et interfuerunt huic donationi P., C., M., Al. et B., et huius rei rogati sunt testes.

Ego Pax de Tincariis <sup>3</sup> auctoritate imperiali notarius his omnibus interfui et hoc instrumento donationis causa mortis, ut supra legitur, mandato dicti Martini donatoris, scripsi, subscripsi.

#### XC. Rogatio donationis inter vivos. <sup>4</sup>

Gilius de Foiano <sup>5</sup> donavit inter vivos Ugolino Accarisii et eius heredibus petiam unam terre positam iuxta Clanum <sup>6</sup> in Cibotholo; confines: a mane Bernardinus Servo dei: a meridie Albertus de Foiano: a sero est Clanus: <sup>7</sup> de supus Sanus Viviani. Et constituit se eius nomine possidere, dans ei licentiam possessionem intrandi.

#### XCI. Instrumentum dicte rogationis.

Ego quidem Gilius de Foiano hoc instrumento donationis, in presenti, iure proprio pure, libere et simpliciter inter vivos do et trado tibi Ugolino Accarisii tuisque heredibus in perpetuum petiam unam terre positam iuxta Clanum in loco qui Cibotolo <sup>8</sup> nuncupatur; confines cuius hii sunt: a mane possidet Bernardinus de Servodeo, a meridie Albertus de Foiano, a sero adest Clanus, et siqui alii sunt confines; cum superioribus et inferioribus finibus, accessibus et egressibus suis usque in viam publicam, et cum omnibus super se et infra se habitis in integrum, omnique iure et actione et usu seu requisitione mihi ex ea re competente, do ac trado tibi prenominate Ugolino tuisque liberis et heredibus in perpetuum ad habendum tenendum ac possidendum et quicquid tibi tuisque liberis et heredibus deinceps placuerit faciendum, omnia, ut predixi, et que inter hos fines continentur in integrum in presenti. Quam rem me tuo nomine constituo possidere donec in possessionem intraveris corporaliter, in quam intrandi licentiam tibi tua auctoritate concedo. <sup>9</sup>

#### XCII. De donationibus propter nuptias.

Viso de donationibus causa mortis vel inter vivos factis, nunc autem de donationibus propter nuptias sup-

<sup>1</sup> x sol. bon. S. XII den. S. — <sup>2</sup> Porti S. Ulmedole in Anguillaia S. — <sup>3</sup> Tincariis T. S. H. S. — <sup>4</sup> ex animi liberalitate add. S. — <sup>5</sup> Bonfilioli T. de Poino S. — <sup>6</sup> Clanni T. — <sup>7</sup> clavus T. —

ponamus: quarum quedam secundum usum Bononie <sup>10</sup>, quedam secundum ius Longobardorum <sup>11</sup> observantur. Ac prius de his que fiunt secundum usum <sup>12</sup> Bononie tractare curemus.

#### XCIII. Rogatio donationis propter nuptias secundum usum Bononie. <sup>13</sup>

Petrus Arpinelli donavit propter nuptias Lucie sponse sue, suisque communibus filiis medietatem et insuper quartam partem omnium suorum bonorum, et constituit se eius <sup>14</sup> nomine possidere, dans eis licentiam possessionem intrandi; et promisit legitime defendere sub pena c lib. bon. et sumptus omnes reficere dilectionis et affectionis intuitu.

#### XCIV. Instrumentum dicte rogationis.

Ego quidem Petrus filius condam Arpinelli, sponsus et donator, hoc instrumento donationis, in presenti, propter nuptias dono ac trado tibi Lucie sponse mee nostrisque communibus filiis medietatem et insuper quartam partem omnium mearum rerum mobilium et immobilium, scilicet terrarum, vinearum, domorum, edificiorum, camporum, pratorum, silvarum, ficetorum <sup>15</sup>, salictorum, arborum fructiferarum et infructiferarum, dominicatorum et prescriptorum vel usucaptorum <sup>16</sup> propriorum et condictitorum, et omnium undecumque mihi obvenientium, ubicumque constitutorum, que nunc habeo vel aliquo modo de cetero sum habiturus, cum superioribus et inferioribus finibus, accessibus et egressibus suis usque in vias publicas, et cum omnibus super se et infra se habitis in integrum, omnique iure et actione et usu seu requisitione mihi ex eis rebus competente, do ac trado tibi prenominate Lucie nostrisque communibus filiis in perpetuum ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid tibi, tuisque liberis et heredibus deinceps placuerit faciendum, omnia ut predixi, et que intra hos fines continentur, in integrum, in presenti. Quas res me tuo nomine constituo possidere donec in possessionem intraveris corporaliter, in quam intrandi licentiam tibi tua auctoritate concedo. Ab omni quoque homine suprascriptas res legitime defendere, auctorizare atque disbrigare semper tibi nostrisque communibus filiis promitto, nec harum rerum nomine litem aliquam nec controversiam per me nec per alium movere aliqua occasione, sed omne <sup>17</sup> dampnum litis et expensas ex nunc competiturum vel competituras tibi nostrisque communibus filiis stipulationi sollempni spondeo resarcire sub

<sup>8</sup> Cleribottolus B. Bunaga S. — <sup>9</sup> B. add. Ab omni quoque homine suprascriptam rem legitime defendere, auctorizare, disbrigare semper tibi tuisque heredibus promitto, nec huius rei nomine litem aliquam nec controversiam movere nec per (me nec per) alium aliqua occasione. — <sup>10</sup> legem romanam. B. — <sup>11</sup> Lombardorum S. Lombardorum B. — <sup>12</sup> ius Bononie T. ius Romanorum B. <sup>13</sup> ius Romanorum B. — <sup>14</sup> donatarie B. — <sup>15</sup> salictorum B. salictorum salictorum T. salictorum vel salictorum S. — <sup>16</sup> vel usucaptorum om. B. — <sup>17</sup> om. neque S. sed omunque B.



pena C lib. bon.; et ea soluta predicta omnia nichilominus in sua permaneant firmitate.

**XCV. De dotis confessione  
secundum legem romanam.**

Petrus fuit confessus se recepisse <sup>1</sup> nomine dotis a Lucia uxore sua C lib. bon., medietatem in rebus mobilibus, aliam medietatem in denariis, renuntians non numerate et non tradite dotis exceptioni. Quam dotem idem Petrus per se suosque heredes se restitutum ipsi Lucie stipulanti eiusque heredibus promisit, si matrimonium inter eos morte vel divortio diverteretur, sub obligatione suorum bonorum.

**XCVI. De mundualdo  
secundum legem longobardam.** <sup>2</sup>

Cum Lucia, filia condam Grimaldi, mundualdo proprio foret destituta, veniens coram domino Raynerio <sup>3</sup> domini imperatoris auctoritate iudice ordinario, sibi ab eo dari petiit mundualdum, ne suarum rerum vel actionum <sup>4</sup> executio extinguatur. Qui dominus Raynerius dicte Lucie Petrum, suum patrum, constituit mundualdum, ut liceat ei propter dictam Luciam in <sup>5</sup> iudicio sistere ac respondere, et quicquid rationabiliter propter dictam Luciam peregerit, ratum et firmum perpetuo maneat, nullaue iuris sollemnitate aliquatenus destitutum.

**XCVII. Qualiter mundualdus copulet mulierem  
viro quam habet sub suo mundo.**

Petrus, legitimus mundualdus Lucie neptis sue filie condam Grimaldi, apprehendens ipsam Luciam per manum, dedit et tradidit eam in coniugem Alberto filio Girardi, et sub potestatem suam eam misit cum omni suo mundo et frenegrip <sup>6</sup> omnique <sup>7</sup> lege <sup>8</sup> et requisitione sua et cum omnibus rebus eiusdem Lucie, quas nunc habet vel deinceps quoquo modo habebit, ut amodo ipse Albertus eam habeat et sub potestate sua eam teneat cum omnibus suis rebus habitis et habituris, et ex ea et eius rebus quicquid sibi deinceps placuerit faciat sine alicuius contradictione.

**XCVIII. Rogatio donationis dotis <sup>9</sup> secundum  
Longobardam.**

Petrus, mundualdus Lucie neptis sue filie condam Grimaldi, dedit et tradidit iure proprio Alberto et eius heredibus unam petiam terre extimatam L. <sup>10</sup> lib. bon. positam in districtu sancti Arcangeli in Ancallia; confines: a mane Petriçolus de Doliolo, a meridie Iohannes Ambrosii, a

<sup>1</sup> repisse T. accepisse B. S. — <sup>2</sup> Longobardorum S. Romanorum B. — <sup>3</sup> R. T. R. a B. — <sup>4</sup> suarum T. — <sup>5</sup> in om. T. — <sup>6</sup> Idest *frea* et *anagrip* Gl. T. *fren* interpretatur domina; *agrip* cum omni sua.

sero Grisiolus <sup>11</sup>, de subtus via; nomine dotis pro Lucia nepte sua, et constituit se nomine ipsius Alberti possidere, dans ei licentiam possessionem intrandi. Quam dotem promisit se restitutum <sup>12</sup> ipsi Lucie vel eius heredibus promisit, si matrimonium inter eos diverteretur morte vel divortio sub obligatione suorum bonorum; et promisit legitimam defensionem sub pena dupli et sumptus omnes reficere.

**XCIX. Instrumentum dicte rogationis.**

Ego quidem Petrus, patruus Lucie neptis mee filie condam Grimaldi, hoc dotali instrumento, in presenti, iure proprio do et trado tibi Alberto tuisque heredibus in perpetuum petiam I terre positam in districtu Sancti Archangeli in loco qui Ancallia nuncupatur, confines cuius hii sunt: a mane possidet Petriçolus de Doliolo, a meridie Iohannes Ambrosii, a sero Grisiolus, ab inferiori vero latere adest via publica, et si qui alii sunt confines; cum superioribus et inferioribus finibus, accessibus et egressibus suis usque in viam publicam, et cum omnibus super se et infra se habitis in integrum omnique iure et actione et usu seu requisitione mihi ex ea re competente do ac trado tibi prenominato Alberto tuisque liberis et heredibus in perpetuum ut dictum est, ad habendum, tenendum ac possidendum et quicquid tibi tuisque liberis et heredibus deinceps placuerit faciendum omnia, ut predixi, et que inter hos fines continentur, in integrum, in presenti nomine dotis pro Lucia nepte mea, quam tibi in matrimonium copulavi, extimatam L. lib. bon. Quam rem me tuo nomine constituo possidere donec in possessionem intraveris corporaliter, in quam intrandi licentiam tibi tua auctoritate concedo. Ita tamen, quod si matrimonium inter te et ipsam Luciam diverteretur morte vel divortio, quod dictam dotem ei vel eius heredibus restitues sine aliqua actione vel exceptione, sub obligatione tuorum bonorum dupli dicte dotis valentium, ubi ipsa vel eius heredes sua auctoritate accipere voluerint. Ab omni quoque homine suprascriptam rem legitime defendere auctorizare, atque disbrigare semper tibi tuisque heredibus promitto, nec huius rei nomine litem aliquam nec controversiam per me nec per alium movere aliqua occasione, certioratus rem pluris esse. Si vero per me meosque heredes predicta omnia non observavero, vel aliqua occasione presumpsero contravenire, et si legitimam semper defensionem tibi ac tuis heredibus per me meosque heredes non exhibuero, pene nomine, predictæ rei duplum eiusdem bonitatis et estimationis dare, te habito ratione meliorationis, omneque dampnum litis et expensas ex nunc competiturum vel competituras tibi tuisque heredibus stipulatione sollempni spondeo resarcire, suam semper hoc dotali instrumento firmitatem nichilominus optinente.

— <sup>7</sup> omniaque T. — <sup>8</sup> iure B. — <sup>9</sup> et donationis secundum legem Lombardorum. B — <sup>10</sup> x l. B. — <sup>11</sup> Grisolus B. — <sup>12</sup> et add. T.

C. Donatio secundum Longobardam <sup>1</sup> alicuius quantitatis pecunie vel quarte.

Ego quidem, in Dei nomine, Albertus filius condam Gili in veritate confiteor, me a te Petro accepisse et mihi solutas esse L. lib. bon. inter denarios et corredum solvente mihi pro Lucia nepte tua, quam mihi in uxorem legitimam copulasti, renuntians non numerate et non tradite dotis exceptioni. Quam dotem tibi stipulanti pro Lucia predicta ei vel eius heredibus restituere promitto sine aliqua actione vel exceptione, si matrimonium inter nos morte vel divortio diverteretur. Quare hoc instrumento donationis propter nuptias in presenti, iure morgincaph, <sup>2</sup> secundum usum et consuetudinem huius terre do ac trado tibi prenominato Petro stipulanti vice Lucie sponse mee et eius filiis et heredibus x lib. bon.; ut, si contigerit ipsam mihi supervivere, habeat dictos denarios et teneat supra dotem suam pretaxatam: et quicquid sibi suisque liberis et heredibus deinceps placuerit faciat sine mea meorumque heredum vel alterius contradictione vel molestia. Si vero per me meosque heredes predicta omnia non observavero, vel aliqua occasione presumpsero contravenire, et si legitimam semper defensionem ei vel eius heredibus non exhibuero, pene nomine predictorum denariorum duplum omneque dampnum litis et expensas ex nunc competiturum vel competituras ei vel eius heredibus, stipulatione sollempni resarcire promitto tibi prenominato Petro vice ipsius Lucie stipulanti, suam semper hoc confessionis et donationis instrumento firmitatem nichilominus optinente. Pro qua dote et donatione restituenda suo tempore ipsi Lucie vel eius heredibus obligo tibi Petro stipulanti vice eius omnia mea bona que habeo aut deinceps sum habiturus, videlicet terras, vineas, campos et res omnes mobiles; ut, si omnia que dicta sunt non observavero vel contra <sup>3</sup> aliqua occasione vel ingenio per me vel alium venire vel agere presumpsero, deinde liceat dicte Lucie et eius heredibus in bona mea quandocumque voluerint intrare et sua auctoritate vendere vel obligare vel apud se iusto pretio retinere, et fictus omnes loco pene percipere, sibi que in dictis omnibus satisfacere sine predictae dotis et donationis diminutione, donec predicta dos et donatio sibi vel eius heredibus date fuerint vel solute.

CI. De testamentis et <sup>4</sup> codicillis.

Expositis generibus quibus res alienentur vendendo vel permutando vel in solutum dando vel donando cum eisdem coherentibus instrumentis, nunc autem qualiter per testamentum vel codicillos alienentur explicemus.

<sup>1</sup> Rogatio secundum legem Lombardorum alicuius etc. B. — <sup>2</sup> Gl. T. quasi quarte partis post mortem viri captio S. bonorum virorum morgincap idest post mortem viri quarte partis captio *Supra*: Nota: differendum inter morgincap et leonachil; morgincap enim fit tam in rebus mobilibus quam immobilibus, leonachil vero in rebus mobilibus tantum. Item morgincap tunc fit quando fit donatio ab

CII. Testamentum. <sup>5</sup>

In nomine Domini. Amen. Anno eiusdem mccciiii, die primo mensis iunii <sup>6</sup> introeuntis, regnante domino Ottone Romanorum imperatore, indictione secunda. Cum nihil sit quod magis hominibus debeatur quam quod supreme voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt, liber sit stilus et licitum quod iterum non redit arbitrium; ego vero quidem Guido Griffolini <sup>7</sup> res meas omnes et possessiones pro anima mea et inter heredes, legatarios et fideicommissarios meos, sine scriptis, per nuncupationem sub notato modo dispono. Primo quidem pro anima mea C lib. bon. ex meis bonis dari iubeo, de quibus ecclesie sancti Petri pro restauratione <sup>8</sup> decimarum C sol. bon. dari volo: laborerio hospitalis sancti Antonii x sol. bon.: ecclesie sancte Marie, apud quam eligo mihi sepulturam, xl sol. bon., et in palio uno vi lib. bon.; ponti novo de Reno v <sup>9</sup> sol. Reliquos vero denarios volo a commissariis meis expendi ubi eis videbitur melius et utilius pro anima mea circa meum funus et sepulturam et inter ecclesias, sacerdotes, pauperes et loca religiosa, et pro missis quoque celebrandis. Commissarios meos volo esse Petrum et Iohannem patruos meos, quorum fidei committo vendendi ac disponendi suo arbitrio quecumque voluerint de meis bonis pro predictis denariis persolvendis et ex hoc eis plenam potestatem concedo. Item lego et iudico fratri meo Ugolino meam partem domus in qua nunc habitamus; sorori mee Pluidbelle xx lib. bon., et insuper unam culcitram et unum plumaçium, <sup>10</sup> si se maritaverit voluntate fratrum suorum. Servienti mee Berte, quod bene servivit mihi, iure legati x sol. bon. relinquo. Servo meo Petriçolo meram libertatem relinquo cum omni peculio quod habet vel habebit. Uxori mee Cecilie xx lib. bon. de meis bonis lego, et C lib. bon. pro dote quam ex ea habui, et victum et vestitum in domo mea, donec ibi esse caste voluerit, prout vires patrimonii patientur. Filios meos, scilicet Martinum et Camboninum, equis portionibus mihi heredes instituo, et ad invicem alterum alteri et eorum heredes substituo. Filium meum vero Iohanninum ab hereditate mea volo esse alienum, quod me acriter verberavit. Item prohibeo filiis meis alienationem possessionum suarum usque ad x annos; et si, quis contrafecerit, alii fratres a quocumque possessore, non solvendo pretium, licentiam habeant advocandi, <sup>11</sup> nec possit aliquis eorum ad divisionem provocare hinc ad xx annos. Et si quis eorum contrafecerit, teneatur alteri fratri solvere nomine pene C lib. bon., et divisio, si facta fuerit, non teneatur. Item Petrum et Iohannem volo esse tutores filii mei Martini, quibus iuramentum tutele ac inventarii confessionem remitto: nec teneantur administrationis reddere rationem. Et hec est ultima mea

una parte tantum, leonachil autem quando fit ab utraque parte. *Infra*: launachil grece, latine meritum. — <sup>3</sup> contra om. T. B. — <sup>4</sup> testamentis et om. T. — <sup>5</sup> Testamenti tenor. B. — <sup>6</sup> ian. B. T. — <sup>7</sup> Grisofoli B. — <sup>8</sup> redentione B. — <sup>9</sup> T. B. ponti novo de Reno v sol. om. S. — <sup>10</sup> pulvinar B. — <sup>11</sup> advocati T.



voluntas, que si non valet iure testamenti, valeat saltem iure codicillorum et cuiuslibet ultime voluntatis.

Actum in domo ipsius testatoris: et interfuerunt huic testamento, Albertus, B., C., D., E., F. et G.: et huius rei rogati sunt testes.

Ego Raynerius, <sup>1</sup> imperialis aule notarius his omnibus interfui, et, ut supra legitur, mandato ipsius testatoris scripsi.

**CIII. Qualiter dicta testium qui interfuerunt testamento in quo non fuit tabellio redigantur in scriptis et publicentur.**

Anno Domini mccciiii, die j mensis iunii introeuntis, regnante domino Ottone Romanorum imperatore, indictione ii. Martinus de Unçola, introducens sequentes testes ad publicandum testamentum Guidonis condam patris sui, presentibus Gilio et Alberto legatariis et Johanne fideicommissario. In primis Rubertus <sup>2</sup> iuravit, dicens: Ego dico quod die iij intrante mense Maii interfui in domo Guidonis, ubi idem Guido talem suarum rerum fecit dispositionem. Ait enim: In primis pro anima mea x lib. bon. relinquo, et volo ut expendantur arbitrio commissariorum meorum, quos volo esse Iohannem et Iacominum. Item dixit: Marcum et Albertinum filios meos in equis portionibus heredes instituo.

Et sic scribantur dicta cuiuslibet testis divisim: quibus omnibus redactis in scriptis, in finem scribes sic:

In palatio communis Bononie, presentibus G., D., I., E., R., et O.

Dominus Matheus de Corrigia potestas Bononie mandavit hos testes legi et publicari, et in publicatione <sup>3</sup> suam et communis Bononie auctoritatem interposuit iudiciaria cognitione domini Guaçi sui iudicis.

Ego Raynerius <sup>4</sup> communis Bononie notarius hos testes mandato domini Mathei de Corrigia potestatis Bononie recepi, dicta quorum in publicam redigens scripturam, coram eo et dictis testibus legi et publicavi.

**CIV. De codicillis ante testamentum, vel nullo nec precedente nec sequente testamento factis.**

Quia legum <sup>5</sup> constat preceptis esse cautum testamentum sine vii testium numero non valere, ego quidem Guido <sup>6</sup> testamentum propter inopiam testium facere non valens, presentes codicillos iure assistente perficere cupio, in quibus rogo eum ad quem ab intestato mea hereditas defertur, ut eam Iohanni nepoti meo quam primum potuerit restituat; uxori mee Lucie dotem quam habui, scilicet c lib. bon. reddat, et insuper iure fideicommissi eidem x lib.

bon. prestat de meis bonis: et nepti mee Berte v lib. bon. codicilli iure prebeat.

Actum in domo predicti Guidonis: et interfuerunt his codicillis Petrus, Marcus, Albericus, Gillius et Iohannes; et huius rei rogati sunt testes.

Ego Raynerius <sup>7</sup> auctoritate imperiali notarius his omnibus interfui, et, ut supra legitur, mandato dicti Guidonis scripsi, subscripsi.

**CV. De codicillis post testamentum factis.**

Constat me quidem Guidonem iam dudum testamentum fecisse, ac que in eo continentur volo habere plenissimam firmitatem hoc excepto, quod unam vineam quam legaveram Albertino, ei presentibus subtraho codicillis, et ipsam Ugolinum habere volo.

**CVI. De mutatione status vel conditionis personarum. <sup>8</sup>**

Explosis et ellucidatis prolixitatibus alienationum et instrumentorum sibi coherentium, accedendum est ad varietates contractuum mutationis status de conditionibus personarum: de quibus omnibus tractaturi, et primo <sup>9</sup> de libertatibus supponamus, <sup>10</sup> quarum quedam in testamentis relinquuntur pro remedio peccatorum, quedam inter vivos pecunie interventu largiuntur.

**CVII. De libertate in testamento data.**

Guido de Ymola suum legitime condidit testamentum: in quo quidem Iacominum servum suum pro remedio peccatorum et delictorum suorum <sup>11</sup>, pro anima patris et matris sue, liberum esse cum omnibus suis filiis et liberis omnique suo peculio iussit, atque mihi Rainerio notario manumissionis et libertatis instrumentum ipsi Iacomino scribere ac facere demandavit, dans dictus Guido, largiens et concedens ipsi Iacomino eiusque filiis et liberis omnibus meram libertatem: ita videlicet, ut sine aliquo servitutis obstaculo sit ab omni iugo servitutis absolutus, et ut civitate atque libertate uti possit, tamquam ex ingenuis parentibus esset natus, emendo, vendendo, permutando, aliis se obligando, iudicio sistendo, testimonium perhibendo, testamentum quoque faciendo <sup>12</sup>, omniaque negotia exercendo que quilibet ingenuus romanus civis agere potest ac exercere, remittens eidem ius patronatus. Et si quis suorum heredum hanc presumeret infringere libertatem, divinam super eum imploravit venire maledictionem, et insuper prenomato Iacomino C lib. bon. solvat nomine pene. Qua soluta predicta omnia perpetuam optineant firmitatem.

quia quidem contractuum diversitates quantum ad potestatis relaxationem vel connexionem rerum pactionibus et transactionibus videntur alienationibus similari, instrumenta dictorum contractuum prosequamur, et prius est ut de libertatibus supponamus etcet. — <sup>11</sup> suorum om. T. — <sup>12</sup> testimonium.... faciendo om. T.

<sup>1</sup> Angelus B. — <sup>2</sup> Albertus B. — <sup>3</sup> in publicatione sua T. in publicationem suam B. S. — <sup>4</sup> Angelus B. — <sup>5</sup> legis B. — <sup>6</sup> Guido om. T. — <sup>7</sup> Angelus B. — <sup>8</sup> De permutatione status etcet. S. De libertatibus B. — <sup>9</sup> prius est ut S. — <sup>10</sup> B. Explosis et elucidatis prolixitatibus alienationum et instrumentorum sibi coherentium,



**CVIII. De libertate inter vivos data.** <sup>1</sup>

Humane a primordio dispositio creature arbitrii liberi potens est effecta valore; sed, humanis necessitatibus exigentibus <sup>2</sup> gentes, quedam sibi constituerunt, unde bellica exorta calamitate que captivitatem gentium est impie persecuta, captivos libertate propria reprivarunt. <sup>3</sup> Quod tamen iniquitas bellorum obduxit, imperialis sanctitas detegi procuravit, scilicet quod iuris civilis auxilio manumissio celebretur. Ideo quidem ego Guido pro C lib. bon., quos confiteor a te Iacomino recepisse, renuntiando numerate pecunie exceptioni, hoc instrumento manumissionis in presenti largior atque dono tibi prenominato Iacomino servo meo tuisque filiis et filiabus omnibus ex te descendentes meram et plenissimam libertatem, teque de manu mea et potestate dimitto, ita videlicet, ut sine aliquo servitutis obstaculo ab omni iugo servitutis sis liber et absolutus, et ut civitate et libertate uti possis tanquam ex ingenuis parentibus esses natus, emendo, vendendo, permutando, aliis te obligando, iudicio sistendo, testimonium perhibendo, testamentum vel quamlibet aliam voluntatem ultimam faciendo, et omnia exercendo que quilibet ingenuus romanus civis potest facere, agere vel exercere; et remitto tibi omne ius patronatus totumque peculium tuum tibi concedo. Que omnia per me per meosque liberos et heredes firma in perpetuum tenere, nec contravenire vel facere aliqua occasione per me vel per alium tibi prenominato Iacomino stipulanti, tuisque heredibus sollempni stipulatione promitto. Si vero per me meosque heredes predicta omnia non observavero, vel aliqua occasione presumpsero contravenire per me vel per alium, et si legitimam semper defensionem tibi et tuis heredibus non exhibuero, pene nomine C lib. bon. tibi stipulanti tuisque heredibus spondeo dare, omneque dampnum litis et expensas ex nunc competiturum vel competituras tibi et tuis heredibus resarcire promitto; et pena soluta predicta omnia perpetuam et plenissimam obtineant firmitatem.

Actum in Bononia in Porta nova, sub porticu dicti manumissoris. Et interfuerunt huic manumissioni Albericus, Guido, Iohannes, Rainerius et Marcus et huius rei rogati sunt testes. Ego Rainerius auctoritate imperiali notarius his omnibus interfui et hoc manumissionis instrumentum, ut supra legitur, mandato dicti manumissoris scripsi, subscripsi.

**CIX. De colonorum absolute.**

Ego quidem Salinguerra de Ferraria hoc instrumento absolute in presenti libero et absolvo te Iacominum tuosque filios et liberos et omnes ex te descendentes in infinitum cum omni eo quod habes, tenes et possides tu vel alii tuo nomine ab omni servitiorum et obsequiorum

prestazione, omnique nexu et conditione, reditu et servitio que mihi aliquo modo iuste vel iniuste iure et usu vel abusu, tu tuique precessores facere vel prestare soliti eratis, vel facere vel prestare tenebamini occasione manentie vel arimannie, colonie vel ascriptitie vel cuiuslibet alterius colonarie condicionis pro C lib. bon. quos a te prenominato Iacomino profiteor accepisse, renunciando numerate pecunie exceptioni, ut deinceps te et ex te descendentes in infinitum cum omnibus que nunc habes vel alii pro te <sup>4</sup> vel in futurum habere speras, sis liber et absolutus ab omni honore serviendi et omni operarum et obsequiorum prestazione, dans et concedens tibi licentiam et potestatem omnia que habes vel eris amodo aliquo modo habiturus tuo arbitrio disponendi sine mea meorumque heredum vel alterius contradictione; ab omni quoque homine te liberum et absolutum et predicta omnia tua bona, et omnes ex te descendentes per me meosque heredes semper legitime defendere, auctorizare atque disbrigare promitto. Si vero per me meosque heredes predicta omnia non observavero, vel aliqua occasione presumpsero contravenire, et si legitimam semper defensionem tibi et tuis heredibus non exhibuero, pene nomine CC lib. bon. dare, omneque dampnum litis et expensas ex nunc competiturum vel competituras tibi stipulanti et ex te descendentes sollempni stipulationi spondeo resarcire; penaque soluta predicta omnia perpetuam optineant firmitatem.

**CX. Qualiter quis se faciat hominem alterius.**

Ego Salinguerra per me meosque heredes promitto tibi Ugolino pro te tuisque heredibus stipulanti manutene te tuosque heredes et res tuas omnes, et adiuvare pro posse meo, defendere, ac quietare ab omni persona volente contra te vel tuos heredes aliquid obicere personaliter vel in rem sub pena CCC lib. bon., qua soluta predicta omnia perpetuam optineant firmitatem. Quare tu Ugolinus pro te tuisque heredibus promittis et confiteris esse, ac facis te meum hominem et manentem, meorumque heredum subiciens <sup>5</sup> te, tuosque heredes et res tuas omnes mobiles et immobiles, habitas et habituras dominio meo, quas constituis te meo nomine possidere ac pro me tenere. Et pro earum retentione et possessione promittis tu dictus Guido mihi Salinguerre stipulanti dare et afferre annuatim Ferariam ad domum meam, in die sancti Stephani unam spallam carnis porcine cum duabus focatiis, et xx caseos et C ova in maio, et unum par caponum in vindemiis, omnique tertio anno decem sol. bon. pro donamento; sed si a prestazione datii et collecte civitatis Bononie potero te immunem servare, promittis mihi stipulanti dare loco predictorum xxx <sup>6</sup> sol. bon. Que omnia promittis mihi per te tuosque heredes attendere et observare mihi Salinguerre pro me meisque heredibus

<sup>1</sup> De libertate inter vivos data *om. T.* — <sup>2</sup> existentibus *T.* — <sup>3</sup> deprivarunt *B. S.* — <sup>4</sup> habent *add. S.* — <sup>5</sup> subicieris *A.* —

<sup>6</sup> x sol., xx sol. *T.*, xx sol. *S.*



stipulanti, nec contra per te vel alium venire vel agere aliqua occasione vel exceptione, sub pena M sol. bon.; qua soluta, predicta omnia perpetuam optineant firmitatem.

Actum Ferrarie in curte domini Salinguerre. Et interfuerunt huic contractui et homini Iohannes, Albericus, et Gilius, et huius rei rogati fuerunt testes. Ego Rainerius<sup>1</sup> auctoritate imperiali notarius his omnibus interfui, et hoc instrumentum hominii, ut supra legitur, mandato dicti Salinguerre et dicti Guidonis<sup>2</sup> scripsi.

#### CXI. De emancipationibus.

Ego quidem Guido auctoritate domini Rodulphi potestatis Bononie iudicariaque domini Ricoini sui iudicis cognitione, hoc emancipationis instrumento in presenti te Iacominum filium meum volentem et petentem emancipo, meaque manu et potestate relaxo et plenissimam tibi et liberam potestatem concedo emendi, vendendi, donandi, omnique modo alienandi, alii te obligandi, iudicio sistendi, testamentum quoque faciendi, et omnia possibilis negotia exercendi que facere volueris, sine aliqua contradictione vel obiectione patrie potestatis, et omne commodum tibi et tue utilitati acquirendi et incommodum sustinendi omnimodam tibi et tuis heredibus attribuo facultatem. Ad hoc tibi prenominato Iacomino filio meo tuisque liberis et heredibus in perpetuum do et trado in premium emancipationis duas petias terre positas in pertinentis Pollicini, una quarum est aratoria posita in loco qui Meloncellus nuncupatur. Confines huius hii sunt: a duobus lateribus adest via publica, a sero decurrit flumen Reni, ab interiori vero latere possidet Ugolinus Accarisii. Residua est vineata posita in loco qui Pantanus nuncupatur, confines cuius hii sunt: a mane possidet Canellus, a meridie Iohannes, a sero Petrus, ab inferiori vero latere adest via publica, et si qui alii sunt confines; cum superioribus et inferioribus finibus, cum accessibus et egressibus suis usque in vias publicas, et cum omni iure et actione et usu seu requisitione mihi ex eis rebus competente ad habendum, tenendum ac possidendum, et quicquid tibi tuisque liberis et heredibus deinceps placuerit faciendum. Quas res me tuo nomine constituo possidere donec in possessionem intraveris corporaliter, in quam intrandi licentiam tibi tua auctoritate concedo. Ab omni quoque homine suprascriptas res legitime defendere, auctorizare atque disbrigare semper tibi tuisque heredibus promitto, nec harum rerum nomine litem aliquam nec controversiam aliqua occasione movere. Si vero per me meosque heredes predicta omnia non observavero, vel aliqua occasione presumpsero contravenire vel facere, et si legitimam semper defensionem tibi et tuis heredibus non exhibuero, pene nomine predictarum rerum duplum earumdem bonitatis et existimationis dare, te habito ratione meliorationis, omneque dampnum litis et expensas

<sup>1</sup> A. B. — <sup>2</sup> Ugolini S. — <sup>3</sup> A. B. — <sup>4</sup> aule add. T. — <sup>5</sup> in

ex nunc competiturum vel competituras tibi et tuis heredibus stipulatione sollempni spondeo resarcire, suam semper hoc emancipationis instrumento firmitatem nichilominus optinente.

Actum in palatio communis Bononie. Et interfuerunt huic emancipationi A., B., et C., et huius rei rogati sunt testes. Ego Rainerius<sup>3</sup>, auctoritate imperiali<sup>4</sup> notarius his omnibus interfui, et, ut supra legitur, mandato dicti domini potestatis et sui iudicis et mandato dicti emancipantis et emancipati scripsi.

#### CXII. De adoptionibus.

Cum civilis iuris constitutione cautius decernatur quempiam filium non habentem sibi per adoptionem facere posse, idcirco ego quidem Guido auctoritate domini Rainerii de Lacu perusino, domini Ottonis imperatoris iudicis ordinarii, te Ugolinum cum omnibus tuis rebus et possessionibus, tuisque iuribus et actionibus in mea familia et potestate adopto<sup>5</sup> et in mea filiatione et disciplina recipio ac si mihi filius agnoscereris natura, promittens tibi stipulanti personam tuam et res tuas omnes paterno more pro posse meo gubernare ac custodire ad tuam utilitatem; nec te de mea potestate sine iusta et probabili ratione dimittam, et si decesseris sine filiis, omnia bona tua proximiori tuo propinquo restituam. Si vero predicta omnia non observavero, vel aliqua occasione presumpsero contravenire, pene nomine CC lib. bon. tibi et tuis heredibus stipulationi sollempni dare promitto, suam semper hoc adoptionis, et omnia que in eo continentur instrumento firmitatem nichilominus optinente.

#### CXIII. De conversionibus.

Albertus de Ripole nomine conversionis et offertionis dedit et tradidit se et sua bona omnia mobilia et immobilia in manibus domini Rainerii prioris sancte Marie de Reno recipientis ad honorem Dei et dicte ecclesie, suorumque in ipsa canonica successorum, presentibus et consentientibus fratribus suis, scilicet domino Petro, domino Iohanne et domino Lanberto, dicte ecclesie canonicis. Et insuper sui et suarum rerum super altare sancte Marie optulit investitionem per librum et stolam, et osculatus fuit librum et altare. Quibus omnibus sic peractis, dictus dominus prior cum suis fratribus ipsum Albertum ad pacem suscepit.

Actum in dicta ecclesia sancte Marie de Reno. Et interfuerunt huic conversioni et offertioni P. I. et G. et huius rei rogati sunt testes. Ego Rainerius<sup>6</sup> auctoritate imperiali notarius huic conversioni et offertioni interfui, et, ut supra legitur, mandato dicti domini prioris et suorum fratrum et ipsius conversi rogatus scripsi.

mea manu et potestate dimitto. — <sup>6</sup> A. B.

**CXIV. De iuris cessione.**

Deotaidi de Fontebona dedit et cessit atque mandavit titulo venditionis Scarlato de Castro florentino et eius heredibus ante solutionem sibi faciendam omnia iura, omnesque actiones reales et personales que et quas iure vel usu habebat vel habere poterat adversus Guidonem de Ungiano vel eius heredes nomine x lib. bon. quos dictus Guido ipsi Deotaidi debebat, ut apparet per scripturam publicam manu Angeli notarii confectam pro pretio vii lib. bon.; quod totum Scarlatus presentibus suprascriptis testibus integre dicto Deotaidi numeravit atque solvit, ut adversus ipsum Guidonem et heredes possit idem Scarlatus directis et utilibus actionibus agere ac experiri in rem et personam, et excipere, replicare, et se tueri confitendo, negando, et omnia faciendo, que ipse Deotaidi posset ut ipsemet, et eum in rem suam constituit procuratorem.

**CXV. De transactionibus.**

Cum transactionum quedam per arbitros vel arbitrantes diffiniantur, quedam fiant a litigantibus inter se, prius est ut de his que interventu arbitratorum vel arbitrantium fiunt exempla ponamus; et quia litigantes primum in arbitros <sup>1</sup> compromittunt, tractemus de compromissis.

**CXVI. De compromissis.**

Petrus de Ripole et Guido de Foiano per se suosque heredes promiserunt et compromiserunt domino Hermanno iudici stipulanti stare ac parere laudo eius, quicquid <sup>2</sup> laudaverit et fuerit arbitratus de lite que vertebatur inter eos in x. lib. bon. quos dictus Petrus ipsi Guidoni se mutuassee asserebat: et quod contra dicti arbitri utriusque electi <sup>3</sup> laudum vel arbitrium nec per se nec per alium venient vel facient aliqua occasione vel exceptione sub pena C sol. bon., quam penam inter se vicissim prenominati Petrus et Guido et <sup>4</sup> ipsi arbitro stipulanti solvere promiserunt, et reficere alter alteri omnes expensas quas faceret in iudicio vel extra pro predicta pena exigenda, si contra dicti arbitri laudum vel arbitrium facerent vel venirent per se vel alium, et si predicta omnia non attenderent ac servarent per se suosque heredes, sub obligatione suorum bonorum; et pena soluta, laudo et arbitrio dicti arbitri stare ac parere et obedire, salvo ipsi arbitro iure addendi ac diminuendi huic compromisso.

**CXVII. De refutationibus a litigantibus mandato arbitri factis.**

Petrus de Ripole per se suosque heredes fecit finem perpetuam et transactionem irrevocabilem et refutationem

<sup>1</sup> arbitrum T. — <sup>2</sup> quod B. S. — <sup>3</sup> utriusque eorum edicti S. uvumque (utrinque?) B. — <sup>4</sup> et om. T. — <sup>5</sup> fecit ei add. B. — <sup>6</sup> arbiter et amicabile compositor B. iudex conditionalis compo-

inresolubilem Guido de Foiano et eius heredibus ex precepto domini Hermanni arbitri ab eis communiter electi de omni iure et actione, lite vel querimonia et petitione quod et quam habebat vel habere sperabat adversus ipsum Guidonem nomine et occasione x. lib. bon. quos ab eo dictus Petrus petebat, et <sup>5</sup> pactum de non ulterius petendo. Quam finem, transactionem et refutationem firmam in perpetuum per se suosque heredes ipsi Guidoni stipulanti et eius heredibus promisit, nec contravenire vel facere per se vel alium aliqua occasione vel exceptione, salvo eo quod dictus arbiter laudabit et fuerit arbitratus, sub pena C. sol. bon.; qua soluta predicta omnia nichilominus perpetuam optineant firmitatem.

**CXVIII. De laudis.**

In nomine patris et filii ed spiritus sancti. Amen. Ego quidem Hermannus iudex electus ab utraque parte communi consensu arbiter et iudex cognitionalis <sup>6</sup> in causa seu controversia que vertebatur inter Petrum ex una parte et Guidonem ex alia super x lib. bon. quos dictus Petrus ab ipso Guidone petebat in hoc modo: « Peto ego Petrus a Guidone x lib. bon. ex causa mutui a me habito, de quibus expostulo rationem. <sup>7</sup> » Et e contra Guido dicebat se nichil ei debere. Visis et auditis confessionibus et allegationibus utriusque partis, et compromisso utrinque in me facto sicut continetur in istrumento manu Petri Faseoli notarii legitime scripto, facta hinc inde testium confessionum, allegationum et instrumentorum renuntiatione de scientia utriusque partis, et habito etiam quamplurium sapientum consilio, ex vigore compromissi in me facti, et pena, que in eo continetur, pro bono pacis dico <sup>8</sup> arbitror atque laudo, quod Petrus faciat finem refutationem atque transactionem ipsi Guidoni et eius heredibus, salvo eo quod dixerero et pronuntiabo de omni eo quod ab eo petebat. Et ipse Guido solvat dicto Petro vi lib. bon. hinc ad viii dies proximos, et de his solvendis idoneam prestat ei securitatem.

Pronuntiatum fuit ab ipso domino Hermanno hoc laudum in Porta nova in ecclesia sancti Salvatoris, anno Domini mccciiii, die v intrante mense Iunii, regnante domino Ottone Romanorum imperatore, indictione ii, presentibus Al. Gi. et Io., qui huius rei rogati sunt testes. Ego Raynerius imperialis aule <sup>9</sup> notarius his omnibus interfui et, ut supra legitur, mandato dicti domini <sup>10</sup> arbitri scripsi.

**CXIX. De transactionibus factis a litigantibus inter se.**

Cum inter Petrum et Martinum discordia verteretur, que talis erat: petebat namque Petrus ab ipso Martino medietatem hereditatis Bernardi fratris eorum quam dicebat sibi ex causa substitutionis et fideicommissi perti-

sitor S. — <sup>7</sup> et leg. add. B. — <sup>8</sup> pro bono pacis dico om. T. — <sup>9</sup> A. imp. auc. not. B. — <sup>10</sup> Hermanni add. S.



nere, ut continetur in testamento condam Iohannis patris eorum scripto manu Tedalgardi notarii: et e contrario predictus Martinus ab ipso Petro petebat duas partes hereditatis domine Berte condam matris eorum quas dicebat sibi ex causa successionis <sup>1</sup> pertinere. Quibus inter se diutius altercantibus, omnia dicta undique transactione diffinierunt hoc modo: quod dictus Martinus ipsi Petro medietatem omnium que ab eo petebat transactione hac assignavit <sup>2</sup> atque dedit et contulit, et predictus Petrus dicto Martino similiter medietatem hereditatis matris eorum eadem ratione dedit et assignavit. De quibus petitionibus et aliis omnibus quas alter alteri posset obicere personaliter vel realiter, fecerunt inter se finem perpetuam, transactionem irrevocabilem et refutationem irresolubilem et pactum de non ulterius petendo. Quam finem, transactionem et refutationem per se suosque heredes firmam in perpetuum inter se stipulatione sollempni tenere promiserunt, nec contra per se vel alium venire vel facere aliqua occasione vel exceptione sub pena C lib. bon.; qua soluta, predicta omnia suam optineant firmitatem.

#### CXX. De remissionibus.

Iohannes de Granarolo remisit et refutavit Gilio de Fulgino et eius heredibus omne debitum quo ei erat astrictus occasione unius peçie terre quam ab eo acceperat ad laborandum, et fecit ei pactum de non petendo transactionis nomine pro XL sol. bon. sibi coram suprascriptis testibus solutis. Quam remissionem et refutationem per se suosque heredes firmam in perpetuum tenere ipsi Gilio stipulanti et eius heredibus promisit, nec contravenire vel facere per se vel alium aliqua occasione vel exceptione sub pena x sol. bon.; qua soluta predicta omnia suam optineant firmitatem.

#### CXXI. De pace.

Girardus de Unçola per se suosque heredes et pro tota parte sua fecit finem et perpetuam pacem Guidoni de Savignano stipulanti pro se suisque heredibus et pro omnibus de parte sua de morte fratris sui Petri et de omni maleficio vel contumelia vel offensione ab ipso Guidone vel ab aliquo de sua parte in dicto Girardo vel in aliquibus de parte sua factis vel commissis. Et promisit dictus Girardus ipsi Guidoni pro se suisque heredibus et omnibus de sua parte stipulanti predictam pacem et finem per se suosque heredes et pro omnibus de parte sua nullo modo per se vel alium vel alios rumpere, nec rumpenti consilium dare vel adiutorium aliquod; et si aliquis predictam finem et pacem rumpere vel infringere aliquo modo presumpserit, bona fide, et sine aliquo ingenio vel fraude contrariare et obstare, ac alteri parti vel alicui

eorum quam citius poterit et manifestare et certum reddere. Et si ab aliquo vel aliquibus ipse Guido vel aliquis de sua parte pro hoc facto vel factis pacem petierit, infra viii dies fieri faciet postquam fuerit requisitus. Quam finem et pacem et omnia suprascripta firma in perpetuum tenere ac observare pro se et omnibus de sua parte dictus Girardus promisit ipsi Guidoni stipulanti pro se ac omnibus de sua parte, nec contra per se vel alium vel alios venire vel facere aliqua occasione vel exceptione, et pacem rumpenti contrariare sub pena CC lib. bon.; qua soluta, predicta omnia suam optineant firmitatem; et obligatione suorum bonorum dupli dicte pene valentium; pro CC lib. bon. quos confessus est dictus Girardus pro se et omnibus de sua parte se ab ipso Guidone pro se ac omnibus de sua parte recepisse, renuntiando numerate pecunie exceptioni, omnique legis auxilio et exceptioni pro hoc facto rei vel persone sibi vel alicui de sua parte coherenti. Et hec omnia, ut dicta sunt, ad sancta Dei evangelia iuravit corporaliter pro se ac omnibus de sua parte attendere ac servare, et predictam pacem et finem firmam in perpetuum tenere, nec contravenire per se vel per alium vel alios aliqua occasione vel exceptione. Quibus omnibus sic peractis, pacem inter se, osculo interveniente, dederunt.

Actum Bononie in curia <sup>3</sup> sancti Ambrosii. Et interfuerunt huic concordie ac paci Io., G., Ia., et R., et huius rei rogati sunt testes. Ego Raynerius <sup>4</sup> auctoritate imperiali notarius his omnibus interfui, et, ut supra legitur, utriusque partis mandato scripsi.

#### CXXII. De divisionibus.

Martinus, Petrus et Iohannes filii condam Gilii de Bruneto, volentes res suas et possessiones dividere, ipsarum rerum et possessionum omnium tres partes communi voluntate fecerunt. In prima siquidem parte posuerunt domum suam positam in Porta Nova iuxta scolam domini Açonis et vineam suam de Muratellis et unum parolum, et hec pars sorte obvenit Martino. In secundam partem posuerunt domum suam de porta Steria et vineam suam de Calcaria, et campum suum de Ripole: et hec pars forte obvenit Petro. In tertiam partem posuerunt campum suum de Ancalla et lectum unum, et unam catenam: et hec pars forte obvenit Iohanni. Quam divisionem per se suosque heredes inter se ad invicem stipulantes, firmam in perpetuum tenere promiserunt, nec contra per se vel alium vel alios venire vel facere aliqua occasione vel exceptione, et reficere inter se comiter sumptus omnes et expensas ab aliquo eorum in iudicio vel extra pro parte sibi contingente faciendos vel faciendas sub pena C lib. bon.; qua soluta predicta omnia nichilominus perpetuam optineant firmitatem.

<sup>1</sup> substitutionis B. — <sup>2</sup> transignavit T. — <sup>3</sup> curte T. contrata B.

— <sup>4</sup> Angelus B

## PARS SECUNDA

### I. Instrumentorum dationis vel refutationis seu remissionis directi domini explicit huius voluminis prima pars. Incipit secunda et ultima, de concessione utilis domini in emphyteosim vel in feudum et de solis possessionibus varie locandis, et aliis pluribus instrumentis.

Videamus igitur quid sit emphyteosis, unde et quare sic dicatur et qualiter varietur, et a quibus et qualiter in emphyteosim concedatur.

Emphyteosis est immobilis rei perpetuo utende, fruende vel ad tempus finienda vel renovanda concessio pro pensione vel reditu singulis annis, quibus res ab emphyteoticariis possidentur, concedenti prestando. Dicitur autem emphyteosis grece latine melioratio, quoniam ab initio tantum sterilia predia hoc contractu concedebantur, ut is qui rem acciperet melioraret atque fertilem redderet. Hodie tamen, licet antiquum nomen retineamus, ventum est ad id, quod etiam fructuosissime res emphyteoticantur. Variatur autem secundum conditiones et nomina que sortitur: alias enim, ut precepi, remanet hic contractus in suum nomen generale, ac appellatur vulgo emphyteosis, vel enponema, alias precaria, alias libellus<sup>1</sup>, alias canon, alias census, alias fictum, alias breve, alias scriptum, alias transversio, et aliis diversis modis secundum varia idiomata terrarum; quare, ut oppinor, nullam credo fore inter eos differentiam assignandam, nisi dumtaxat in sono vocis, et uno et eodem modo scribendos, imposito eis nomine secundum usum et consuetudinem regionum et secundum partium voluntatem. Nam si qua pacta in alterutro eorum inserviunt<sup>2</sup>, eadem et in ceteris possint adaptari. Quecumque namque pacta in his contractibus a partibus apponuntur gaudere debent stabilitate, et qui potest in emphyteosim concedere, potest et aliis singulis predictis modis, si enim id de quo magis inest et id de quo minus inesse videtur<sup>3</sup>. Quidam tamen inter eos contractus non paucas differentias assignare nituntur, ut philosophi videantur, quas hic prosequi non attendo, cum sicut hactenus fecerunt ita nunc facerent<sup>4</sup> simplices tabularios<sup>5</sup>, in sciendo eos scribere timide pererrare. In emphyteosim, et etiam ceteris supradictis modis concedere possunt domini vel quasi. Cum itaque notarius vocatur ad huiusmodi contractus scribendos, primo caute faciat congregari fratres ecclesie vel alterius venerabilis loci, si prelatus sit is qui concedat, vel sorores, si sit abbatissa, vel patronos et vicinos si non sit prelatus, vel vicinos tantum si non habeat ecclesia patronum vel patronos; et eis omnibus vel maiori parte presente ac assensum prebente, testibusque congruis adhibitis, querat a concessore de conditione rei concedende, scilicet utrum sit terra vel vinea vel domus vel alia res soli tatum, et si sit una res vel plures, et si plures, utrum generaliter

vel specialiter fiat concessio, et de locis et lateribus rei vel rerum. Querat etiam si res perpetuo an ad tempus concedatur, et si ad tempus, utrum certum, puta C vel L annorum, vel plus vel minus, an ad incertum, veluti quoad vixerit acceptor vel in tertiam generationem; et si ad certum vel incertum tempus fiat concessio, utrum eo tempore finito concessio firmetur vel renovetur: similiter quid et quantum det accipiens proprietario ab initio contractus pro rei possessione quam ei concedit, et si id sit solutum vel datum, vel confiteatur solutum vel datum esse et post solutionem vel confessionem supponat in qua utilitate ecclesie vel minoris concedentis solutum vel solvendum sit versurum: ecclesia si quidem et minor equis passibus ambulant quo ad integram restitutionem impetrandam, si decipiantur. Faciat preterea tradi vel confirmari possessionem atque dominium rei concesse pensionisque quantitatem et qualitatem sibi dici cum mense ac die, vel mense sine die e contra quo debeat prestari, et si renovetur concessio, quid et quantum debeat pro ea renovationis tempore dari; si hoc partibus sederit, et alias condiciones et pacta scribat que placuerint eis apponi. Legitimam quoque defensionem a domino receptori curet premiti, et penam utrinque stipulari<sup>6</sup> cum sumptibus litis reficiendis. Ab utroque demum contrahentium sibi faciat emandari ut duas cartas scribat ex hoc contractu eiusdem tenoris, quarum unam prebeat domino, reliquam acceptori. Quibus visis et inquisitis, faciat rogationem hoc modo:

### II. Rogatio emphyteoticorum instrumentorum.

Dominus Rainerius prior Sancte Marie de Reno, presentibus fratribus suis, scilicet domino Ioanne et domino Ugone canonicis concessit in libellum in tertiam generationem Iohanni de Alfina petiam i terre positam in pertinentiis Farnete in Runcalia; confines: a mane Albertus Terete, a meridie Boniohannes Pelderici, a sero dominus Guttifredus de Guttifredis, et desubtus via; pro IIII lib. bon., presentibus suprascriptis testibus ipsi domino priori solutis, pro solvendo Petriçolo de Doliolo, cui prenominatus prior pro una petia vinee quam ab eo pro ipsa ecclesia emit, dare tenebatur; et constituit se eius nomine possidere, dans ei licentiam possessionem intrandi, solvendo tamen omni anno in mense Augusti in die sancte Marie ipsi domino priori et eius successoribus II den. bon. nomine pensionis usque in suam tertiam generationem; in quarta renovetur, datis XX sol. bon. pro renovatione; et promisit legitimam defensionem, certioratus rem pluris esse, sub pena dupli, et sumtus omnes reficere.

### III. Instrumentum dicte rogationis.

Ego quidem in Dei nomine Rainerius Sancte Marie de Reno prior cum consensu et voluntate fratrum meorum,

<sup>1</sup> libellarius B. — <sup>2</sup> consequuntur S. — <sup>3</sup> Locus corruptus. — <sup>4</sup> faten-

tur B. — <sup>5</sup> et add. T. — <sup>6</sup> utrique stipulari B. utrique stipulanti S.



scilicet domini Iohannis et domini Ugonis canonicorum, hoc instrumento emphyteosis in presenti libellario nomine do et concedo tibi Iohanni de Alfina tuisque heredibus usque in tuam tertiam generationem nominatim unam petiam terre positam in pertinentiis Farnete, in loco qui Runcalia nuncupatur, confines cuius hi sunt: a mane possidet Albertus Terete<sup>1</sup>, a meridie Boniohannes Pelderigi, a sero dominus Guttifredus de Gutifredis, ab inferiori vero latere adest via publica, et si qui alii sunt confines; cum superioribus et inferioribus finibus, accessibus et egressibus suis usque in viam publicam, et cum omnibus super se et infra se habitis in integrum, omnique iure et actione et usu seu requisitione mihi ex ea re competente do ac concedo tibi prenominato Iohanni tuisque heredibus in tertiam generationem, ad habendum, tenendum atque meliorandum, et quicquid tibi tuisque heredibus deinceps placuerit faciendum, omnia ut predixi, et que intra hos fines continentur in integrum, in presenti pro III lib. bon., quos mihi omnes coram infrascriptis testibus numeravisti atque solvisti, pro solvendo Petricolo de Doliolo, cui pro una petia vinee quam ab eo pro ipsa ecclesia emi, dare tenebar. Quam rem me tuo nomine constituo possidere donec in possessionem intraveris corporaliter, in quam intrandi licentiam tibi tua auctoritate concedo, solvendo tamen annuatim in mense Augusti in die Sancte Marie mihi et meis successoribus II den. bon. nomine pensionis usque in tuam tertiam generationem expletam; in quarta vero libellarium instrumentum hoc ordine innovetur, <sup>2</sup> datis XX sol. bon. pro renovatione; nec ullo modo licentiam habeatis vendendi nisi iuxta legem, scilicet libellum faciendi in minoribus vel equalibus personis, ita quod ius domini non minuatur. Ab omni quoque homine suprascriptam rem legitime defendere, auctorizare atque disbrigare semper tibi tuisque heredibus promitto, nec huius rei nomine litem aliquam nec controversiam movere aliqua occasione, certioratus rem pluris esse. Si vero per me meosque fratres et successores predicta omnia non observavero, vel aliqua occasione presumpsero contravenire, et si legitimam semper defensionem tibi et tuis heredibus per me meosque fratres et successores non exhibuero, pene nomine predictae rei duplum eiusdem bonitatis et existimationis dare, te habito ratione meliorationis, omneque dampnum litis et expensas ex nunc competiturum vel competituras tibi et tuis heredibus stipulatione sollempni spondeo resarcire, suam semper hoc libellario instrumento firmitatem nichilominus optinente. Et ego prenominatus Iohannes predicta pacta inter nos conventa per me meosque heredes attendere ac servare, predictamque pensionem annuatim solvere tibi tuisque fratribus et successoribus stipulatione promitto, sub pena X lib. bon., qua soluta predicta omnia nichilominus perpetuam optineant firmitatem. Unde due carte scripte sunt, uno eodemque tenore.

Actum Bononie, in Porta Nova in claustro predictae ecclesie. Et interfuerunt huic concessioni Petrus, Martinus

et Iohannes, et huius rei rogati sunt testes. Ego Raynerius auctoritate imperiali notarius, his omnibus interfui, et, ut supra legitur, mandato domini prioris, et dictorum suorum fratrum et ipsius libellarii scripsi.

### III. De feudis.

Dominus Storletus<sup>3</sup> de Porta Steria per se suosque heredes investivit iure feudi Tedalgardum de Riosto de una vinea sua posita in pertinentiis Bertalie, in loco qui Ripole nuncupatur, confines cuius hii sunt: a mane possidet Iohannes de Granarolo, a meridie Iohannes Andree, a sero et ab inferiori latere adest via publica, et si qui alii sunt confines; hoc modo et pacto, quod dictus Tedalgardus, eiusque filii et nepotes legitimi masculi, qui si desierint, tunc deveniat in filiabus et in neptibus suis legitimis feminis, dictam vineam cum omnibus super se et infra se habitis in integrum deinceps habeant, teneant, possideant, et quicquid sibi placuerit faciant; pro qua vinea idem Tedalgardus iuravit ipsi domino Storleto et eius heredibus fidelitatem contra omnem hominem, excepto contra imperatorem; et ita osculati sunt se ad invicem, dominus et vassallus.

Actum Bononie in Porta Steria, in curte<sup>4</sup> dicti domini Storleti. Et interfuerunt huic investitioni Petrus, Martinus et Iohannes, et huius rei rogati sunt testes. Ego Raynerius<sup>5</sup>, auctoritate imperiali notarius, huic investitioni interfui, et, ut supra legitur, rogatus scripsi.

### V. De locatione hospitiorum.

Anno Domini MCCXIII, die X intrante mense iunii, regnante domino Ottone Romanorum imperatore, indictione II, presentibus Iohanne, Alberico et Americo testibus ad hoc spetialiter rogatis et vocatis Bononie, in porta Sancti Proculi, sub porticu locatoris, dominus Petrus de Novello dedit et locavit domino Cymiliaçe hospitium suum de porta Sancti Proculi cum tubata iuxta domum domini Docti ad habitandum ibi a festo Sancti Michaelis proximi usque ad unum annum; hoc modo et pacto, quod dictus dominus Petrus debeat facere fieri scalas extra ipsum hospitium a latere mane, per quam intrantes ascendere possint et descendere, et claudere ipsas scalas assidibus, et in medio dictarum scalarum facere hostium unum cum serratura bona, et solarium bene aptare, et in ipsa domo a latere superiori facere duas cameras, et in unaquaque camera facere unam fenestram ad legendum, et unam coquinam bene clausam, et duos lares, unum in dicta coquina, alterum in caminata, et sedile aptare, et ibi hostium facere, ne fetor veniat in ipsa caminata. Et hec omnia promisit dictus locator ipsi conductori stipulanti attendere ac servare hinc ad festum omnium sanctorum proximum vel ad alium terminum sibi ab eo datum, nec contra per se vel alium venire vel

<sup>1</sup> Trente B. — <sup>2</sup> renovetur T. — <sup>3</sup> Sterlectus B. — <sup>4</sup> curia S.

— <sup>5</sup> A. B.

facere aliqua occasione vel exceptione sub pena c sol. bon., qua soluta predicta omnia nichilominus firma permaneant. Et predictus conductor per se suosque heredes promisit dicto locatori stipulanti se soluturum ei vel eius heredibus sine aliqua exceptione xv lib. bon., medietatem in festo omnium sanctorum, aliam medietatem in festo Natalis Domini, cum una libra piperis, vel ad alium terminum vel terminos sibi a locatore datos, nomine mercedis ipsius hospitii, renunciando fori clericalis et scolastici privilegio, omnique legum et decretorum suffragio sibi rei vel persone pro hoc facto aliquo modo coherenti, sub pena predicta, qua soluta predicta omnia firma permaneant; et obligatione suorum bonorum duplicite mercedis valentium.

Actum Bononie in porta Sancti Proculi, sub porticu domus dicti locatoris. Ego Raynerius<sup>1</sup> auctoritate imperiali notarius huic locationi interfui, et ut supra legitur, rogatus scripsi.

#### VI. De locationibus terre ad faciendum ibi casam.

Dominus Petrus de Novello dedit et locavit Arpinello de Bagnarola x clusos<sup>2</sup> terre sue posite iuxta fossas communis explanatas hinc ad xxx annos hoc modo et pacto, quod dictus locator dicto conductori dictam terram nec aliquod edificium in eo ab ipso conductore vel eius heredibus factum non auferet per se nec per alium usque ad dictum terminum, sed legitime ab omni homine defendere eam stipulanti et eius heredibus auctorizabit, ac disbrigabit: et si predictos clusos terre predictus locator vel eius heredes vendere voluerit infra predictum terminum, dicto conductori vel eius heredibus vendet pro v sol. bon. minus quam alicui alii persone; et dictus conductor debet in predicta terra facere casam et edificare infra unum annum, et omni anno solvere ipsi locatori vel eius heredibus nomine mercedis ipsius terre v sol. bon., et si interim predictus conductor vel eius heredes predictam casam vendere voluerint, ipsi domino vel eius heredibus vendere debeant pro v sol. bon. minus quam alii persone. Si autem predictus locator vel eius heredes dictam casam emere voluerint, habeant dictus conductor et eius heredes licentiam vendendi cuicumque voluerint, pari suo vel minori, non capitaneo neque valvassori, non servo neque manenti. Que omnia per se suosque heredes inter se ad invicem stipulatione promiserunt attendere ac servare, nec contra per se vel alium venire vel facere aliqua occasione vel exceptione sub pena c sol. bon. ad invicem inter se stipulatione promissa; qua soluta, predicta omnia nichilominus firma permaneant.

#### VII. De locationibus terre ad laborandum.

Gilius Bonfiliioli dedit et locavit Petro Tusco campum suum de Muratellis iuxta Scannabecum<sup>3</sup> hinc ad tres

<sup>1</sup> A. B. — <sup>2</sup> clausas B. — <sup>3</sup> fontem S. — <sup>4</sup> portare et om. T.

annos, hoc modo et pacto: quod dictus locator nec per se nec per alium usque ad dictum terminum dicto conductori nec eius heredibus dictam terram auferet, et eam legitime ei usque ad dictum terminum defendet, auctorizabit ac disbrigabit ab omni homine. Et dictus Petrus debet dictam terram usque ad dictum terminum pretaxatum omni anno bene arrumpere, remenare et retercare, ac quarta vice cum semine assulcare, data sibi medietate seminis a domino; et debet dictus conductor medietatem fructuum omnium quos ex dicta terra perceperit omni anno, donec eam tenuerit, dicto locatori Bononiam aportare et dare, et xx plaustra letaminis de suo in ea omni anno ponere et mittere, et quantumcumque dictus locator emerit et voluerit in ipsa terra portare. Ita tamen, quod dictus locator suis expensis det ac conducat ipsi conductori unum hominem qui adiuvet eum plaustrum onerare et exhonerare donec ipsum letamen domini in dictam terram portet vel faciat aportari. Que omnia per se suosque heredes inter se ad invicem stipulantes promiserunt attendere ac servare, nec contra per se vel alium venire vel facere aliqua occasione vel exceptione, sub pena c sol. bon. ad invicem inter se stipulatione promissa: qua soluta, predicta omnia nichilominus firma permaneant.

#### VIII. De locationibus vinearum.

Petrus Albertini dedit et locavit Gilio Camboni vineam suam de Calcaria iuxta vineam Episcopi hinc ad v annos hoc modo et pacto, quod dictus locator non debet dicto conductori dictam vineam usque ad predictum terminum auferre nec per se nec per alium, sed eam legitime ab omni homine defendet, auctorizabit ac disbrigabit. Et predictus conductor debet predictam vineam laborare ac colere usque ad finem termini pretaxati, scilicet omni anno bene portare et<sup>4</sup> elevare suis palis et perticis et vinçis, et çapare et remenare omni suo dispendio, et propaginare ac plantare totum vacuamentum quod est in vinea pre-nominata, et eam clusam tenere, et fossata ubi expedierit fodere, ac sepes bene affrattare et insetare, et medietatem omnium fructuum quos ex dicta vinea et terra percipiet Bononiam ad domum dicti locatoris aportabit et dabit. Que omnia per se suosque heredes inter se ad invicem stipulantes promiserunt attendere ac servare: nec contra per se vel alium venire vel facere aliqua occasione vel exceptione, sub pena C sol. bon. ad invicem inter se stipulatione promissa: qua soluta, predicta omnia nichilominus firma permaneant.

#### VIII. De locationibus murorum.

Deotaidi<sup>5</sup> de Prato dedit et locavit murum sue domus ad faciendum et murandun Iohanni de Malcore et Bonensegne magistris hoc modo et pacto: quod dictus locator

<sup>5</sup> Deotaiuti B.



debet eis dare et solvere pro unoquoque punto x. sol. bon. quodcumque dicti magistri vel eorum heredes expleto opere dicto locatori vel eius heredibus petent; et debet eis dare omnes lapides et maltam impastatam et calcaturas iuxta murum et lignamina, stropas, gratios, naspos, et omnem apparatus ad dictum murum faciendum. Et dicti magistri debent dictum murum edificare, et facere ipsum crossum III pedes, et levare x punctos, et maltam distemperare, et duo hostia in ipso muro facere a meridie, et III fenestras, duas ab inferiori latere et alias duas a latere posteriore, et de lapidibus incisus et bene intalliatis; et hec omnia debent facere cum suis magistris et manualibus et victualibus hinc ad kalendas Augusti proximi, vel ad alium terminum eis a locatore datum. Que omnia per se suosque heredes inter se ad invicem stipulantes promiserunt attendere ac servare, nec contra per se vel alium venire vel facere aliqua occasione vel exceptione, sub pena C sol. bon. ad invicem inter se stipulatione promissa: qua soluta, predicta omnia nichilominus firma permaneant:

#### X. De locationibus discipulorum.

Bernardinus Iohannini dedit et locavit filium suum Iacominum ad discendam artem calçolarie magistro Placentino hinc ad III annos hoc modo et pacto, quod dictus Bernardus debet solvere ipsi magistro Placentino pro mercede sui documenti xxx sol. bon., medietatem modo in principio, residuam medietatem in medietate termini: et debet dictum filium suum facere laborare continue, ad opus ipsius magistri Placentini usque ad finem termini pretaxati; et si pretermiserit aliquem diem vel dies laboratorios, eidem post terminum faciet restaurari. Et dictus magister Placentinus debet dictum Iacominum bene docere et instruere artem calçolarie et corduanum de bona cunçia facere, et omnia que ad dictam artem pertinent vel pertinere videntur usque ad terminum iam <sup>1</sup> prefixum. Que omnia per se suosque heredes inter se ad invicem stipulantes promiserunt, attendere ac servare, nec contra per se vel alium venire vel facere aliqua occasione vel exceptione, sub pena C sol. bon. ad invicem inter se stipulatione promissa; qua soluta, predicta omnia nichilominus firma permaneant.

#### XI. De locationibus bovum.

Guilielmus de sancto Martino dedit et locavit ad laborandum Albertino de Unçola duos boves pretii xvi lib. bon. hinc ad III annos hoc modo et pacto, quod dictus locator dictos boves usque ad predictum terminum non auferet dicto conductori, sed legitime eos ei et eius heredibus ab omni <sup>2</sup> homine defendet, aucoriçabit ac disbrigabit retinens in se locator dictorum bovum do-

minium. Et dictus conductor debet dictos boves usque ad dictum terminum tenere, et omnibus suis sumptibus custodire ac salvare bona fide, sine fraude, et quartam partem lucri ex dictis bovibus percepti domino Bononiam ad domum suam dare ac apportare, et eandem partem damni, si acciderit, eidem domino assignare; sed, si culpa ipsius conductoris aliquod damnum in ipsis apparuerit, nihil damni ad locatorem predictum debet pertinere, sed totum super ipsum conductorem redundare; nec ipsos debet vendere vel alienare vel obligare vel tramaçare <sup>3</sup> sine dicti locatoris voluntate; et si contra fecerit, ab omni possessore possit ipse locator vindicare. Pro laborerio quorum bovum debet dictus laborator dare et afferre ipsi locatori et eius heredibus Bononiam ad domum suam omni anno in kalendis Augusti x corbes boni et pulcri frumenti et vi bona plaustra bonorum lignorum ulmi vel fraxini. Que omnia per se suosque heredes promisit prenomi-natus Albertinus ipsi Guilielmo stipulanti et eius heredibus attendere ac servare, nec contra per se vel alium venire vel facere aliqua occasione vel exceptione, sub pena dupli dicti pretii dictorum bovum valentium <sup>4</sup> ipsi locatori ab eo stipulatione promissa, qua soluta, predicta omnia nichilominus firma permaneant, et obligatione suorum bonorum dupli dicti pretii valentium.

#### XII. De locationibus ad soccidas.

Martinus dedit et locavit in soccida Iohanni de Granarolo duas vaccas, una quarum habet vitulam pretii vi lib. bon. hinc ad II annos hoc modo et pacto, quod dictus locator dictas vaccas nec fetus ex eis natos vel nascituros ipsi conductori per se vel alium usque ad dictum terminum auferet, sed eos ei legitime ab omni homine defendet et aucoriçabit ac disbrigabit. Et ipse Iohannes debet dictas vaccas et earum fetus usque ad dictum terminum tenere et custodire bona fide sine fraude et suis expensis omnibus pascere; sed si mala custodia vel culpa dicti laboratoris dicte vacce vel earum fetus perierint, vel fuerint devastate, totum damnum redundet super ipsum laboratorem. Nec cum eis laborare debet nisi forte in hieme deferre folia et scorças quas comedunt et spinas pro curia claudenda, et vitulam iam natam et primum ex alia vacca vitulum vel vitulam oriundam domino pro caposalvo <sup>5</sup> duobus annis tenere debet. Si autem prima vitula vel vitulus ante finem biennii morietur, secundum et secundam ex qualibet vacca nasciturum vel nascituram tantundem ipsi domino debet tenere, et idem debet facere de tertio vitulo vel vitula, si secundus vel secunda infra biennium moriretur. Et quod supererit in fine termini de dictis vaccis et eorum fetis comiter cum predicto domino vel eius heredibus dividet ac sortietur. Que omnia per se suosque heredes promisit prenomi-natus Iohannes ipsi Martino stipulanti et eius heredibus attendere ac

<sup>1</sup> iam om. B. — <sup>2</sup> ab omni om. T. — <sup>3</sup> transmaçare S. — <sup>4</sup> valentium add. T. — <sup>5</sup> Gl. B. et hoc cum fit soccida ad cap. salvum;

sed si fiat ad salvum capitale poterit et liceat ei laborare et carrigia facere ut proçoatica tantum caseum vel tot....

servare: nec contra per se vel alium venire vel facere aliqua occasione vel exceptione sub pena C sol. bon. ipsi domino ab eo stipulatione promissa: qua soluta, predicta omnia nichilominus firma permaneant.

### XIII. De locationibus operum ad scribendum.

Dominus Guido de Certona dedit et locavit ad scribendum unum Digestum vetus Martino de Fano hoc modo et pacto, quod dictus dominus nec per se nec per alium ipsi scriptori auferret dictum opus <sup>1</sup> nisi prius ab eo finiatur, et pro mercede dicti operis dabit eidem Martino prefatus dominus Guido x lib. bon., medietatem in principio operis, aliam medietatem expleta ipsius operis medietate, et cartas dabit ei ad scribendum ad sufficientiam quandocumque petet, et exemplar vel cartas habeat quando expediet preparatas, ita quod dictus scriptor non amittat opus; et si amiserit eo quod non exemplar vel cartas non habeat quando expediat preparatas, <sup>2</sup> totum damnum debeat ei dominus resarcire. Et dictus Martinus debet dicto domino Guidoni scribere et explere continue totum Digestum vetus de adeo tam bono testo sicut ei demonstravit in quodam quaterno domini Ioannis Parisiensis, nisi forte acciderit occasione temporis vel cartule vitiose, bona fide, sine alicuius alterius operis scripture interpositione excedentis quantitatem x sol. bon., et rubricas et minora remittet ei secundum consuetudinem huius terre. Que omnia inter se ad invicem stipulantes promiserunt per se suosque heredes attendere ac servare: nec contra per se vel alium venire vel facere aliqua occasione vel exceptione: et sumptus omnes reficere, et expensas in iudicio vel extra sub pena c sol. bon., qua soluta predicta omnia nichilominus firma permaneant, et obligatione suorum bonorum duplum dicte mercedis valentium, renunciando fori clericalis et scolastici privilegio, omnique legum auxilio et exceptioni sibi rei vel persone pro hoc facto coherenti. Et insuper Fernandus <sup>3</sup> Yspanus mandato dicti Martini promisit per se suosque heredes ipsi domino Guidoni stipulanti predicta omnia ut principalis debitor attendere ac servare, nec contravenire vel facere per se vel alium aliqua occasione vel exceptione sub pena predicta et obligatione suorum bonorum dupli dicti pretii valentium, renunciando fori clericalis similiter et scolastici privilegio, et insuper nove constitutionis beneficio, omnique legali auxilio et exceptioni fideiussorie sibi pro hoc facto rei vel persone coherenti.

### XIV. De locationibus servientum.

Ioanninus de Crespellano astrinxit et locavit se pacto de servitio suo dando domino Villano et eius familie hinc ad v annos hoc modo et pacto, quod ipse dominus debet ei

dare victum et vestitum atque calciamenta competenter ac decenter, et xx sol. bon. in principio cuiusque anni solvere pro mercede sui servitii usque ad terminum iam predictum, et vestes eque bonas sicut nunc habet, vel extimationem scilicet xx sol. bon. in fine termini debet ei dominus restituere sub pena xxv sol. imperialium ab eo ipsi Iohannino stipulatione promissa, qua soluta predicta omnia nichilominus firma permaneant; et prefatus Iohanninus debet domino Villano et eius familie usque ad dictum terminum bene et fideliter servire, nec de eius servitio sine domini voluntate exhibit, et fugam ei non faciet quin infra viii dies redeat cum ipso domino moraturus: nec furtum debet facere ipsi domino nec eius familie ultra xij sol. bon. per annum, et illud ei ad voluntatem suam emendabit et in area domini vel aliena secundum quod ipsi domino placuerit, intrabit et bona domini et aliena apud se vel alium pro eo constituta omnia custodiet ac salvabit, et credentiam sibi a domino commissam tenebit, nec eam alicui absque licentia sua revelabit. Que omnia per se suosque heredes dictus Ioanninus ipsi domino stipulanti vel eius heredibus attendere et observare bona fide sine fraude, ac contra nec per se nec per alium venire vel facere aliqua occasione vel exceptione promisit, et corporaliter ad sancta Dei evangelia iuravit, nisi a vinculo sacramenti ab eo liberaretur, sub dicta pena, et sue mercedis amissione: qua soluta, et mercede ab ipso Iohannino, si dominus ei solvisset, condicta et exacta, predicta omnia nichilominus firma permaneant.

### XV. De societatibus contrahendis.

Martinus de Unçola et Girardus Balbus societatem ad emendos et vendendos pannos et pignolatum in simul contraxerunt hinc ad x annos, hoc modo et pacto: quod ipse Martinus debet in societate prefata afferre c lib. bon. et debet ire ultra montes et Cremonam, alio quocumque fuerit oportuum ad emendos pannos et pignolatum; et Girardus debet in ipsa societate afferre c lib. bon. et stare ad bancam et stationem ad pannos vendendos et pignolatum, et ire similiter debet ad nundinas pro ipsis vendendis cum expedierit, et facere omnia negotia societatis bona fide sine fraude. Quam societatem usque ad dictum terminum, et tanto plus quanto ipsam comiter voluerint retinere ac dilatare inter se ad invicem stipulantes promiserunt, et ad sancta Dei evangelia corporaliter iuraverunt per se suosque heredes firmam tenere, nec contra per se vel alium venire vel facere aliqua occasione vel exceptione; et in fine termini lucrum et damnum inter se comiter dividere, deducto tamen prius utriusque capitali, sub pena c lib. imperialium ad invicem inter se stipulatione promissa: qua soluta, predicta omnia nichilominus firma permaneant.

<sup>1</sup> dictum opus *om. T.* — <sup>2</sup> vel cartas... preparatas *om. T.* —

<sup>3</sup> Bernardus *B. S.*



**XVI. De pactis murorum.**

Martinus pro x lib. bon. quos a Marco presentibus testibus suprascriptis recepit, talia pacta et conventiones eidem Marco fecit de suo muro qui est inter suam domum et ipsius Marci, quod ipse Marcus ab eius parte muri deinceps possit sua ligna et tigna in ipso muro mittere, tot quot sue domui fuerint necessaria ad salvamentum muri a summo usque ad deorsum. Et si expedierit alicui parti quod murus altius extollatur, comiter debeat ab eis extolli per x punctos; altius tamen nullo modo debeat extolli vel elevari. Si vero aliquis eorum voluerit elevare, volens ipsum elevare suis sumptibus et expensis, extollat, et alter ei teneatur medietatem impensarum omnium reficere infra xv dies postquam a murum elevante vel faciente elevari fuerit requisitus, quantas suó dixerit iuramento. Et si murus aliquando rueret, quilibet eorum in medietate soli, in quo nunc est murus, licentiam habeat quicquid voluerit faciendi, nisi facto vel culpa alterius eorum rueret; et in hoc casu ille cuius facto vel culpa hoc accideret alteri dampnum emendare teneatur infra unum mensem postquam ab eo fuerit requisitus. Que omnia inter se ad invicem stipulantes per se suosque heredes firma in perpetuum promiserunt tenere, nec contra per se vel alium venire vel facere aliqua occasione vel exceptione, sub pena x lib. imperialium inter se ad invicem stipulatione promissa. Qua soluta, predicta omnia nichilominus firma permaneant.

**XVII. De eodem.**

Martinus et Petrus inter se fecerunt hec pacta et conventiones, scilicet quod inter suas domos quas habent in Porta Nova iuxta Sanctum Martinum facient in solo utriusque per medium murum IIII pedibus crossum comiter elevare per x punctos et edificare equis expensis; et quicumque eorum ex suo latere possit facere fenestras et columbaria usque ad medietatem ipsius muri, et immittere omnia tigna domus, ita tamen quod ipse murus non ruat vel dissipetur, vel aliqua fissura vel lesio in eo fiat eius culpa. Si vero aliquis eorum in eo muro voluerit elevare, laborare, et alter, inquisitus ab eo infra xv dies proximos, cum eo non laboraverit et expensas equaliter non fecerit, liceat ipsi volenti edificare, quantumcumque voluerit ipsum murum edificare et possidere, et totum lucrari, donec alter medietatem ei reficiat impensarum. Que omnia inter se ad invicem stipulantes per se suosque heredes promiserunt attendere ac servare in perpetuum, nec contra per se vel alium venire vel facere aliqua occasione vel exceptione, sub pena c lib. bon. ad invicem inter se stipulatione promissa. Qua soluta, predicta omnia nichilominus firma permaneat.

<sup>1</sup> *Codd.* voluerit. — <sup>1</sup> recepisse *om. T.* — <sup>2</sup> post terminum *om. T.*

**XVIII. De pactis turrium.**

Ioannes, Albertus et Girardus hec pacta et conventiones fecerunt inter se de sua turre fundanda et elevanda, scilicet quod ipsam turrem fundabunt comiter et elevabunt per XL punctos, communibus omnibus eorum expensis: sed si quis eorum noluerit <sup>1</sup> dictam turrem usque ad dictam altitudinem elevare, sua pars deveniat ad reliquos suos consortes. Que omnia inter se ad invicem stipulantes per se suosque heredes promiserunt firma in perpetuum tenere et observare, nec contra per se vel alium venire vel facere aliqua occasione vel exceptione sub pena m lib. bon. ad invicem inter se stipulatione promissa. Qua soluta, predicta omnia nichilominus firma permaneant.

**XVIII. De pactis in venditionibus factis sub lege commissoria.**

Martinus de emptione vinee quam emit ab Alberto fecit eidem hec pacta et conventiones, scilicet quod, si dictus Albertus solverit ipsi Martino vel eius heredibus xx lib. bon. hinc ad festum sancti Michaelis proximi vel ad alium terminum sibi ab eo datum, quod venditio vinee quam ei fecit, ut patet per instrumentum venditionis manu mei Rainerii notarii confectum, sit inanis et vacua, et nullius momenti; et instrumentum prenomiatum vinditionis inde factum, cassum sit penitus et inutile. Si vero non solverit dictus Albertus dictos denarios ad dictum terminum, teneatur recipere insuper a dicto Marco x lib. bon., et venditio predicta deinde plenum habeat vigorem: quos si recipere recusaverit, nichilominus dicta venditio perpetuam optineat firmitatem. Que omnia ad invicem stipulantes promiserunt attendere ac servare, nec contra per se vel alium venire vel facere aliqua occasione, vel exceptione sub pena c sol. bon. ad invicem inter se stipulatione promissa. Qua soluta, predicta omnia nichilominus firma permaneant.

**XX. Rogatio mutui cum securitatibus occurrentibus.**

Iacominus Nigre promisitolvere Petrobono de Strata Maiore x lib. bon., quos confessus est se ab eo mutuo recipisse <sup>2</sup> renuntiando non numerate pecunie exceptioni, hinc ad forum Reni, et omne dispendium reficere sub pena IIII denariorum pro libra omni mense post terminum <sup>3</sup> solvenda. Que omnia corporaliter attendere iuravit, et obligavit domum suam de Porta Nova iuxta dominum Vivianum de Loro, et principaliter Albertus de Panico pro eo extitit fideiussor.

**XXI. Instrumentum dicte rogationis.**

Anno Domini MCCxiiij, die vii exeunte mense Iunii, regnante domino Ottone Romanorum imperatore, indictione ij, presentibus Ugolino de Çista, Albertino Alexandri et Iohanne de Unçola testibus ad hoc rogatis et vocatis, in

Porta Nova, sub porticu Deotaidi, Iacominus Nigre per se suosque heredes promisit Petrobono de Strata Maiore stipulanti se soluturum ei vel eius heredibus sine aliqua occasione vel exceptione x lib. bon., quos confessus fuit presentibus suprascriptis testibus, et me notario, se ab eo mutuo accepisse; renuntiando non numerate pecunie exceptioni sibi pro hoc facto aliquo modo coherenti; hinc ad forum Reni proximum, vel ad alium terminum sibi ab eo datum; et omne dampnum et dispendium quod sustinuerit vel fecerit pro predicta pecunia exigenda resarcire, sub pena IIII denariorum pro libra, singulis mensibus quibus post terminum in solutione cessaverit ab eo ipsi creditori stipulanti solvenda: <sup>1</sup> et ea soluta, dicta omnia firma permaneant.

#### XXII. De sacramento debitoris.

Que omnia attendere et observare corporaliter ad sancta Dei evangelia iuravit, nec contra predicta aliquando venire, vel agere per se vel alium aliqua occasione vel exceptione.

#### XXIII. De pignorum obligatione.

Et pro predictis omnibus observandis et attendendis, obligavit ei vineam suam quam habet in Porta Nova iuxta dominum Vivianum de Loro, hoc modo et pacto, quod si omnia que dicta sunt non observaret, vel contra occasione vel exceptione aliqua faceret vel veniret per se vel alterum, abinde liceat ipsi creditori et eius heredibus in dictum pignus et in alia bona debitoris que voluerit intrare sua auctoritate, et alii cui voluerit vendere vel obligare vel apud se iusto pretio retinere, sibi que in dictis omnibus satisfacere sine aliqua dicti debitoris vel suorum heredum vel alterius contradictione, et sine aliqua occasione vel exceptione legis, iuris et usus, vel interpellatione communis.

#### XXIII. De fideiussoribus.

Ad hoc Albertus de Panico dicti debitoris mandato per se suosque heredes promisit ipsi creditori stipulanti constituens se ei principalem <sup>2</sup> predicta omnia ut principalis debitor attendere ac servare ei et eius heredibus ad dictum terminum vel alium ab ipso creditori sibi datum, nec contra predicta venire vel facere aliqua occasione vel exceptione, sub pena c sol. bon. ipsi creditori stipulanti promissa. Qua soluta, predicta omnia nichilominus firma permaneant, et obligatione suorum bonorum dupli dictorum omnium denariorum valentium, renuntiando nove constitutionis beneficio, non numerate pecunie exceptioni, omnique legum auxilio et exceptioni fideiussorie sibi pro hoc facto aliquo modo coherenti,

<sup>1</sup> cum expensis quas faciet pro hac pecunia exigenda in iudicio vel extra *add. B.* et obligatione suorum bonorum *add. S.* — <sup>2</sup> constituens se ei principalem (fideiussorem?) *om. B.* — <sup>3</sup> C. T. P.

Ego Rainerius <sup>3</sup> notarius his omnibus interfui, et, ut supra legitur, rogatus scripsi.

#### XXV. De indempnibus conservandis pro aliis obligatis.

Iacominus Nigre per se suosque heredes promisit Alberto de Panico stipulanti se conservaturum eum indempnem sine aliqua occasione vel exceptione ab obligatione quam ipse <sup>4</sup> pro eo a Petro de Strata Maiore suscepit in x lib. bon. et eorum accessionibus et penis, <sup>5</sup> si commisse fuerint, et impensis omnibus pro predicta obligatione, vel occasione predictae obligationis ab eo vel ab alio pro eo factis vel faciendis, ut patet per scripturam <sup>6</sup> manu mei notarii confectam, infra xv dies postquam dictus Albertus vel eius heredes ipsi Iacomino vel eius heredibus denuntiabunt; sub pena c sol. bon. ab eo ipsi Alberto stipulanti promissa, qua soluta predicta omnia nichilominus firma permaneant; et obligatione suorum bonorum. <sup>7</sup>

#### XXVI. De redimendis pignoribus pro alio obligatis.

Iacominus per se suosque heredes promisit Alberto de Panico stipulanti se redempturum et restitutum ei vel eius heredibus sine aliqua occasione vel exceptione panzeram unam et osbergum unum et mantellum de scarlato et pelles varias coopertas de viride que ei commodavit ad ponenda pignora <sup>8</sup> domino Peldevacca massario communis Bononie, quod erat accusatus a Bencevegne de Gualengis de maleficio, hinc ad duos menses proximos, vel ad alium terminum sibi ab eo datum sine dicti Alberti dampno, placito, vel dispendio. Si autem predicta pignora forte fuerint amissa, ita quod redimi vel reddi ei non possint, vel adeo devastata vel corrosa quod ea recipere nolit, promisit eidem stipulanti solvere sine aliqua occasione vel exceptione dictarum rerum extimationem, scilicet c lib. bon. hinc ad iij menses proximos vel ad alium terminum sibi ab eo datum sine dicti commodantis dampno, placito vel dispendio. Que omnia per se suosque heredes promisit ipsi Alberto stipulanti attendere ac servare, nec contravenire vel facere aliqua occasione vel exceptione sub pena c sol. bon. ab eo eidem stipulanti promissa. Qua soluta, predicta omnia nichilominus firma permaneant.

#### XXVII. Rogatio pignoris ad frudium obligati. <sup>8</sup>

Guido de Foiano confessus est se accepisse mutuo ab Egidio de Spina v. lib. bon. renuntians non numerate pecunie exceptioni pro quibus den. obligavit ad frudium <sup>9</sup>

*B.*, qui *add.* actum in Porta nova sub porticu Deotaidi. — <sup>4</sup> in se *T. S.* — <sup>5</sup> pene *T.* — <sup>6</sup> publicam *add. B.* — <sup>7</sup> dupli dicte rei vel rerum *add. B.* — <sup>8</sup> Rogatio pignorum ad frudium obligatis *T.* — <sup>9</sup> fruendum *B.*



dicto Guidoni et eius heredibus unum campum positum in Bagnaia; confines: a mane Iohannes Gratiadei; a meridie Albericus Berte, a sero adest via publica; desubtus Henricus Palmerii, et constituit se creditoris nomine possidere dans ei licentiam personaliter intrandi recolligendo dictum pignus sbladatum <sup>1</sup> de termino ad terminum sancti Michelis et promisit legitimam defensionem sub pena dupli et sumptus omnes reficere.

### XXVIII Instrumentum dicte rogationis.

Ego quidem Guido de Foiano per hoc pignoris instrumentum <sup>2</sup> in presenti confiteor, me a te Egidio de Spina in veritate v. lib. bon. mutuo accepisse renuntians non numerate pecunie exceptioni, pro quibus den. obligo tibi et tuis heredibus ad frudium unum campum positum in loco qui Bagnaia nuncupatur; confines cuius hii sunt: a mane possidet Iohannes Gratiadei; a meridie Albertus Berte, a sero adest via publica; ab inferiori vero latere possidet Henricus Palmerii; et si qui alii sunt confines, cum superioribus et inferioribus finibus, accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et cum omnibus super se et infra se habitis in integrum, omnique iure et actione et usu seu requisitione mihi ex ea re competente, ut amodo ea omnia tu tuique heredes habeatis, teneatis, frudietis et quicquid deinceps placuerit faciatis sine alicuius contradictione sive molestia, donec dictos denarios integre tibi ac tuis heredibus reddam atque solvam <sup>3</sup>. Quam rem me tuo nomine constituo possidere donec in possessionem intraveris corporaliter; in quam intrandi licentiam tibi tua auctoritate concedo, recolligendo dictum pignus sbladatum de termino ad terminum sancti Michelis: fructus cuius omnes quos ex eo susceperis tibi et tuis heredibus pure libere ac simpliciter inter vivos dono. Ab omni quoque homine suprascriptum pignus et fructus ex eo perceptos et omnia ut predixi legitime defendere, auctorizare atque disbrigare per me meosque heredes tibi stipulanti et tuis heredibus promitto meis omnibus pignoribus expensis et advocatis <sup>4</sup>, nec contra per me vel alium venire vel facere aliqua occasione. Si vero per me meosque heredes predicta omnia non observavero vel contra per me vel alium aliqua occasione venire vel facere temptavero, et si legitimam semper defensionem tibi et tuis heredibus non exhibuero, pene nomine CC. sol. bon. dare, omneque dampnum litis et expensas ex nunc competiturum vel competituras, tibi et tuis heredibus stipulatione sollempni resarcire promitto, penaque soluta predicta omnia nichilominus firma permaneant. Actum Bononie, in Porta Nova sub voltis domini Caçanimici; et interfuerunt huic obligationi Pe. Mar et Al. et huius rei rogati sunt testes. Ego Rainerius auctoritate imperiali notarius his omnibus interfui et ut supra legitur rogatus subscripsi.

<sup>1</sup> sbladatum T. baldatum S. — <sup>2</sup> instrumento T. — <sup>3</sup> dictus dominus reddat atque solvat B. — <sup>4</sup> advocatis T. — <sup>5</sup> dictum T. —

### XXVIII. De commodatis.

Beniaminus commodavit domino Cimiliarce unum suum equum usque Mediolanum hoc modo et pacto, quod dictus dominus Cimiliarca restituet vel faciet restitui dictum equum ipsi Beniamino vel eius heredibus hinc ad unum mensem proximum, vel ad alium terminum sibi ab eo datum, sine dicti commodantis dampno, placito vel dispendio. Si autem dictus <sup>5</sup> equus mortuus fuerit vel devastatus, vel deterioratus, excepto suppresso <sup>6</sup> quod habebat, debet ei dare ed solvere extimationem dicti equi scilicet x. lib. bon. hinc ad predictum terminum vel ad alium terminum ab eo datum. Et si dictus equus esset deterioratus et ipse vellet dictum equum recipere, debet ei deterioramentum ipsius equi reficere usque ad terminum pretaxatum, quantum ipse Beniaminus suo sacramento dixerit et extimabit. Que omnia per se suosque heredes dictus dominus Cimiliarca ipsi Beniamino stipulanti vel eius heredi attendere et observare promisit, nec contra per se vel alium venire vel facere aliqua occasione vel exceptione, sub pena dupli dicte extimationis ipsi Beniamino ab eo stipulatione promissa; qua soluta, predicta omnia nichilominus firma permaneant.

### XXX. De depositi

Dominus Thomas anglicus, volens sedem apostolicam visitare, deposuit apud sanctum Salvatorem <sup>7</sup> Bononie suos libros legales scilicet Digestum vetus et novum, Codicem et Infortiatum, et Decreta et Decretales cum iiii quaternis rationum in quadam mala suo proprio sigillo consignatos, quos optulit et custodiendos tradidit domino Rainerio priori dicte ecclesie et suis fratribus ibidem presentibus, scilicet domino Lamberto, domino U., domino B. sacriste, eiusdem ecclesie canonicis, qui dictos libros in custodia receperunt; ita tamen quod si dictus dominus Thomas non redierit et humanitus ei acciderit, debeat dictus dominus prior vel eius successores prenominatos libros et quaternos distribuere et disponere ut in quadam cartula in dicta mala cum ipsis libris inclusa continetur.

### XXXI. De pecunie depositione ut cesset cursus usurarum.

Ugolinus Accarisii optulit Iacomino de Seragoça x. lib. bon. in quadam sua saccula numeratas ac consignatas <sup>8</sup> et eas eidem representavit <sup>9</sup> quas ei debebat pro codice uno quem ab eo emit: quos denarios dictus Iacominus recipere recusavit; unde prenominatus Ugolinus coram suprascriptis testibus statim eodem die deposuit dictam pecuniam apud sanctum Salvatorem et misit super altare, presentibus domino Ugone, domino Iohanne et domino Lamberto sacrista qui dictos denarios in custodia recepit.

<sup>6</sup> suppressum T. — <sup>7</sup> Laurentium S. — <sup>8</sup> signatas B. — <sup>9</sup> presentavit B.

### XXXII. De rerum depositarum vel aliarum restitutione.

Dominus Rainerius Sancte Marie de Reno prior cum consensu fratrum suorum ibidem presentium restituit atque reddidit domino Iohanni anglico suos libros, scilicet Digestum vetus et novum, Codicem et Infortiatum, Decreta et Decretales cum IIII quaternis rationum quos apud sanctum Salvatorem deposuerat, et dictus dominus Iohannes dictos libros et quaternos omnes recepit secundum formam et tenorem cyrographi ab ipso domino Iohanne facti.

### XXXIII. De beneficiorum et officiorum restitutione.

Dominus Henricus bononiensis episcopus absolvit presbiterum Iohannem de Granarolo ab omni interdicto quod contra eum protulerat eo quod nolebat ipsi domino episcopo obedire, et restituit eidem omne beneficium et officium quo eum suspenderat et privarat.

### XXXIII. De denunciationibus.

Petrus denunciavit Cacharie ut defendat eum in causa, quam habet cum Alberto de vinea quam ipse Cacharias ipsi Petro vendidit, ut ei tenetur.

### XXXV. De denuntiatione per iactum lapidis facta.

Iohanninus denunciavit Petro Faseolo et per iactum lapilli ei penitus interdixit, ne opus novum quod incepit ullo modo edificet, quia dicit<sup>1</sup> ipsum in suo solo edificatum.

### XXXVI. De denuntiatione episcopo facta ut aliquem citet.

Panfollia de Nonantula denunciavit domino Henrico bononiensi episcopo, ut dignetur vel debeat Ugolinum de Unçola citare et ei suadere quod reddat ipsi Panfollie denarios quos ipsi Ugolino dedit pro quadam petia terre quam ei obligavit, et ipsam recipiat ab eo vel recipiat iustum pretium, ut eandem dictus Panfollia sibi possit iusto pretio retinere ac cui alienare voluerit: que vero denuntiatione facta fuit in palatio domini episcopi; posteaque statim eodem die in palatio communitatis idem Panfollia presentibus suprascriptis testibus similiter domino Rodulpho Guidonis Burgundionis potestati Bononie denunciavit.

### XXXVII. De litterarum representationibus.

Dominus Amatus<sup>2</sup> florentinus representavit et dedit domino Nicholao episcopo Regii litteras domini Innocentii

<sup>1</sup> dixit T. — <sup>2</sup> Amanatus B. — <sup>3</sup> susceperit T. — <sup>4</sup> presentium T., — <sup>5</sup> R. B. S. — <sup>6</sup> B. add. domino. — <sup>7</sup> Rignano B. —

tertii pape de prebenda domini Ugonis de Sesso ipsius episcopatus canonici, vacatura cum sit electus Vercellensis, nulli sine domino papa licentia concedenda. Quas siquidem litteras prefatus dominus episcopus presentibus testibus suprascriptis suscepit<sup>3</sup> et ipsas toti ecclesie regine capitulo presentavit,<sup>4</sup> quarum tenor hic est. — Et sic scribe omnes litteras presentatas per ordinem usque in fine, incipiendo eas in capite linee cartule tue: quibus scriptis sic continuabis: — Representate fuerunt dicte littere ipsi domino episcopo Regii in camera sua.

Ego Tebaldus<sup>5</sup> sacri palatii notarius his omnibus interfui, et ut supra legitur rogatus scripsi, subscripsi.

### XXXVIII. De causarum commissionibus.

Magister Gratia commisit ac delegavit<sup>6</sup> Rainerio priori Sancte Marie de Reno omnem vicem ac potestatem usque ad sententiam definitivam quam habebat in quibusdam causis sibi a summo pontefice delegatis; due quarum vertuntur inter Ugolinum Iordani ex una parte et Martinum de Ungiano<sup>7</sup> et Matheum Iohannis ex alia; residua vertitur inter Martinum Papam ex una parte, et Iohannem de Cesena ex alia; in quibus omnibus habebat quondam<sup>8</sup> iudicem prepositum sancti Iohannis in Monte; ut dictus dominus prior possit partem non parentem anathematis vinculo innodare, partes citare, testes recipere, et eorum dicta aperire, omniaque facere ac cognoscere que idem magister Gratia facere poterat, ut iam dictum est, usque ad sententie diffinitive prolationem.

### XXXVIII. De officio notarie.

Huius officii privilegium aliquando a domino papa, vel imperatore, vel spectabilibus regie curie viris, seu comitibus palatinis, aut alias a principe iurisdictionem<sup>9</sup> habentibus, aliquando a rectoribus civitatum postulantibus erogatur. De rescriptis<sup>10</sup> quarum dignitatum et aliarum conferendarum scribendis imperialis aule cancellariis<sup>11</sup> tractandum dimitto. Expedi igitur, ut de quolibet privilegio a singulis personis facultatem habentibus notariis indulgendo subiciam seriatim exemplum.

### XXXX. De officio notarie a domino papa concessa.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, cunctis in Christo fidentibus salutem et apostolicam benedictionem. Cum dilectum filium nostrum Iohannem Calciveri perusinum ydoneum<sup>12</sup> cognoscamus ad artis notarie officium exercendum, cunctis innotescat nos de ipsius artis officio presens ei privilegium indulsisse, per apostolicam scripturam mandantes quod nullus hoc sacrum nostrum rescriptum audeat attentare. Qui vero contra faceret sciat se

<sup>8</sup> contra BS qui T. — <sup>9</sup> iurisdictioni T. — <sup>10</sup> scriptis T. — <sup>11</sup> cancellarii S. — <sup>12</sup> ydocum T.



anathematis vinculo innodatum, <sup>1</sup> absolutionem cuius promereri non poterit nisi apostolorum limina visitaverit per se ipsum.

Datum Laterano pridie kal. maii, indictione IIII. pontificatus nostri anno XVIII.

#### XXXXI. De indulto ab imperatore.

Otto quartus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Cum nos multum presumamus de peritia et industria fidelis nostri Salvatici <sup>2</sup> perusini civis, quod ipse nobis et imperio fidelis semper esse debeat et devotus necessariusque communi multorum utilitati, universis fidelibus nostris facimus notum quod nos eum constituimus publicum tabellionem; de hoc officio ipsum investintes <sup>3</sup>, recepto ab eo sacramento fidelitatis et plene securitatis. Dedimus ei igitur licentiam et plenam et liberam potestatem ubilibet exercendi recte nec non et fideliter omnia que ad huius artis officium noverit pertinere, mandantes et per gratiam nostram districte precipientes ut nullus ipsum Salvaticum in dicti officii executione impedire vel gravare presumat: quod quicumque facere attentaret indignationem nostram se noverit graviter incursum. Ad cuius rei notitiam sacrum hoc ei privilegium indulgentes illud fecimus nostro principali signo feliciter communiri. <sup>4</sup> Datum Bononie v ydus Aprilis, indictione IIII imperii nostri anno VII. <sup>5</sup>

#### XLII. De carta ab aliquo notario mandato principis facta.

Anno Domini MCC.XVI <sup>6</sup> die X mensis februarii intrantis, indictione IIII, presentibus domino archiepiscopo Coloniæ, domino duce Bramante, <sup>7</sup> domino marchione Montisferrati, comite Guidone de Tuscia et domino Salinguerra de Ferraria totius Romaniole vicario, testibus rogatis, Bononie in palatio communis <sup>8</sup> Bononie, Otto quartus Romanorum imperator investivit Girardum Gandulfini de castello Plumatio de officio notarie ut amodo sit publicus notarius et ubique hoc officium exercendi licentiam habeat et liberam facultatem. Quare dictus Girardus corporaliter ad sancta Dei Evangelia iuravit quod omnes contractus et instrumenta <sup>9</sup> tam publica quam privata quos et que fuerit rogatus, scribet <sup>10</sup> ut a mandantibus audiet atque intelliget, nil addens nec minuens eis sine licentia et voluntate facientium ea scribi; et quod omnia scribet in membranis et non in cartis bonbicinis nec papiriis vel membranis rasis aut alias qualitercumque vitiosis et quod nec attestaciones nec sententias alicui demonstrabit, nec revelabit, nisi prius fuerint publicata, non pandendo alicui vel aliquibus credentiam sibi a quocumque commissam vel impositam que ad hoc officium pertineat vel pertinere

<sup>1</sup> illigatum B. S. — <sup>2</sup> Salvatici om. B. — <sup>3</sup> instituentes B. S. — <sup>4</sup> communi S. committi B. — <sup>5</sup> VI. B. — <sup>6</sup> MCCXIII T. —

intendat, et omnia singula que tam scribendo quam legendo recte nec non et fideliter bona fide sine aliqua fraude vel dolo faciet ac exercebit que ad artis huius officium noverit pertinere; pro cuius muneris collatione fecit se fidelem ipsius domini imperatoris. Ego Rainerius imperialis aule notarius his omnibus interfui et de eisdem imperatoris mandato ut supra legitur subscripsi.

#### XXXXIII. De officio notarie collate ab habentibus iurisdictionem ab imperatore.

Dominus Ugolinus de Panico palatinus comes, ex auctoritate sibi ab imperiali maiestate concessa, ut ex ipsius privilegio evidenter apparet, investivit Petrum Faseolum de officio notarie, ut amodo sit publicus notarius et ubique hoc officium exercendi licentiam habeat et liberam facultatem. Quare dictus Petrus corporaliter ad sancta Dei evangelia iuravit quod omnes contractus et instrumenta et cet. — Et sic deinceps sacramentum scribes in hoc instrumento ut in superiori proximo continetur usque in finem; sed ubi ultimo dicitur ibi « se fidelem fecit ipsius domini imperatoris » hic dices « ipsius domini comitis recipientis nomine dicti Ottonis imperatoris » si regnet imperator; alioquin dices: « recipientis nomine corone vel imperii vel imperatoris futuri », deinde subscribas te sic: « Ego Rainerius notarius his omnibus interfui et ut supra legitur dicti domini comitis mandato subscripsi. »

#### XLIV. De concessio a rectoribus.

Dominus Guillelmus Rangoni Bononie potestas in plena concione per campanam in curia communis adunata, diligenter habita inquisitione, investivit Leucum Arduini de officio notarie, ut amodo sit publicus notarius et per civitatem Bononie eiusque districtu et inter omnes ipsius iurisdictioni civitatis subditos hoc officium exercendi licentiam habeat et libera facultatem. Quare dictus Leucus corporaliter ad sancta Dei Evangelia iuravit et cet. — Et sic recurras ad sacramentum supra proximo secundo instrumento et totum scribes ut ibi continetur. In fine tamen ubi dicitur ibi « ipsius domini imperatoris » dicitur hic: « ipsius potestatis recipientis nomine communis Bononie. » Demum subscribas nomen tuum in hunc modum: « Ego Rainerius imperiali notarius auctoritate et nunc communis Bononie his omnibus interfui et ut supra legitur dicti domini Guillelmi mandato subscripsi.

#### XLV. De instrumentis exemplandis.

Scripture publice tenore[m], tum membranarum vitio, tum prolixa temporis intercapedine, sepius intereunte <sup>11</sup>

<sup>7</sup> Brauante B. Braugnante S. — <sup>8</sup> domini episcopi B. S. — <sup>9</sup> tam om. T S — <sup>10</sup> scriberet S. — <sup>11</sup> intuerri S. intuenti B. interventi T.

nullus ambigat, unde hiis et aliis iustis de causis antiqua nec non et nova instrumenta necessario rescribuntur.

Cum itaque notario mandatur ut aliquod privatum instrumentum exemplat, facto signo venerabilis crucis, sic incipere possit: « In nomine Domini, amen. Hoc est exemplum cuiusdam instrumenti vel privilegii sic incipientis » vel « quarundam litterarum sic incipientium ».

Deinde reddat a capite<sup>1</sup> virgule carte in qua scribit, et spatio unius lineae vacuo pretermisso incipiat autenticum instrumentum vel privilegium vel litteras, et tenorem eius vel eorum nullo signo vel puncto etiam omisso vel immutato scribat, ut in originali vel originalibus continetur. Post hoc, cum voluerit notarius exemplum publicare, secundum mee parvitas opinionis iudicium convocare debet tot testes litteratos quot exemplari ab initio necessario adhibiti fuerint; si autem fuerint littere sine testibus originales bullis vel aliis signis signate, adhibeat duos vel tres vel plures secundum sui dispositionem arbitrii et negotii quantitatem, et coram eis lecto et diligenter ascultato exemplo cum exemplari, et rogatis testibus quod amodo sint testes quod ipsi audierunt et viderunt hoc exemplum ad exemplar legi et ascultari, et idem in eo quod in autentico continetur, subscribat se quilibet testium: si tabelliones sint hoc modo, quolibet eorum facto suo proprio signo « Ego Rainerius notarius huic exemplo legendo et ascultando ad autenticum interfui et<sup>2</sup> audiui et vidi legi et ascultari, et ideo me testem rogatus subscripsi; si vero, non sint notarii testes subscribat eos notarius sic: « Petrus, Martinus, Iohannes ad hoc exemplum legendum et ascultandum ad autenticum interfuerunt, anno Domini MCCXVI<sup>3</sup> die v mensis martii exeuntis, regnante domino Ottone Romanorum imperatore, indictione III, in porta nova sub porticu sancti Salvatoris, et huius rei rogati sunt testes ». Notarius autem qui exemplum scripsit, sic se subscribat casibus supradictis facto suo proprio signo: « Ego Rainerius notarius, ut vidi in autentico instrumento manu suprascripti notarii scripto ita in hoc presenti exemplo subscripsi, nichil immutando ». In exemplis autem privilegiorum vel litterarum subscribere se debet notarius, sic facto suo signo: « Ego Rainerius notarius ut vidi in originali privilegio » vel « originalibus litteris sigillo domini pape » vel « domini imperatoris » vel « cuius alterius ius<sup>4</sup> prelatus principis roborato vel roboratis, ita hoc exemplum subscripsi et cum autentico vel cum autenticis legi et ascultavi, nichil immutando ».

Auctoritate quoque potestatis vel alterius rectoris publicantur exempla sic: « Hoc exemplum lectum fuit et ascultatum coram dominis Guillelmo Rangoni potestate Bononie qui suam et communis Bononie auctoritatem prestitit in publicatione huius exempli, presentibus Al. Io. et G. testibus rogatis, in palatio communis Bononie, anno Domini MCCXVI die III mensis martii exeuntis, regnante domino Ottone Romanorum imperatore, indictione III ».

Scriptor exempli sic se subscribat facto suo proprio signo: « Ego Rainerius notarius hoc exemplum ut in autentico exemplari inveni scripsi et subscripsi coram domino Guillelmo rectore existente civitatis Bononie et dictis testibus legi et publicavi ».

Actores autem reis sepius edunt et exemplanda dant sua instrumenta, ut ob id reus sciat utrum velit cedere an contendere, licet rei non teneantur sua edere actoribus instrumenta. Que quidem exemplari debent sine die et consule, idest sine annis domini, die et imperatoris et notarii nomine, ne quid excogitetur et ne, prelato die, fiat instrumentum falsum.

Libelli vero, confessiones et attestaciones similiter publicari debent tantum apposito nomine notarii sine aliis publicationibus hoc modo: « Ego Rainerius notarius hunc libellum vel has confessiones » vel « attestaciones ut supra legitur rogatus scripsi, subscripsi et publicavi ». Deficientes quoque tabelliones et nature concedentes in ultimis voluntatibus et aliis modis relinquunt sua protocolla, ut si contigerit aliquod instrumentum a mortuo tabellione factum amitti, vel non<sup>5</sup> ab eis factum fuisse, quod hii quibus rogationes sunt relicte denuo rescribant eas vel sua auctoritate vel pretoris mandato sicut in exemplari continetur, et illis<sup>6</sup> quorum interest<sup>7</sup> impartiantur, et in fine ita se subscribant exemplantes, positis de novo publicationibus et testibus sufficientibus, cum pretoris auctoritate hoc faciunt. « Ego Rainerius notarius, ut vidi in rogatione quondam Iohannis notarii, ita mandato domini Vicecomitis potestatis Bononie exemplavi, et rogatus scripsi et subscripsi ». Si vero sua auctoritate notarius exemplat, sine aliquibus publicationibus novis sic se subscribat: « Ego Rainerius notarius ut in rogationibus condam Io. notarii inveni ita exemplavi, et rogatus scripsi, subscripsi, nichil penitus immutando ».

#### XLVI. De instrumentis amissis reficiendis.

Ut quisque volens plenissimam consequatur instrumentorum reficiendorum notitiam, quedam de instrumentis amissis reficiendis in huius voluminis fine docere procuravi ut finis principio respondeat et exitus acta probet. Ad huius ergo rei evidentiam hanc credo regulam aprobari debere, quod instrumentorum quedam fiunt de his que nunquam valent sine scripture publice interventu, quedam fiunt de his que sine alicuius scripture suffragio optinerent.

Est enim necessaria scriptura cum quis rem immobilem dat alicui iudici pro suo salario, in inventariis faciendis, in opponenda non numerate dotis exceptione, in instrumentis dotalibus conscribendis dignitate maxime decoratorum, in emphyteosis concessione. Exigitur etiam scriptura cum quis, non habens filios legitimos appellaverit filios, non adiciens naturales, natos ex concubina in instru-

<sup>1</sup> capitale B. — <sup>2</sup> et. om. S. — <sup>3</sup> MCCXIII T. — <sup>4</sup> Ita T. —

<sup>5</sup> non om. S. — <sup>6</sup> illud S. — <sup>7</sup> interest om. B.



mento habente trium testium subscriptione vel actis intervenientibus facto; in tutela filiorum vel nepotum a matre vel avia suscepta; in subscriptione testium; in testamentis qui sese subscribere debent, alias non valerent nisi idem testator eos subscriberet; in sententiis diffinitivis, nisi breves sint lites; in libertatibus servis prestandis; in resignando superfluo quod creditor ultra debitum acceperit de pignore vendito; in donatione legitimum modum excedente; in decretis venditionum rerum minorum; in testamentis inter liberos tantum conditis, dummodo sint ibi subscriptura<sup>1</sup> parentis, vel ipsorum qui ad successionem vocantur; in liberatione a patria potestate; in accusationibus capitalium criminum; in libellis tam conventionalibus quam appellatoriis offerendis; in litteris dimissoriis et iudicum recusationibus; vel si<sup>2</sup> qui plures casus reperiantur. Quorum instrumenta si ab aliquot amittantur non credo refici posse legitime nisi de novo rursus contrahantur obligationes vel eadem quibus fuerint instrumenta.

Ceteris vero casibus contrahi possunt obligationes sine aliqua scriptura, nam sine ea valet quod actum est; cum non fiat in scriptura nisi ut quod actum est<sup>3</sup> per eam facilius possit probari; quare scripturis ex his factis amissis, totiens a rogationes habentibus ut prius fecerunt refici possunt, quotiens amittantur.

Instrumenta tamen de mutuo que Bononie vulgo cautiones appellantur non improvide refici debent, quia possent contentiosi et facile periurantes homines allegare se amississe quod non amiserunt, ut totiens debitum petant quot cartas publicas inde haberent post aliquantum temporis intervallum. Est itaque videndum qua cautela cautiones reficiantur. Sed cum interdum auctoritate pretoris, interdum ab ipso debitore tantum vel ab eodem tabellione vel ab alio reficiantur creditori, de his singulis modis interest nostra tractare.

#### XLVII. De reficiendo instrumento mutui pretoris auctoritate.

Anno Domini MCCXVI die I mensis iunii intrantis, indictione IIII presentibus Girardo Io. et M. testibus rogatis in palatio communis Bononie. Cum certum sit me Raine-

rium notarium quandam cartam mutui Lucio Arduini creditori mandato Talamatii debitoris scripsisse anno domini MCCXII die IIII exeunte mense septembris, indictione XV presentibus G. Al. et R. testibus tunc rogatis in porta nova sub porticu domus mei notarii; quia prenominate creditor iureiurando domino Guillelmo de Posterla potestati Bononie prestito asserit se eam sine culpa vel fraude amisisse; ideo ego prenominate R. notarius, auctoritate dicti potestatis et mandato dicti debitoris aliud instrumentum eiusdem tenoris in publicam formam reduco. Thalamatius Henregeti per se suosque heredes — et sic scribe totum tenorem obligationis usque in finem, ut rogationis ordo declarabit subscribens te denuo sic: « Ego Rainerius notarius his omnibus interfui et ut supra legitur rogatus scripsi, bis scripsi ».

#### XLVIII. De reficiendo mandato debitoris tantum.

Anno Domini MCCXVI die I mensis iunii intrantis, indictione IIII presentibus I. et O. testibus rogatis in porta nova sub porticu ecclesie sancti Salvatoris. Cum Guido Firmanus XX lib. bon. Benvenuto de Cingulo mutuo dedisset et de his den. solvendis eidem fecisset idoneam cautionem anno domini MCCXII die X intrante mense augusti indictione VI presentibus R. M. et U. testibus tunc rogatis, in curia communis Bononie iusta stationem Rainerii Nasonis, quia dictus Guido ipsum mutui instrumentum se asserit amisisse, prestito corporaliter iuramento quod illud instrumentum quod dicit amisit et quod nullo dolo desiit possidere, et si aliquo tempore illud invenitur ipsum restituet ei cuius interesset ut deinceps nullius sit utilitatis, idcirco ego Rainerius notarius mandato dicti debitoris aliud instrumentum mutuo eiusdem tenoris in publicam scripturam reduco. Benvenutus de Cingulo per se suosque heredes — et sic scribas ex nunc secundum formam obligationis in rogatione comprehense, deinde subscribas te, ut supra proximo instrumento.


**Explicit liber formularum et instrumentorum a magistro Rainerio de comitatu Perusino utiliter compilatus<sup>4</sup>.**

<sup>1</sup> subscriptio B. S. — <sup>2</sup> his T. — <sup>3</sup> cum non fiat etc. om. T. S. — <sup>4</sup> Ita B et S. Explicit liber formularum. Qui scripsit scribet,

semper cum domino vivet. T







## APPENDIX

### *Instrumenta, quae vel a Rainerio facta vel ad Rainerium pertinentia, in publico Bononiensi tabulario extant.*

#### **I. Instrumentum venditionis a Rainerio anno MCCXXI in suis scholis confectum (ex tab. mon. S. Francisci caps. 1/4135 N. 48).**

L+S. In nomine Domini Amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo vigesimo primo. Indictione nona. Die Duodecimo mensis Maij intransis. Regnante domino Frederico romanorum imperatore. In Civitate Bononie. In scolis mei notarii iuris dominorum de montebellio. Presentibus Genuese de portanova. Benvenuto de circlis qui fuit de mantoana. Aighino de Ciuriis qui fuit de Fusciano. Iohanne Gislabelle pellizario. Pedrino de Pradalbino et me notario. testibus hoc de rogatis.

Daniel de portanova. qui fuit de Pradalbino iure proprio vendidit atque dedit Guilielmo filio quondam Davilis de districtu Castellionis de Garfagnana recipienti pro se et procuratorio nomine pro Rustichello qui fuit de Gragnava canava de Garfagnana pro equalibus portionibus domum unam constructam sive sitam vel hedificatam in portanova Bononie. a mane cuius possidet Iohannes antiochie. de super est strata. a sero possidet dominus Rainerius de monte umbrario. et de subtus. via quadam mediante. possidet idem venditor. ad habendum. tenendum ac possidendum. et quicquid eis et eorum heredibus in proprium deinceps placuerit faciendum. cum androna tota. que est a latere mane. et cum solo et hedifitio toto. et cum finibus predictis vel si qui alii sunt. et cum omnibus et singulis super se et infra seu intra se habentibus in integrum ad dictam domum et andronam pertinentibus. et cum omni iure et actione et usu seu requisitione. sibi ex ea vel pro ea domo et androna. aliquo modo pertinente sive spectante. Pro pretio Centum et decem lib. bonon. quod confessus fuit coram testibus predictis et me notario. se ab eo Guilielmo pro se et dicto rustichello. integre accepisse sibique numeratum atque solutum esse. Quam domum cum androna predicta. constituit se eorum nomine possidere. donec corporalem eius domus et androne. acceperit possessionem. quam accipiendi sua auctoritate licentiam omnimodam ipsi Guilielmo pro se et dicto rustichello. contulit atque dedit. Promittens pro se suisque heredibus. ipsi Guilielmo. pro se et procuratorio nomine pro dicto rustichello et eorum heredibus. sti-

pulanti. predictam domum et andronam ab omni persona et universitate legitime defendere. autorari ac disbrigare. Omneque dampnum et expensas litis reficere ac resarcire. Et si predicta et quodlibet predictorum non attenderet vel servaret. vel contra ea vel aliquid eorum per se vel alios occasione minoris pretii vel alia quacumque faceret vel veniret. promisit pro se suisque heredibus ipsi Guilielmo pro se et procuratorio nomine pro predicto Rustichello et eorum heredibus. stipulanti. solvere nomine pene duplum extimationis. predictae domus et androne secundum quod plus aliquo tempore valuerint. et pena soluta sive commissa. et exacta vel non dicta nichilominus semper firma sint et rata. sub obligatione. suorum honorum. renuntians non numerati et non soluti sibi pretii exceptioni. et omni legis auxilio.

Eodemque anno. die sexto mensis Octobris exeuntis. coram fronte patre dicti genuese. domino rainerio de monte umbrario. Spina. Guidolino grimaldelli. zambono gumbruto. omnibus de portanova et reghetto ugolini de casallia de seragoza. testibus de hoc rogatis.

In domo ipsius danielis. Domina Emma eius uxor. et Galitia eorundem filia. huic venditioni et dationi consenserunt. et de iure ypothecario. certiorate a me notario. omni suo iuri ypothecario. et cuilibet alii. quod in predicta domo et androna habebant vel aliqua earum. vel habere poterat vel sperabat. renuntiaverunt. dantes. et cedentes titulo donationis simplicis inter vivos ipsi Willielmo pro se et procuratorio nomine pro predicto rustichello recipienti. omnia iura. omnesque actiones utiles et directas reales et personales. que et quas habebant vel in futurum habere poterant vel sperabant. adversus eos emptores vel eorum heredes vel alium quemcumque. in dicta domo et androna. occasione dotis vel alia quacumque. constituendo eundem Guilielmum pro se et dicto rustichello in rem suam procuratorem. ut ammodo eius domus et androne nomine adversus quemcumque ipsi et eorum heredes. agere possint. et experiri. excipere. et replicare. et se tueri. et omnia et singula facere ac exercere. que ipse mulieres poterant. in iudicio vel extra. et promittendo pro se suisque heredibus ipsi Guilielmo. ut dictum

est recipienti et stipulanti non contra predicta vel aliquid predictorum per se vel alium aliquando facere vel venire occasione dotis earum, vel alia quacumque, sub predicta pena, ab eis ipsi guillielmo ut sepe dictum est stipulanti promissa, et ea soluta sive commissa, exacta vel, non dicta semper servare.

Item ibidem, eisdem testibus, presentibus. Idem daniel pro se suisque heredibus, promisit prenominato guillielmo pro se et dicto rustichello stipulanti, se conservaturum eos emptores et eorum heredes indempnes, si dampnum aliquid sustinuerint a predicta galitia occasione minoris etatis sue, vel alia quacumque, vel ab ipsius galitie heredibus, sub eadem pena, et ea soluta vel non, rata nichilominus et firma persistat hec promissio et inviolabilis observanda.

Et ego Rainerius perusinus de portanova bonon, imperiali, auctoritate iudex et notarius dictis omnibus presens, ut supra legitur, dictorum paciscentium mandato, et secundum formam statuti bononie, per extensas sillabas legi et scripsi.

## II. Concessio in emphyteusim Rainerio ab abbate S. Proculi anno MCCXXV facta (ex tab. mon. S. Michaelis in Busco caps. 1/2173 N. 55).

In nomine Sancte et Individue trinitatis. Anno domini, Millesimo Ducentesimo vigesimo quinto, die decimo Mensis Aprilis, Intransis, Indictione tertiadecima.

Donnus Iacobus Sancti Proculi, bononie, abbas cum consensu, et voluntate fratrum suorum monachorum, dicte ecclesie ibidem presentium, scilicet, Donnj Marchixij, Donnj Petri, Donnj Iohannis, Donnj Placiti, Donnj Uguitonis, Donnj Mathej, Donnj Bonacursij, Donnj Andree, Donnj Luche, et Albertinj Schinonis conversi et canavarij, Dedit et concessit in emphyteosim, Magistro Rainerio peruxino notario, de portanova, Bononie, et eius heredibus in tertiam generationem, Petiam unam terre, vineate, aratorie, et buscive, Quatuor tornaturarum, et tertie partis alterius tornature, quinque tabularum et quadraginta pedum, que est in loco qui remundato noncupatur, a mane cuius possidet dictus Magister Rainerius, de super heremite sancti Michaelis de bosco, a sero et desuptus sunt vie publice, Cum fossatis, et cedis, et omnibus et singulis supra se, et infra se seu intra se habentibus in integrum, exceptis lignis ibi incisis de dicto bosco et cum superioribus et inferioribus finibus predictis vel si qui alii sint ei, et cum omni iure ipsius rei, Pro triginta et tribus lib. bon. quamlibet tornaturarum, quos confessus fuit dictus dominus abbas se ab eo accepisse, et eos numeratos atque solutos esse domino Iohanni Frenandi canonico egitaviensi scolari, a quo dictos denarios mutuo acceperant pro busco quod emerunt a biscochino ad salectum, et ipsos in dicto bosco pro dicta ecclesia datos omnes atque solutos esse, Qui denarii omnes capiunt in summa, Centum quadraginta tres, lib. et duodecim soldos bon. renuntians non numerate, et non solute sibi, et dicto domino Iohanni, et in dicto bosco pro dicta ecclesia sancti proculi pecunie predictae exceptioni totius et omni legis auxilio, et exceptioni sibi vel dicte ecclesie aliquo modo coherenti, Quam rem se eius nomine constituit possidere donec corporalem eius rei acceperit possessionem, quam accipiendi sua auctoritate, licentiam omnimodam sibi contulit atque dedit, solvendo tamen singulis annis dictus Magister rainerius vel eius heredes, dicto domino abbati vel eius successoribus, vel fratri unum bon. pro pensione in Mense Martii usque in dicti Magistri rainerii in tertiam generationem completam in quarta vero renovetur.

Promittens iam dictus dominus abbas, pro se suisque fratribus et successoribus ipsi Magistro rainerio pro se suisque heredibus stipulanti dictam rem cum predictis ab omni persona et universitate legitime defendere auctorari ac disbrigare omneque dampnum

litis et expensas reficere, Sub pena dupli dicte rei ut pro tempore plus valuerit, et pena soluta vel non, predicta omnia et singula nichilominus firma sint et rata.

Ibique in continenti coram eisdem testibus de voluntate et consensu dicti domini abbatis, et dictorum suorum fratrum ipse Magister rainerius numeravit et solvit dicto domino abbati pro dicta ecclesia recipienti, octo soldos, et quatuor den bon. nomine pensionis supra scripte rei sibi ab eo concessae, pro centum annis proxime venturis, solvendo iam dicto Iohanni Frenando de dicto et pro dicto debito, ut ipse dominus abbas et fratres ibidem coram eisdem testibus expresserunt atque dixerunt, et contenti et confessi fuerunt, Promittens dictus dominus abbas pro se suisque fratribus et successoribus, nomine dicte ecclesie, presentibus, consentientibus atque volentibus dictis suis fratribus iam dicto Magistro rainerio pro se suisque heredibus, et successoribus, omnibus stipulanti, deinceps per se vel alium, non petere dicto Magistro rainerio, vel eius heredi sive successoribus, Modo aliquo vel ingenio pensionem aliquam seu redditum de dicta vel pro dicta re, vel eius occasione, vel aliam ullam super impositam facere, hinc ad dictos Centum annos complendos, sub predicta pena, et ea soluta, dicta semper nichilominus rata sint et firma, Unde due carte scripte sunt voluntate partium eiusdem tenoris, quia sic convenerunt.

Acta sunt hec et lecta, In solario claustris sancti proculi predicti, Presentibus, oseppo notario, filio simonis notarii de portanova, Iunio filio Guidonis de ciglano, Arduino de sancta cruce burghi sancte Ysaie, frugirino nastaxie de vignatio sancti proculi, Ghirardo coco, et Iohanne de trasulfolis de casaleelo de reno, testibus, de his rogatis, et vocatis.

L. + S. Ego Iacobinus de saragoza filius quondam petricige imperiali auctoritate Notarius his omnibus interfui, et ut supra legitur rogatus scripsi.

## III. Instrumentum concessionis in emphyteusim anno MCCXXVI a Rainerio confectum (ex tab. mon. S. Stephani caps. 21/977).

In nomine domini amen, Anno eiusdem Millesimo Ducentesimo vigesimo sexto Indictione quartadecima, Die secunda mensis Augusti, Intransis, Inperante domino Frederico Secundo romanorum imperatore, Bononie, In claustris sancti salvatoris, Coram Guidone de Savignano de Campo, Benvenuto de gisso de burgo Sancti Ysaie, Cattanio de Fregnano, bondi anglico viro citadine, et me notario, testibus, omnibus de his rogatis Dominus Rainerius Sancte Marie de reno prior, presentibus, et consentientibus, Domino presbitero Iohanne Domno.....ono, Domno thomaxio et Domno vicentio fratribus suis eiusdem ecclesie canonicis, ipsius ecclesie sancte Marie de reno.....ne dedit et concessit in emphyteosim, Domno presbitero bono nomine ecclesie sancti michaelis archangeli de campo..... recipienti hinc ad Centum annos proximos, venturos et deinde ad renovandum, Duas tornaturas, terre arative parum plus, in padule de sala loco qui dicitur, A mane eius possidet dicta ecclesia, et dominus albertus de sala, A meridie, et de subtus, adsunt vie publice, et a sero eadem ecclesia sancti archangeli, cum omni iure ipsius rei, Pro novem lib. Bonn. solutis et expensis in domo nova que sit iuxta campanile, ut idem dominus prior et fratres coram testibus, suprascriptis ibidem asseruerunt ab eo domino bono receptis, renuntiando non numerate, et non recepte, et non in utilitatem dicte domus converse, pecunie, exceptioni, et omni legis auxilio, Quam rem se eius nomine constituit possidere, dans ei licentiam, nomine dicti sancti michaelis possidere, sua auctoritate intrandi et retinendi deinceps solvendo dictus dominus presbiter bonus et eius successores, singulis annis dicte canonice nomine pensionis usque in dictos centum



annos quartam partem unius den. veron. quam etiam pensionem totam pro predictis centum annis omnibus dictus dominus bonu ibidem eisdem domino priori et fratribus presentibus testibus prenominatis numeravit et solvit pro fenestra ferrea dicte domus campanilis. sol. viginti quinque bonn. et post dictos centum annos transactos. hic contractus hoc ordine innovetur. dandis tunc tribus. sol. bon. tantum pro renovatione. Promittens dominus prior predictus pro se suisque heredibus et successoribus. ipsi domno presbitero bono pro se suisque in dicta ecclesia sancti michaelis successoribus. stipulanti. legitimam defensionem. omneque dampnum et expensas reficere. sub pena dupli extimationis dicte rei. et pena soluta vel non. dicta nichilominus firma sint et rata.

ET EGO Rainerius peruxinus de Portanova bonn. imperiali. auctoritate iudex et not. presens extiti. et ut supra legitur dictorum contrahentium atque fratrum mandato scripsi.

**III. Instrumentum venditionis a Rainerio anno MCCXXVI factae (ex tab. mon. S. Michaelis in Busco caps.  $\frac{2}{2174}$  N. 4).**

Anno domini millesimo ducentesimo. vigesimo sexto. die veneris quarto intrante decembris. Inditione quartadecima. Ego quidem Magister Rainerius perosinus. notarius. qui nunc moror in portanova de bononia hoc instrumento venditionis iure proprio quod proprium est. quod conditioim unde pertinuerit vendo et trado tibi fratri henrico procuratori et syndico ecclesie sancti Michaelis de boscho. recipienti pro ipsa ecclesia. Quinque tornaturas. et quatuordecim tabulas. terre vineate et bussive. et insuper quinquaginta duos pedes simpliciter inter vivos dono. posite in remondato. prope dictam ecclesiam. Confines cuius sunt. A mane possidet dictus venditor. A meridie possidet dicta ecclesia. et desubtus adest via publica. et si qui alii sunt confines. de qua terra quatuor tornaturas. et tertiam partem alterius. et quinque tabulas. et quadraginta pedes habebam a sancto proculo in emphyteosin ut scriptum constat manu Jacobini petricege notarii. residuum autem accepi in cambium cum quadam alia quantitate a presbitero sancti geminiani nomine Odone et ab altabella eius cognata pro vinea quam emeram ab aldrevandino dugofalco ut scriptum reperitur per pergolanum notarium. et cum ingressu et egressu suo usque in viam publicam. et cum omnibus super se et infra se habitis in integrum omnique iure. et actione. et usu seu requisitione michi ex ea re competente. omnia ut predixi. et que infra suos fines continentur in integrum in presenti pro pretio qualibet tornatura triginta trium librarum bol. quod pretium capit totum in summa. Centum sexaginta octo libr. et quatuor sol. bo. et duos denarios sibi donatos. quod pretium integre a te solvente predicta ecclesia michi integre fore solutum confiteor. renunciando exceptioni non numerati et non soluti pretij. omnique alij exceptioni rei legi persone coherenti. Quam rem me tuo nomine. et dicte ecclesie seu universitatis constituo possidere donec corporaliter intraveris possessionem. in quam intrandi licentiam tibi tua auctoritate et dicte universitatis cencedo ab omni quoque homine et universitate suprascriptam rem legitime defendere auctorizare atque disbrigare semper tibi tuisque successoribus. et universitati dicte ecclesie promitto. Nec huius rei nomine litem aliquam nec controversiam per me nec per alium movere occasione minoris pretij nec alia qualibet. Si vero per me meosque heredes predicta omnia non observavero. vel aliqua occasione contravenire presumpsero. et si legitimam semper tibi ac tuis successoribus et universitati dicte ecclesie per me meosque heredes non exhibuero pene nomine predictae rei duplum eiusdem bonitatis et estimationis que tunc est vel quod erit aliquo tempore dare tibi promitto. te habito ratione meliorationis omneque dampnum litis et expensas exinde competiturum. vel competituras tibi pro

predicta ecclesia recipienti stipulatione sollempni resarcire promitto. suam semper hoc venditionis instrumento firmitatem nichilominus optinere.

Actum in foro Medij in statione domini Arardi de tencarariis.

Interfuerunt Odericus de tencarariis. Guidone eius filio. Palmiolo de bibrodo. bertholomeus de tencarariis notarius petriçolus suçij henrigettus ugolini de casalia notarius Jacobus filius Arardi predicti. et Jacobinus bonicambij linarolus. et huius rei rogati sunt testes.

L. + S. Ego Jacobus terandanus imperiali auctoritate notarius interfui et scripsi et subscripsi.

Anno domini millesimo ducentesimo vigesimo septimo. die quinto intrante mense aprilis. Inditione quintadecima. Bononie in scolis Magistri Rainerij infrascripti. presentibus Martino de verdiana. notario. Rolando de cirelli Alberto Johannis ribaldi. petriçolo Andree de placentia et me Jacobo notario. de his testibus rogatis. domina Nastasia uxor Magistri Rainerij perosini de porta nova notarii concessionem. dationem. et obligationem. ac venditionem. facte ab ipso Magistro Rainerio fratri henrico nomine ecclesie sancti Michaelis de busco recipienti et scripte a me Jacobo notario. de vinea et boscho que sunt sub dicta ecclesia a mane. iuxta ipsum Magistrum Rainerium et de subtus est via publica. renuntiavit omni iuri et actioni quod et quam habebat vel habere poterat in dictis rebus ratione dotis sue vel alia quacumque certiorata de iure ypothecarum. et promittens pro se suisque heredibus fratri Johanni lacuna iam dicte ecclesie sancti Michaelis sindico. nomine et vice dicte ecclesie recipienti. et stipulanti. contra dictam concessionem dationem. et obligationem ac venditionem dictarum rerum a dicto suo viro. dicto fratri henrico ut dictum est factam non venturam occasione aliqua vel exceptione. sub pena dupli estimationis dictarum rerum. et pena soluta. dicta firma semper sint et rata. et donans. dans et cedens eidem pure libere et simpliciter. inter vivos pro iam dicta ecclesia recipienti. quicquid iuris et actionis in predictis rebus habebat constituens dictum syndicum pro ipsa ecclesia in rem suam procuratorem.

L. + S. Ego Jacobus terandanus imperiali auctoritate notarius interfui et scripsi et subscripsi.

**V. Aliud instrumentum venditionis anno MCCXXXVIII a Rainerio confectum (ex tab. mon. S. Michaelis in Busco caps.  $\frac{2}{2174}$  N. 54).**

L. + S. In nomine Domini amen. Anno Eiusdem Millesimo. Ducentesimo. Trigesimo Octavo. Indictione Undecima. Die Decimo mensis septembris exeuntis. Frederico. Imperatore. Bononie. In ipsa domo empta. Coram Domino Oddofredo legum doctore. Magistro Petro de targe. Domino Guidotto carboncelli. Domino Petro domini quondam andaloni. Domino Gabriele de bonzaghis de faventia. Domino Loderengo filio quondam dicti domini andaloni. Domino Balduino zovençonis. Domino petro petri pectenarij. et mercadante fratribus. et domino taneredo filio dicti domini petri petri pectenarij. Domino adinulfo vercellensi. et agnino canonico. Magistro Gratiano campano. et Iacobo filio quondam Domini Johannis de çoele. testibus omnibus de his rogatis.

Dominus Albertus filius domini cazanimici iacobi alberti ursi. emancipatus a dicto eius patre. ut constat per instrumentum scriptum manu bolognitti zambonini notarii. iure proprio. et ad proprium. et in perpetuum. et dominus Iacominus prindipartis. et dominus Gerardinus salarolus. commissarij quondam domine bulnese uxoris olim domini ugolini domine danie. et postea domini contis filii iam dicti domini Jacomini. ut continetur in testamento suo scripto manu petri bombolonii notarii. ibidem viso et lecto. et



plenius intellecto. specialiter ad infrascriptam domum vendendam. et pretium ipsius pro eius anima persolvendum. commissario iure. vendiderunt. et tradiderunt. atque dederunt. et cesserunt domino Andree veclo decretorum doctori. capellano domini pape. suo nomine et suorum heredum. tantummodo recipienti. non nomine alicuius ecclesie sive loci. Domos que fuerunt dicti olim domini ugolini domine damie. positas sive constructas bononie. in guaita marchexana. iuxta ecclesiam Sancti andree de ansaldis. A mane quarum. est dicta ecclesia. et domus eiusdem ecclesie. et domus bonifatii piscatoris. et domus quondam angelini fabri mediante platea que est inter ipsam ecclesiam. et dictam domum angelini quondam fabri. et ipsas domos emptas. A meridie est guacatorium. A sero possident heredes domini quondam lambertini de foro medii. Ab inferiori vero latere. est strata. Cum solo. et edifitio toto ipsarum domorum. curiis omnibus. et a latere anteriori. et de medio. et de retro. usque in xaiguatorium predictum. et cum andronis a mane. et cum toto murō curie a sero iuxta heredes dicti olim domini lambertini. et cum medietate murorum omnium qui sunt inter domos et curias domorum dictorum heredum. domini quondam lambertini a dicto muro curie anterioris qui totus pertinet ut dictum est ad dictas domos emptas et dicto domino andree ex hac emptione. in sursum versus guacatorium. quatenus dicti muri protenditur. et apposita seu edificata in eis. et cum iure. atque servitute faciendi plūere seu cadere pluuiam aliunde quam nunc pluuat. et non recipiendi pluuiam domus dictorum heredum. domini quondam lambertini in aream suam. vel extra dictos muros. ut continetur in instrumento inde facto manu

et cum iure eundi et agendi per plateam que est inter dictam ecclesiam. et domum angelini fabri. Ad habendum. tenendum. ac possidendum. et quasi possidendum. petendum. agendum. ac persequendum. et quicquid sibi et suis heredibus ad proprium. et per proprium. et in perpetuum. et quomodocumque placuerit faciendum cum finibus predictis. et cum iuribus et servitutibus predictis. et cum omnibus et singulis que infra predictos confines continentur. vel siqui alii sint eis domibus vel alicui earum. accessibus. et egressibus earum. et cuiusque ipsarum usque in vias publicas. et cum omnibus. et singulis super se. et infra. atque intra se habitis in integrum. omnique iure. et actione. atque persecutione. et usu. seu requisitione. servitute. commodo. et utilitate. domino quondam ugolino predicto. vel domine bulnesie uxori quondam eius. vel domine flordelixe filie quondam dictorum domini ugolini et domine bolnese. vel eis vel alicui eorum pertinente vel pertinende. vel ex testamento iam dicti domini ugolini vel ex testamento dicte domine bulnese predicto. vel ex sententia in solum dationis sibi facte de dictis domibus et aliis bonis dicti olim domini ugolini. lata a domino alberto gerardi alberti gerardi ghisle scripta manu aldebrandini piniçii notarii. vel ex testamento dicte quondam domine flordelixe scripto manu bolognitti zambonini notarii. vel ex transactione seu concordia. vel pacto facto inter dictum dominum Jacominum et dominum adrianum ex una parte. et ipsam dominam flordelixiam ex alia. scriptum manu bonaguide argellensis. notarii. vel alia quacumque ratione vel occasione. et de his omnibus. ipsum dominum andream. in rem suam constituerunt procuratorem. et posuerunt in locum eorum. ita quod ex nunc. de dictis et pro predictis iuribus atque rebus possit per se et per alium agere et experiri. persequi. excipere. replicare. ac se tueri. et omnia et singula tam in iudicio quam extra iudicium. facere libere. et plenius exercere. que ipsi et quisque ipsorum poterat ante hanc dationem. et de ipsis domibus et rebus predictis. eidem domino andree recipienti. corporalem possessionem et quasi dederunt. et in tenutam earum miserunt ipsum ac dimiserunt ex causa huius emptionis. presente me notario et testibus suprascriptis. Que quidem omnia ei dederunt et fecerunt. pro pretio Quadringentarum lib. bonn. parvorum ibidem presente me notario. et testibus predictis

eis venditoribus numerato. tradito. ac soluto in den. tantum et in pecunia numerata. Persolvendis ipsis denariis pro anima dicte domine bulnese. et ut continetur. in eius testamento predicto. Renuntiantes non numerati. et non soluti eis. et non traditi. et non habiti. atque non recepti et in dictam causam non conversi dicti pretii exceptioni. conditioni doli. indebiti. sine causa et in factum. beneficiis novarum constitutionum. de fideiussoribus et de duobus reis. auxilio. epistole divi adriani. et omni legis. et iuris auxilio. eis vel alicui eorum. aliquatenus profuturo. Promittens dictus dominus albertus pro se et suis heredibus. et minor licet adultus corporaliter iurans et sponte. iam dicto domino andree pro se et suis heredibus. stipulanti. dictas domos. et iura ipsarum predicta. et alia que reperirentur omnia et singula propria et per propria suis expensis propriis omnibus tam in proprietate quam in possessione. et quasi. ab omni persona et universitate legitime defendere. auctorari. atque disbrigare principaliter. et in solidum. et cum denuntiatione. et sine denuntiatione. defensionis ab eo sibi eptori penitus remissa. et litem suscipere de predictis. et sententiam in soluti. et testamenta et instrumenta predicta. et omnia et singula huic emptioni pertinentia sibi vel cui mandaverit exemplanda tradere atque dare. infra octo dies postquam sibi fuerint petita. et iudicii tempore. autentica edere. et exhibere. et dicti domini Jacominus et Gerardinus commissario iura. et litem ei nec controversiam aliquam movere per se vel alium sive alios deinceps occasione minoris pretii. vel alia quacumque. nec aliquis eorum. et dampna et expensas. omnes ei reficere suo simplici verbo. sine sacramento. et onere pro bonis alicuius. que et quas fecerit de predictis. vel pro predictis. vel aliquo predictorum. quisque ipsorum principaliter et in solidum. et predictam venditionem et traditionem. ac cessionem. et dationem. promissiones. et obligationes. et omnia et singula predicta. et infrascripta. rata et firma perpetue. habere atque tenere. attendere. in omnibus ac servare. complere. et adimplere ei et eius heredibus. et non contra ea vel aliquod eorum per se vel alium sive alios facere aliquando vel venire. nec venisse seu fecisse. vel cessisse. sive dedisse. nec aliquis eorum. sub pena dupli extimationis predictarum rerum ut pluris aliquando essent. habituro ipso emptore semper ipsarum melioramento. sibi ab eis in solidum sollempni stipulatione. promissa et solvenda. et ea ut dictum est soluta sive commissa. et exacta vel non. predicta nichilominus rata semper sint et firma. Obligando ei pro predictis. ipse dominus albertus. omnia et singula sua bona mobilia et immobilia. presentia et futura. que omnia se pro eo constituit interim precario possidere. et quicquid plus dicte res dicto pretio valent. totum ei donavit et dedit. pure. libere. simpliciter. scienter. et inrevocabiliter inter vivos. Preterea idem dominus albertus. et eius precibus et mandato. petriçolus zuliani de bertalia. promiserunt dicto domino andree stipulanti. se facturos et curaturos sub predicta pena. quod dominus Cazanimicus predictus. confirmabit. ratificabit. et approbabit hec omnia. infra trideum postquam eis vel alicui eorum denuntiatum fuerit. sive dictum. Et hec omnia iuravit dictus dominus Albertus ut dictum est. attendere in omnibus ac servare. et ratione minoris etatis vel alia qualibet nullatenus contraire.

Item Millesimo Ducentesimo trigesimo nono. Indictione Duodecima. Die undecimo mensis Martii. Intransis. Bonnonie. Ante Januas inferiores ecclesie Sancti ypolitii. Coram Domino. Aldrevandino perticonum. Gerardello vitrario. Deotesalvi fratre saçentis calcolarij. Jacobo de anania predicto. et sighthredo de montale. testibus rogatis. Dominus Cazanimicus predictus. intellectis suprascriptis a me ipso tabellione. ea omnia ratificavit et confirmavit. et in omnibus approbavit.

ET EGO Rainerius perusinus de Portanova Bonnonie. auctoritate imperiali. notarius. atque Judex. dictis omnibus affui. et ut. supra. legitur. dictorum Dominorum mandato feci diligenter. et subscripsi.



**VI. Instrumenta donationis et cessionis tutele  
a Rainerio anno MCCXXXXV confecta**  
(*ex tab. mon. S. Francisci caps. 5/437 N. 39*).

L. + S. In nomine Domini amen. Anno eiusdem millesimo ducesimo quadragesimo quinto. Indictione Tertia. Die Decimo mensis februarii. exeuntis. Ecclesia discorde cum Frederico. Bononie. In domo infrascripti domini Jacomini. Coram ipso domino Jacomino domini quondam bonecose de tebaldis. Domino hugolino eius fratre. et domino thomaxino eorundem fratre. Domino Jacomino pizigotto. Domino bertholomeo speciario. Magistro clemente cordoanerio. Jacomino scornitta. Rolando cornacle. Jacomino silvestri. Domino henrichitto de casallia. Jacomino uberti. Guidone de bombellis. Zambono ghislabelle. et Mercadante fratre domine infrascripte.

Dominus Rolandinus filius olim domini bonacose de tebaldis sua propria. pura. et spontanea voluntate. et liberalitate mera. pro multis gratiarum actionibus. quas ut dixit actenus ab ea recepit et recipiet in anima domino deo dante. numeravit et tradidit. ac dimisit titulo donationis inter vivos scienter. pure. libere simpliciter. et irrevocabiliter. Dne Sorormamie uxori quondam dni bertolomei de ferraria ducentas lib. denariorum bonn. parvorum in denarios. omnes. et in pecunia numerata. Ad habendum. tenendum. ac possidendum. expendendum. consumendum. et quicquid sibi et suis heredibus. deinceps placuerit faciendum. sine sui domini rolandini et suorum heredum. vel alterius contradictione. Quam numerationem. traditionem. dimissionem. et donationem. et omnia et singula predicta et infrascripta. ipse dominus Rolandinus pro se et suis heredibus. promisit dicte domine pro se et suis heredibus. stipulanti attendere. ac servare. et rata et firma perpetuo habere. atque tenere. et contra ea vel aliquod eorum per se vel per alium. de iure vel de facto. nec facere. nec venire. nec venisse seu fecisse occasione aliqua vel exceptione. Sub pena dupli totius pecunie predictae. et ea soluta vel non. dicta firma sint et rata. Ea quidem lege. pacto. et conditione. quod si matrimonium inter phyllippam filiam dicte domine. et priorinum filium dicti domini rolandini nunc impuberes morte alterutrius eorum impuberum. vel alia quacumque ratione vel causa non complebitur. vel non coniungetur. quod ipsa domina Sorormamia. vel eius heredes. reddere. et restituere teneatur iam dicto domino Rolandino vel eius heredi vel cui mandaverit. Centum lib. bonn. tantum de predictis ducentis lib. sibi ab eo ut dictum est donatis. infra mensem postquam sibi vel suo heredi existente casu predicto quod absit denuntiatum fuerit sive dictum. Et si predictum matrimonium inter predictos compleatur. non teneatur dicta domina vel eius heredes de predictis vel aliquo predictorum.

ET EGO Rainerius perusinus de portanova Bononie. auctoritate. Imperiali. notarius. atque Judex. dictis omnibus affui. et ut supra legitur. dictorum mandato feci diligenter. et scripsi.

L. + S. In nomine Domini amen. Anno eiusdem Millesimo ducesimo quadragesimo quinto. Indictione tertia. Die decimo mensis februarii. exeuntis. Ecclesia discorde cum Frederico. Bononie. In domo infrascripti domini Jacomini. Coram ipso domino Jacomino domini quondam bonecose de tebaldis. Domino Hugolino eius fratre. et domino thomaxino eorundem fratre. Domino Jacomino picigotto. Domino bartholomeo speciario. Magistro clemente cordoanerio. Jacomino scornitta. Rolando cornacle. Jacomino silvestri. Domino henrichitto de casallia. Jacomino uberti. Guidone de bombellis. Zambono ghislabelle. et Mercadante fratre domine infrascripte. testibus. omnibus de his rogatis.

Dominus Rolandinus filius olim domini bonacose de tebaldis. promisit domine Sorormamie uxori quondam domini bertholomei de Ferraria stipulanti se conservaturum ipsam et eius fideiussorem. et eorum heredes et bona. in omnibus indempnes. et liberaturum

et extracturum omnino de tutela. et amministrazione rerum. et gestione negotiorum filie sue phyllippe pupille. que habuit et administravit atque gessit sive recepit. vel administrare seu gerere debuit vel omisit. vel diligenter. vel negligenter. seu dolo malo. vel quocumque modo. et rationem pro ea reddere cui debebitur de iure. et pro ea Respondere et satisfacere in totum. et litem in se suscipere. et suis expensis in ea persistere usque ad finem eius. si lis aliqua ob ea vel aliquod eorum sibi fuerit mota. et ab onere curie et omni alio. ipsam omnimode defendere. et sublevare. Et insuper promisit idem dominus Rolandinus iam dicte domine pro se et eius fideiussoribus et eorum heredibus. stipulanti. fecisse et se facturum deinceps dicte sue filie. omnia utilia ei et inutilia pretermittere. et ipsius personam et res bona fide custodire atque salvare. et inventarium de ipsis facere. et rationem sibi vel cui debebit. reddere de predictis. tempore congruenti. Et si lis aliqua moveretur dicte domine vel eius fideiussoribus vel alicuius eorum heredi. eo quod predicta non fecerit et quodlibet de predictis ipse dominus Rolandinus vel alia quacumque ratione vel causa. quod libellum et iudicium in se recipiet. et in eo suis expensis usque ad finem tam principalis cause persistet et Respondebit. defendet eam. et satisfacet petitori vel actori. Et si dampnum aliquod dicta domina vel eius heredes. seu fideiussor sustineret in totum ipsos et quemlibet eorum indempnem servare cuiusque ipsorum simplici verbo sine sacramento et honore probationis. et ab omni onere curie et cause. ipsam defendere et sublevare. et eius heredes et fideiussores. et bona. Et se facturum et curaturum omni exceptione remota. quod dicta filia sua postquam erit adulta. faciet ipse domine matri sue. vel eius heredibus. aut cui mandaverit pro ea. et eius fideiussoribus. et eorum heredibus. et bonis. finem. et refutationem. et liberationem. ac absolutionem. et pactum. et promissionem. et obligationem. et cum sacramento. et cum curatore. vel alio modo. ad sensum sapientis dicte domine. et sui heredis seu fideiussoris. infra mensem postquam sibi vel eius heredi. denuntiatum fuerit sive dictum. Et omne dampnum et expensas. reficere. Et hec fecit ei pro eo quod dicta domina dedit et cessit ei recipienti. tutelam dicte filie sue pupille. et servare rerum amministrazioneem. et negotiorum suorum omnium gestionem. ut confessus est dominus Rolandinus ipse ibidem presente. me notario. et testibus suprascriptis. cum sua intersit predicta fieri ei pupille. ac sibi. cum obligata eidem pupille sit de predictis. Que quidem omnia et singula pro se et suis heredibus. promisit dictus dominus Rolandinus iam dicte domine pro se et suo fideiussore. et eorum heredibus. stipulanti. attendere in omnibus et singulis ac servare. complere. et adimplere et ita esse. et contra ea vel aliquod eorum per se vel per alium sive alios. non facere. nec venire. nec venisse. seu fecisse. de iure vel de facto. Sub pena. Centum lib. imperialium. ab eo pro se et suis heredibus. iam dicte domine ut dictum est. stipulanti. promissa et solvenda in solidum pro singulis. et in singulis capitulis predictis. et ea ut dictum est soluta sive commissa. et exacta vel non. dicta nichilominus. firma sint et rata. et obligatione suorum bonorum. Renuntians. non cesse sibi. et non recepte. dicte tutele. et amministrazione exceptioni. et non factarum dictarum promissionum. et obligationum. Doli. indebiti. sine causa. et in factum. et omni legis et iuris auxilio. Hoc acto. quod dominus Rolandinus teneatur. si erit nurus sua dicta pupilla. et ex nunc. et ex tunc. Et si non erit. ex nunc usque tunc. quo non esset. vel esse desineret. De quibus. partes plura instrumenta fieri mandaverunt presentibus. testibus predictis incontinenti.

ET EGO Rainerius perusinus de portanova bononie. auctoritate. imperiali. notarius. atque Judex. dictis omnibus affui. et ut supra legitur dictorum mandato feci diligenter. et scripsi.





ROFREDI BENEVENTANI

SUMMULA DE PUGNA

PRODIT CURANTE

FRIDERICO PATETTA

## SIGNORUM EXPLICATIO

*P.* *Cod. ms. bibliothecae parmensis palatinae HH. I. 11, n.º 1227.*

*L. 1.* *Cod. ms. bibliothecae parisiensis nationalis cod. lat. n.º 4614.*

*L. 2.* *Cod. ms. bibliothecae parisiensis nationalis cod. lat. n.º 4616.*

*Alv.* *Iacobus Alvarotus, super Feudis (Lugduni, 1545, f. LXXXVIII).*

*Lign.* *Ioh. de Lignano, De bello de repressaliis, de duello.*

*Lign. 1.* *Ioh. de Lign. Papie, per Christ. de canibus, 1487.*

*Lign. 2.* *Ioh. de Lign. Tract. Univ. Iuris. t. XII.*

*Put.* *Paris de Puteo, De re militari. (Tract. Un. Iur. XVI).*

*Cast.* *Iac. de Castillo, De duello. (Tract. Un. Iur. XII).*



**Incipit summa de pugna a domino  
Rofredo Beneventano iuris ci-  
vilis professore compilata.<sup>1</sup>**



UM tractatus de pugna sit utilis<sup>2</sup> et generaliter id quod de pugna optinet observetur, ideo quantum facultas ingenii supetit<sup>3</sup> studiose notare curavi ne ulla in pugna contingat dubitatio in futurum. Verum, quia multa in pugna sunt consideranda iudicibus, ydoneum<sup>5</sup> duxi et utile hoc opusculo omnia breviter denotare. Scriptum est enim<sup>6</sup>: gaudent brevitate moderni et non sunt necessaria multa monumenta<sup>7</sup> verborum, ut C. de ap. l. ampliorem (C. vii, 62, 39.), et multitudo verborum nichil habet honesti ut in Auth. de refferendariis, coll. II,<sup>8</sup> (Auth. Collat. ii, v. 10) circa finem.

Videamus igitur in primis<sup>9</sup> in quibus casibus<sup>10</sup> fiat pugna; secundo quando pugna admittitur<sup>11</sup> per campionem et quando per principales personas; tercio qualiter sacramenta in pugna prestentur; quarto an liceat<sup>12</sup> alteri parti dare campionem si alteri parti fuerit hoc<sup>13</sup>

<sup>1</sup> Om. L. 1.: ALVAR.: (*summa*) est intitolata hoc modo, videlicet: Incipit tractatus de pugna. Cf. ALBER. DE ROSATE, *super Dig. vet. ad IX, 2, 7 § 4.* — <sup>2</sup> sit utilis: om. P. — <sup>3</sup> supetit L. 1. superat P. — <sup>4</sup> ne ulla etc. P.; ut nulla amodo dubitatio contingat in futurum. L. 1. — <sup>5</sup> ydoneum P. ideo necessarium L. 1. — <sup>6</sup> sed scriptum est L. 1. — <sup>7</sup> momenta P.; monumenta L. 1. — <sup>8</sup> coll. II. P.: *omm. Parisini, qui contra addunt sa. pa. vel sac. pa. (sacri palatii)* — <sup>9</sup> in primis. P.: om. L. 1. — <sup>10</sup> casibus P. causis L. 1. — <sup>11</sup> pugne admittantur L. 1. — <sup>12</sup> an liceat P. Alv.: ubi licet L. 1. — <sup>13</sup> hoc om. L. 1. et Alv. — <sup>14</sup> electione: *ita semper P.*; *contra L. 1. semper habet electione.* — <sup>15</sup> L. 1. consuetudines. — <sup>16</sup> restitui vel om. L. 1. — <sup>17</sup> L. 1. et Alv.:

a lege concessum; quinto quis possit esse campio; sexto in cuius electione<sup>14</sup> sit pugna; septimo qualiter pugna debeat ordinari; octavo que arma sint a legibus et per consuetudinem<sup>15</sup> in pugna concessa; nono, si arma ceciderint vel frangantur, utrum debeant restitui vel<sup>16</sup> alia dari; decimo quis primo alium percutiat; undecimo, si uno die<sup>17</sup> pugna non fuerit finita, utrum alio die debeant campiones in eadem tenuta<sup>18</sup> restitui vel possessione: duodecimo qualiter convictus in pugna debeat condemnari. Per<sup>19</sup> has XII rubricas et titulos quilibet potest<sup>20</sup> esse perfectus in pugna: XII enim uncie<sup>21</sup> assem faciunt<sup>22</sup>, ut Inst. de heredibus instituendis, § hereditas: (I. II, xiv, 5); XII. etiam apostoli totum mundum<sup>23</sup> divina gratia converterunt<sup>24</sup>: XII. etiam<sup>25</sup> tabule in legali studio perfectam scientiam tribuunt ac doctrinam; XII. etiam existunt rubricae in quibus consistit arbor actionum<sup>26</sup>; quare ergo livor cesset in iudice attendente benivolum animum et fidele propositum servitoris<sup>27</sup>.

**I. In quibus casibus fiat pugna.<sup>28</sup>**

Fit<sup>29</sup> pugna in crimine lese maiestatis ut in Lomb. de maleficiis et publicis criminibus<sup>30</sup> l. ult. (Lomb. I, i, 7, Roth. 9).

una die. — <sup>18</sup> tenuta P.: pugna L. 1. — <sup>19</sup> L. 1.: Et sic per. — <sup>20</sup> L. 1. poterit. — <sup>21</sup> L. 1. add. unum. — <sup>22</sup> L. 1.: perficiunt. — <sup>23</sup> P. modum. — <sup>24</sup> L. 1.: condiderunt. — <sup>25</sup> etiam om. L. 1. — <sup>26</sup> XII etiam existunt... actionum.: *haec verba fortasse a librario addita, in omnibus codicibus postposita inveniuntur.* — <sup>27</sup> quare ergo... servitoris: P. *contra L. 1.: omnis ergo livor edax cesset invidie. Incendatis animum et propositum servitoris. XII etiam consistunt rubricae in quibus arbor dividitur actionum.* — <sup>28</sup> L. 1.: in quibus causis... - Cf. ION. DE LIGNANO c. 176; PAR. DE PUTEO VI § *De iure Longobardo*: IAC. DE CASTILLO II. 4. — <sup>29</sup> Fit pugna de crimine... ult.: L. 1, 2. *Lign. Put.: om. P.* — <sup>30</sup> de maleficiis et pu. cis c. l. L. 2.: de pu. iudic. L. 1.

Fit pugna de consilio mortis <sup>1</sup> in casu uno et speciali, si mulier consuluerit <sup>2</sup> in morte mariti <sup>3</sup>, ut in Lomb. de consilio mortis, l. fin. (Lomb. I, III, 6, Roth. 202).

Fit <sup>4</sup> pugna de obproprio cucurbitationis <sup>5</sup>, ut in Lomb. de convitiis, l. I; (Lomb. I, v, 1, Roth. 384) et ita de nulla iniuria fit pugna nisi de ista: et est ratio <sup>6</sup> quia duobus fit iniuria et viro et uxori, et favore etiam matrimonii <sup>7</sup>.

Fit pugna de homicidio <sup>8</sup> in duobus casibus, si fiat in treugua <sup>9</sup> et si fiat in absconso, ut in Lomb. de homicidiis liberorum hominum, l. qui vero in treugua, et l. fin. (Lomb. I, IX, 39 et 40, Henr. I, 3 et Henr. II, 2).

Fit pugna de <sup>10</sup> parricidii crimine in casu uno, veluti si dicatur commissum propter cupiditatem bonorum interfecti <sup>11</sup>, ut in Lomb. de parricidiis, (Lomb. I, x, 5, Henr. 256), l. fin.

Fit pugna de furto commisso a servo qui est in fuga si dominus negare velit <sup>12</sup> servum fecisse furtum, ut in Lomb. de furtis, l. si quis <sup>13</sup> dum in fuga. (Lomb. I, xxv, 5, Roth. 256): sed quidam dicunt quod lex illa gualgosianorum iniquitatem contineat <sup>14</sup> quod dominus teneatur pro servo pugnare.

Fit pugna si quis accusetur quod adulterium commisit in vero <sup>15</sup> vel suspicetur cum uxore alterius, ut in Lomb. de adulteriis, l. III (Lomb. I, xxxII, 3, Roth. 213).

Fit pugna si quis dixerit alicui <sup>16</sup> mulieri quod sit fornicaria vel adultera; et tunc ita fit pugna si actor dicat: Ego sum paratus probare; alias, si negat et affirmat quod per furorem dixerit, iurabit illud <sup>17</sup> cum XII. sacramentalibus suis, ut in Lomb. de iniuriis, l. II, (Lomb. I, xvi, 2, Roth. 198); et ita in nullo casu fit pugna de iniuria mulieri dicta nisi in isto <sup>18</sup>.

Fit pugna de re interciata <sup>19</sup>, et tunc ita si dominus, post receptum sacramentum a reo quod non sit fur vel collega furis, dicat illum deierasse et ita furtum commisisse et sic rem <sup>20</sup> nolit recipere sine pena furti, ut in Lomb. de rebus interciatis, l. si res interciata (Lomb. II, xxviii, 3, Kar. 129).

<sup>1</sup> L. 1. in concilio. — <sup>2</sup> L. 1. conciliata fuerit. Cfr. Put. — <sup>3</sup> L. 1. add. sui. — <sup>4</sup> L. 1. Item fit. — <sup>5</sup> cucurbitationis Put. Lign.: cucurbitatis P.: concordationis L. 1. — <sup>6</sup> hoc ideo, L. 1. — <sup>7</sup> L. 1.: et propter matrimonium. — <sup>8</sup> L. 1.: homine. — <sup>9</sup> L. 1. Lign. Put. inter treugam. — <sup>10</sup> L. 1. Lign. Put.: in. — <sup>11</sup> interfecti P.: ips'us. L. 1. Lign. Put. — <sup>12</sup> L. 1. voluerit. — <sup>13</sup> si quis: Codd. Lign. Put.: in Lombarda tamen, ut et in edicto Rotharis habemus si servus. — <sup>14</sup> L. 1.: quod lex illa sit gualgosiana, quia iniquitatem continet. — <sup>15</sup> in vero: L. 1. Put.: cum viro, P. videtur autem illud, in vero vel suspicetur, perperam a librario receptum, nihil aliud esse quam glossa interlinearis ex eo orta, quod paulo post pugna imponitur si dicat maritus uxorem suam adulteratam esse. — <sup>16</sup> alicui om. L. 1. — <sup>17</sup> P.: alias si negat quod per furorem dixerit, iurabit illud vel negabit... L. 1. et Put.: alias s. n. q. p. f. d. negabit illud. Corruptela ex eo orta videtur, quod non intellexerit librarius quid sibi velit illud: si negat. — <sup>18</sup> L. 1. casu illo. — <sup>19</sup> L. 1. intertonata ut et paulo post. — <sup>20</sup> rem L. 1.: om. P. —

Fit pugna si quis <sup>21</sup> conveniatur quod malo ordine rem mobilem vel immobilem possideat; intra XXX. annos poterit illi <sup>22</sup> pugna imponi, ut in Lomb. de prescriptione, l. II. (Lomb. II, xxxv, 2, Roth. 228).

Fit pugna si accusetur aldius de tali crimine ubi fit pugna, et dominus debet pro aldione pugnare, ut in Lomb. de his qui aldiones <sup>23</sup>, l. I (Lomb. II, xliv, 1, Liut. 68), quam legem quidam intelligunt in aldione absente <sup>24</sup> vel servo per l. in Lomb. de furtis, si servus dum in fuga <sup>25</sup> (Lomb. I, xxv, 57, Liut. 11). Alias dominus <sup>26</sup> pro eo pugnare non cogitur, immo mittit eum ad iudicium, ut in Lomb. de dampno iniuria <sup>27</sup>, l. fin. (Lomb. I, xix, 34, Loth. 81).

Fit pugna inter contrarios testes, ut in Lomb. de testibus, l. si quis cum <sup>28</sup> altero, et l. fin. (Lomb. II, LI, 11 et 16: Lod. 15, Loth. 69), que leges <sup>29</sup> locum habent si producantur <sup>30</sup> testes <sup>31</sup> ab actore et reo; verum si ab eadem parte <sup>32</sup> pugna non iudicatur <sup>33</sup>. Et est ratio quia aut aliquid probat <sup>34</sup>, et tunc condempnatur alia <sup>35</sup> pars, aut nichil probat, et tunc absolvitur. Et quando a diversis partibus producantur <sup>36</sup>, ita demum <sup>37</sup> locum habet pugna si omnia sunt paria; alias, si testes actoris verisimiliora dicunt quam testes rei, pugna non fit, quia certus est iudex quid facere possit. Idem e contra <sup>38</sup> ex parte rei. (Ita demum <sup>39</sup> inter contrarios testes fit pugna, si ipsi inter se imponant, nam pars testibus non potest pugnam imponere, nisi ipsi velint).

Omnes <sup>40</sup> hii casus qui sunt XIII., quia in homicidio fit in duobus casibus, inveniuntur extra titulum illum qualiter quis se defendere debet; omnes vero sequentes eodem titulo inveniuntur.

Fit pugna <sup>41</sup> de debito paterno contra filium, ut in Lomb. qualiter quis se defendere debet, l. si quis post mortem (Lomb. II, lv, 9 Roth. 365), quam legem quidam intelligunt ita generaliter sicut sonat, et <sup>42</sup> ita dicunt quod deterioris conditionis sit <sup>43</sup> filius quam pater. Alii contra <sup>44</sup>. Immo loquitur de eo debito paterno in quo pater tenebatur pugnam facere, ut <sup>45</sup> in furto, <sup>46</sup> deposito, incendio; et appellavit legislator <sup>47</sup> debitum

<sup>21</sup> L. 1.: aliquis. — <sup>22</sup> P.: intra XXX annos petitur hic.: L. 1.: s. XXX annos poterit illi. — <sup>23</sup> P.: de his que ad aldionem. — <sup>24</sup> L. 1.: assistente. — <sup>25</sup> dum in fuga, L. 1.: vel aldio P. — <sup>26</sup> L. 1.: Verum si presens sit servus vel aldio, dominus... — <sup>27</sup> P. et iniuria. — <sup>28</sup> cum: L. 1.: ab P. — <sup>29</sup> leges: om. L. 1. — <sup>30</sup> ita P.: producantur L. 1. Lign. Put. — <sup>31</sup> L. 1. add. et. — <sup>32</sup> L. 1. add. inducantur. — <sup>33</sup> ita P.: indicitur L. 1. — <sup>34</sup> probat... probat P. Lign. (qui tamen addit: actor) probatur... probatur. L. 1. — <sup>35</sup> ita P. altera L. 1. — <sup>36</sup> ita P. producantur L. 1. — <sup>37</sup> ita demum... si P.: tunc... quando L. 1. Put. — <sup>38</sup> ita P. Put.: Idem est e contra: L. 1. — <sup>39</sup> Ita demum... velint: om. L. 1. Lign. Put. Estne additamentum librarii? — <sup>40</sup> Omnes... inveniuntur P. Contra L. 1.: Hos omnes casus XIII habetis (ms. habentis) extra titulum illum qualiter quis se defen. de. In illo titulo sunt isti sequentes. — <sup>41</sup> de: P. Put. pro: L. 1. propter Lign. — <sup>42</sup> ita P.: id est L. 1. — <sup>43</sup> L. 1.: est. — <sup>44</sup> ita P.: L. 1.: e contra. — <sup>45</sup> ut P. puta L. 1. — <sup>46</sup> ita P.: L. 1. et dep. et inc. — <sup>47</sup> L. 1. add. id.



in larga significatione, scilicet si debeat ex maleficio vel quasi.

Fit pugna de incendio ut <sup>1</sup> in Lomb. qualiter quis se defendere debet, l. si quis alium asto <sup>2</sup> (Lomb. II, LV, 15, Liutpr. 71); ita tamen hoc casu <sup>3</sup> fit pugna, si principaliter agatur contra malefactorem, non si contra <sup>4</sup> consiliatorem, ut in Lomb. de illicito consilio, l. I (Lomb. I, IV, 1, Liutpr. 72): tunc <sup>5</sup> enim pugna non fit.

Fit pugna de adulterio si dicat maritus uxorem suam adulteratam esse, ut in Lomb. qualiter quis se defendere debet, l. si quis uxorem (Lomb. II, LV, 13, Gri. 7).

Fit pugna si maritus suspicatur <sup>6</sup> quod aliquis turpiter versetur <sup>7</sup> cum uxore sua, turpiter eam tangendo, ut in predicto titulo <sup>8</sup>, l. si quis ammodo. (Lomb. II, LV, 16, Liutpr. 121).

Fit pugna de periurio si ab aliquo scienter <sup>9</sup> pro quacumque causa periurium sit <sup>10</sup> commissum, licet in illo casu <sup>11</sup> pugna non possit imponi, ut in Lomb. qualiter quis se defendere debet <sup>12</sup>, l. de furto (Lomb. II, LV, 26, Pip. 44). <sup>13</sup>

Fit pugna de instrumento prediorum falso appellato sive a diversis partibus sit prolatum <sup>14</sup> sive ab una tantum, ut eodem titulo, l. de prediis (Lomb. II, LV, 37, Otto. 1).

Fit pugna si ecclesia contra ecclesiam habet controversiam vel <sup>15</sup> contra privatum, et instrumentum dicatur falsum, ut in eodem titulo, l. de ecclesiarum (Lomb. II, LV, 35, Otto. 2).

Fit pugna de infidelitate, ut in eodem titulo <sup>16</sup>, l. ubicumque <sup>17</sup> (Lomb. II, LV, 30, Loth. 29).

Fit pugna de predii investitura, idest sive dicat quis se primo investitum et de possessione expulsus, et <sup>18</sup> alius idem dicat, et ita intenditur interdictum unde vi; vel uterque se possidere contendat <sup>19</sup> et non constat quis sit pocior in possessione, ut eodem titulo, l. de investitura (Lomb. II, LV, 39, Otto. 3).

Fit pugna de deposito negato a depositario <sup>20</sup>, si depositum sit ultra XX. sol., ut in eodem titulo. l. si

quis per se (Lomb. II, LV, 40 Otto 4). Et sic in deposito ut pugna fiat tria sunt consideranda: ut quis deponat rem vel eius nuntius; non ergo si alius deponat ut tibi reddatur locum habet pugna; item ut sequatur <sup>21</sup> infitatio; et <sup>22</sup> sit ultra XX. sol.

Fit pugna si dicat quis quod cartulam fecit <sup>23</sup> per violentiam; et sic fit pugna in vi compulsiva, scilicet <sup>24</sup> unde agitur <sup>25</sup> quod metus causa <sup>26</sup>, ut in eodem titulo, l. si quis dixerit (Lomb. II, LV, 41, Otto 5); et sic de tribus violentiis fit pugna: in <sup>27</sup> expulsiva, in <sup>28</sup> compulsiva et in ablativa, ut in eodem titulo, l. de furto (Lomb. II, LV, 42, Otto. 6).

Fit pugna de furto vel rapina ultra VI. sol., ut in eodem titulo, l. de furto (Lomb. II, LV, 42, Otto 6).

Fit pugna de libertate a servo petita, ut in eodem titulo, l. si servus (Lomb. II, LV, 44, Extr. Ott. 40), licet <sup>29</sup> quidam voluerint dicere quod illa lex sit gualgosiana; immo non est. Non ergo fiet <sup>30</sup> pugna si aliquis qui est in possessione libertatis petatur in servitutem. Item locum habet ut pugna imponatur infra annos XXX, post non, ut in Lomb. de prescriptione, l. III <sup>31</sup> (Lomb. II, xxxv, 3, Grim. 1).

Quod diximus de ecclesia ut possit pugnare, videtur durum cum ecclesia <sup>32</sup> iure romano vivat, ut in Lomb. de episcopis et clericis, l. ut omnis <sup>33</sup> (Lomb. III, I, 38, Lod. 53) Resp. <sup>34</sup> Quidam intelligunt quando ecclesia successit Longobardo et ita agit et se defendit, sicut longobardus tenebatur se defendere; non enim mutatur ius successionis propter privilegium succedentis <sup>35</sup>, ut ff. de iudiciis, l. heres (D. V, I, 19). Alii simpliciter intelligunt sicut sonat littera. Alii intelligunt de ecclesiasticis personis quando delicta committunt <sup>36</sup> in quibus fit pugna.

Illud <sup>37</sup> in pugna sciendum est quod nunquam iudicamus de simili ad simile, quia odia sane displicent <sup>38</sup>, ut in Lomb. de homicidiis liberorum hominum, l. recolimus <sup>39</sup> (Lomb. I, IX, 23, Liutp. 118), et odia <sup>40</sup> magis sunt restringenda quam proroganda, ut ff. de liberis et postumis, l. cum quidam (D. XXVIII, II, 19).

<sup>1</sup> ut: om. P. — <sup>2</sup> alium asto: L. 1. ab altero P. — <sup>3</sup> ita... casu. P. et ita fit pugna de incendio L. 1. — <sup>4</sup> non si contra P. Put. et non: L. 1. — <sup>5</sup> tunc: L. 1. alias P. quae lectio optima est si expungatur illud: non si contra cons. vel saltem illud: si. — <sup>6</sup> suspicatur P. suspicetur Lign. suspiciatur. Put. sit suspicatus L. 1. — <sup>7</sup> versetur P. sit turp. versatus L. 1. Put. — <sup>8</sup> pred. tit. P. ut in Lomb. qual. quis. se def. de. L. 1. — <sup>9</sup> si... scienter P.: scienter ab aliquo facto L. 1. — <sup>10</sup> per. sit P. sit per. L. 1. — <sup>11</sup> in illo casu P. ex illa causa L. 1. Put. — <sup>12</sup> ita P. eodem titulo L. 1. — <sup>13</sup> Codd. Parisini inserunt hic: Fit pugna de infidelitate etc. Hoc habet et Parmensis, quem sequimur, sed alio loco: omm. Lign. et Put. Fortasse additamentum a librario margini adscriptum libri alius alio loco receperunt. — <sup>14</sup> sit prolatum P. proferuntur (vel proferantur) instrumenta. L. 1. Put. — <sup>15</sup> L. 1. et Put. add. ecclesiam. — <sup>16</sup> eod. tit. P. L. 1.: in Lomb. qual. quis. se de. de. L. 2. — <sup>17</sup> Ubicumque L. 2. Utrumque P. Ut in quibuscumque

L. 1. — <sup>18</sup> L. 1. add. si. — <sup>19</sup> ita P. possessorem contendit. L. 1. — <sup>20</sup> L. 1. add. et. — <sup>21</sup> ita L. 1. ubi sequitur P. — <sup>22</sup> L. 1. perperam add. non. — <sup>23</sup> dicat... fecit L. 1. 2.: dicatur quod quis cartam per vim extorsit Lign. 1.: dicatur quod aliquis vim fecit Lign. 2.: dicatur quod quis metum fatiat per violentiam P.; om. Put. — <sup>24</sup> scilicet L. 1. 2. om. P. — <sup>25</sup> agitur P. oritur L. 1. 2. — <sup>26</sup> metus causa L. 2.; in vetus causa L. 1. vi aut elam P. — <sup>27</sup> L. 1. add. vi turbativa. Puteus contra habet hoc: in vi compulsiva, expulsiva et inquietativa vel turbativa. — <sup>28</sup> in... in om. P. — <sup>29</sup> licet... voluerint P.; quidam volunt. L. 1. — <sup>30</sup> fiet P.; fiat L. 1. — <sup>31</sup> III om. L. 1.; II. P. — <sup>32</sup> P. videtur add. vel. — <sup>33</sup> L. 1. add.: ordo ecclesiarum. — <sup>34</sup> om. L. 1. — <sup>35</sup> Ita P.; privilegio succedentium. L. 1. — <sup>36</sup> Ita P. committuntur L. 1. — <sup>37</sup> Illud. P.; Item. L. 1. — <sup>38</sup> quia hodia... displicent. L. 1.: om. P. — <sup>39</sup> ut in Lomb. recolimus P.: ut ff. de homine liberorum recoli L. 1. — <sup>40</sup> L. 1. hodia.

## II. Quando pugna admittitur per campionem et quando per principales personas debeat fieri.

Pugna de iure longobardo quando admittitur, semper admitti debet et iudicari inter principales personas, preter quam in VIII. casibus.

Primus: si iuvenilis etas interveniat <sup>1</sup>.

Secundus: si decrepita etas est <sup>2</sup>, nam plurimus est labor et dolor.

Tercius: si infirmitas aliqua pugnare prohibeat. Hos tres casus invenies <sup>3</sup> in Lomb. qualiter quis se defendere debet, l. quacumque <sup>4</sup> (Lomb. II, lvi, 43, Otto 9), et de parricidiis, l. fin. (Lomb. I, x, 4, Loth. 59).

Quartus <sup>5</sup>: si servus qui est in possessione servitutis proclamet in libertatem; pugna enim <sup>6</sup> imponitur, et dominus pugnat <sup>7</sup> per campionem, ut in Lomb. qualiter quis se defendere debet, l. si servus propter appetitum <sup>8</sup> (Lomb. II, lv, 44, Extr. Ott. 40).

Quintus: si ecclesiastica persona, ut <sup>9</sup> clericus <sup>10</sup>, comes vel vidua causas <sup>11</sup> habent inter se vel cum aliis <sup>12</sup>, in illis casibus <sup>13</sup> in quibus pugna fit <sup>14</sup> ut supra notatur: iste persone pugnant per campionem, ut in Lomb. qualiter quis se defendere l. fin. (Lomb. II, lv, 45, Otto. 10).

Sextus: si mulier accusetur de adulterio, ubi est pugna, tunc eius mundualdus <sup>15</sup> pugnat pro ea, ut in eodem titulo, l. si quis uxorem (Lomb. II, lv, 13, Gri. 7).

Septimus: <sup>16</sup> si testes actoris sint contrarii <sup>17</sup> testibus rei, uterque ex istis campionem constituet <sup>18</sup>, ut in Lomb. de testibus, l. si quis cum altero (Lomb. II, li, 11, Lod. 15).

Octavus etiam casus assignari potest, ut <sup>19</sup> si servus absens <sup>20</sup> accusatur de furto, dominus pugnat pro eo, et ita dominus est campio loco servi, ut in Lomb. de furtis, l. si servus <sup>21</sup> dum in fuga (Lomb. I, xxv, 58, Liutpr. 44).

Hodie tamen de consuetudine <sup>22</sup> permittitur cuilibet campionem dare.

II. L. 1.: campiones quando....: om. debeat fieri - Cfr. LIGN. c. 177: Put. V. Pugna vel: CAST. I, 1-4. - <sup>1</sup> ita P.; intercedit L. 1. - <sup>2</sup> est. P.; intercedat L. 1. - <sup>3</sup> invenies P.; habes L. 1. - <sup>4</sup> Codd., ut videtur, omnes et Put.: quicumque: Lign. 1. 2.: quacumque. - <sup>5</sup> L. 1. add. casus est. - <sup>6</sup> enim P.: om. L. 1. - <sup>7</sup> pugnat P.; pugnare potest L. 1. - <sup>8</sup> ut in Lomb.... appetitum L. 1.: om. P. - <sup>9</sup> ut P. puto L. 1. - <sup>10</sup> vel: om. P. - <sup>11</sup> vidua causam P. vidue causas L. 1.; causas etiam Lign. et Put. - <sup>12</sup> vel cum aliis: Lign. Put.: vel cum aliquis L. 1.: om. P. - <sup>13</sup> in illis casibus in quibus P.; in quibus causis L. 1. - <sup>14</sup> fit P. fiat L. 1. - <sup>15</sup> eius mundualdus. Put. unus de mundualdibus P. mundualdus pugnabit unus L. 1. - <sup>16</sup> L. 1. add. puta. - <sup>17</sup> contrarii P. conscii L. 1. - <sup>18</sup> uterque... constituet P.: testes actoris dabunt ex eis campionem unum, et testes rei campionem alterum L. 1. - <sup>19</sup> ut P.; puta L. 1. - <sup>20</sup> P. add. et fugitivus. - <sup>21</sup> servus Lign.; quis Codd.; quia Put. - <sup>22</sup> de consuetudine P. Lign.; per consuetudinem L. 1. - III. Cfr. LIGN. c. 179: Put. I. In pugna: CAST. III, 2. - <sup>23</sup> sunt L. 1.; fuerunt P. Lign. - <sup>24</sup> L. 1. add. ut Mantuani - <sup>25</sup> L. 1. add. et. - <sup>26</sup> sic P. Lign. ita L. 1. - <sup>27</sup> L. 1. contra. - <sup>28</sup> L. 1. ut in Lomb. q. q. s. d. d. -

## III. Qualiter sacramenta in pugna prestantur.

In hac specie tres sunt <sup>23</sup> sententie. Sunt enim qui dicunt <sup>24</sup> quod semper in qualibet pugna sit prestandum sacramentum ab actore sic esse <sup>25</sup>, a reo sic non esse; et sic <sup>26</sup> secundum eos omnes leges que locuntur de astu corriguntur; et inducunt argumentum in Lomb. qualiter quis se defendere debet, l. mentio (Lomb. II, lv, 24, Kar. 65). Horum sententia iniquitatem continet, quia hoc a iure tantum non est: immo contrarium <sup>27</sup>, ut de astu tantum iuretur a parte actoris, ut in predicto titulo <sup>28</sup>, l. si quis alium astu <sup>29</sup>. (Lomb. II, lv, 15, Liut. 71). Sileat ergo <sup>30</sup> cum suis sequacibus <sup>31</sup> Mantuanus in hac sententia: nunquam enim prestantur in pugna talia sacramenta nisi inter contrarios testes, ut in Lomb. de testibus, l. si quis cum altero, et l. fin. (Lomb. II, li, 11 et 16, Lod. 15, Loth. 69). Alii dicunt et distinguunt, ut audivi a Carulo <sup>32</sup>, reffert quis veniat ad accusandum, an <sup>33</sup> in causa propria, an in aliena; item si in propria aut dicit « quia suspicor », aut dicit <sup>34</sup> ita esse; item in aliena, aut prorsus <sup>35</sup> aliena, aut aliena principaliter, secundario propria. Si venit ad accusandum in causa propria, puta de furto sibi facto, vel de incendio vel de adulterio sue uxoris, tunc si dicit in accusatione: « Ego talem suspicor et certam suspicionem habeo quod talis fecit furtum » tunc in sacramento iurabit de astu id est: « Ego credo quod iustam habeo petitionem <sup>36</sup> contra ipsum »; scilicet <sup>37</sup> quod appellatur iure romano calumnia <sup>38</sup> iure longobardo appellatur astus. Sed illud notatur, quod quando quis accusat aliquem de suspicionem in propria causa, certas debet habere presumptiones <sup>39</sup> unde illa suspitio procedat. Puta si volo aliquem accusare de furto, debeo dicere aliquam presumptionem <sup>40</sup> quomodo ipse commisit <sup>41</sup>: puta fuit inventus summo dilucolo coram hostio quod inventum est fractum. Si de incendio volo accusare <sup>42</sup>, debeo habere aliquam presumptionem, scilicet quod in campo meo intravit <sup>43</sup>:

<sup>29</sup> astu P. L. 2. isto L. 1. - <sup>30</sup> L. 1. add. amodo. - <sup>31</sup> sequacibus P.; sequentibus L. 1. - <sup>32</sup> ut audivi a Carulo: omm. codd. Parisini; ut a. a Cyrulo. P. In codice Alvaroti pro eo quod est « Carulo » fuerat Roffr. Beneventanus: scripsit enim Alv. (Super feud. de pace ten. Federicus n. 15): sed tu adverte quod ista summa non fuit illius Roffr. Beneventani, qui composuit libellos, sed fuit alterius Roffr. Ben., qui fuit discipulus illius primi Roff. prout ipsemet narrat et scribit in dicta sua summa in tertia questione. Cum codice Alvaroti cognitionem habet Moguntinus, in quo, teste Savignyo, haec leguntur, meo quidem iudicio, a librario addita: ut audivi a domino meo Ka. beneventano, cuius ego discipulus sum, qui hoc opus condidi, et nomen non apposui conditoris et eiusdem sum patrie habitator. - Roffr. Beneventan. etiam Lign. 2.; Car. benevent. Lign. 1. - <sup>33</sup> an... an P.; om. L. 1.; vel in al. L. 2. - <sup>34</sup> dicit om. L. 1. - <sup>35</sup> L. 1. add. in. - <sup>36</sup> quod talis... habeo petitionem L. 1. 2.; om. P. - <sup>37</sup> scil. P. secundum L. 1. - <sup>38</sup> L. 1. add. ita. - <sup>39</sup> habere suspensiones P.; adhibere presumptiones L. 1. - <sup>40</sup> dicere aliquam suspensionem P.; aliquam adhibere presumptionem L. 1. - <sup>41</sup> commisit P. commiserit L. 1. - <sup>42</sup> L. 1. add. aliquem. - <sup>43</sup> in campo meo intravit P. interfuit in campo meo L. 1.



si de adulterio, tunc debet probari quod cum uxore sua loqueretur. Quod hec sint vera, et aliter pugna de suspicionem non admitatur<sup>1</sup> nisi ita videatur certa suspicio, dicit lex in Lomb. qualiter quis se defendere debet, l. si quis alium astu (Lomb. II, LV, 15, Liutpr. 71); etenim ibi dicit « certam suspicionem<sup>2</sup> » et cetera; et ita ponimus<sup>3</sup> certam sicut dictum est. Alii exponunt aliter certam<sup>4</sup>: scilicet quod ille<sup>5</sup> qui iurat debeat dicere certam per suum sacramentum et non habeat necesse probare. Si vero in propria causa vult dicere rem ita esse quod iste in veritate fecit furtum, debet iurare rem ita esse et ita secundum formam accusationis<sup>6</sup> erit prestatio sacramenti, ut si de suspicionem sit accusatio, de suspicionem iuretur; si de veritate sit accusatio, de veritate iuretur. Si vero quis venit ad accusandum<sup>7</sup> in causa aliena et prorsus aliena, ut in crimine maiestatis, vel in causa aliena principaliter<sup>8</sup>, secundo propria, ut si aliquem dixerit<sup>9</sup> argam (nam<sup>10</sup> causa ista principaliter est aliena, propter crimen quod imponis quod te non tangit<sup>11</sup>, secundo est tua, quia si non probas puniris, et sic non puniris ratione<sup>12</sup> pugne quia iam idem esset in omnibus, sed<sup>13</sup> puniris ratione iniurie quam dixisti<sup>14</sup>) tunc de veritate iurabit<sup>15</sup>. In hac enim<sup>16</sup> causa, quia quis<sup>17</sup> venit ad accusandum ut testis, debet in accusatione dicere quia tu in rei<sup>18</sup> veritate crimen lese maiestatis comisisti vel quia tu in<sup>19</sup> rei veritate es arga<sup>20</sup>. Dicunt tamen<sup>21</sup> in omnibus his reum debere iurare semper rem ita non esse, et sic sacramentum rei non mutatur. Sed licet horum sententia videatur equa quo ad sacramentum actoris, in sacramento tamen<sup>22</sup> rei equa non est: immo sententia papiensis<sup>23</sup> equitate gaudet ut in omni casu<sup>24</sup> vel crimine ubi pugna<sup>25</sup> imponitur, de astu sacramentum ab actore prestetur, ut in Lomb. qualiter quis se defendere debet, l. si quis alium astu (Lomb. II, LV, 15, Liut. 71); reum enim<sup>26</sup> numquam debere in pugna<sup>27</sup> iurare dicunt hac ratione quia reus tenetur ad duorum unum tantum<sup>28</sup>,

<sup>1</sup> admitatur *P.* proponatur *L. 1.* — <sup>2</sup> etenim... suspicionem *P.*; non ibi dicitur quod tuta suspitio est *L. 1.*;... quod certa... *L. 2.* — <sup>3</sup> *L. 1.* exponimus — <sup>4</sup> certam *P.*; *om. L. 1.* — <sup>5</sup> ille *P.*; ipse *L. 1.* — <sup>6</sup> accusationis *L. 1.* actionis *P.* — <sup>7</sup> quis... accus. *Add. ex coniectura.* — <sup>8</sup> *L. 1.* *add. etiam.* — <sup>9</sup> dixerit *L. 2.* dixeris *P.* — <sup>10</sup> nam... dixisti: haec verba, ni fallor, a librario addita sunt, nam eorum formae a ceteris huius periodi, nec non et sequentis abhorrent. — <sup>11</sup> causa ista... imponis (*Mss. in penis*)... te (*Mss. me*) non tangit: *L. 1. 2.*; *om. P. in quo est: cum secundo etc.* — <sup>12</sup> *P. perperam add. iniurie.* — <sup>13</sup> sed. *P. aliis si L. 1.* — <sup>14</sup> dixisti *P.* dixistis *L. 1.* — <sup>15</sup> tunc... iurabit: *add. ex coniectura.* — <sup>16</sup> enim *P.*; *om. L. 1.* — <sup>17</sup> quis *P. L. 2.*; pars *L. 1.* — <sup>18</sup> rei *P.*; *om. L. 1.* — <sup>19</sup> in *P.* ex *L. 1.* — <sup>20</sup> es arga *P.*; argam *L. 1.* — <sup>21</sup> tamen *P.*; sed *L. 1.* — <sup>22</sup> sacramento tamen *P.* sacramentum *L. 1.* — <sup>23</sup> papiensis *P. Lign. 1.*; papien-tium *L. 1.*; sapientum *Lign. 2.* — <sup>24</sup> casu *P.* causa *L. 1.* — <sup>25</sup> pugna *L. 1.* pena *P.* — <sup>26</sup> enim *P. om. L. 1.* — <sup>27</sup> ita *P.*; *L. 1.* in pugna numquam deb. — <sup>28</sup> unum tantum *P.*; alterum duorum *Lign. 1.*; alium duorum *Lign. 2.*; alterum *dm. L. 1.* —

idest iuret vel pugnet; sed si iuraret et pugnet<sup>29</sup> non alterum tantum faceret sed utrumque, et ita illa verba disiunctiva « aut » et cet. nichil operarentur, que invenias in omnibus legibus que de pugna tractant<sup>30</sup>, ut in Lomb. qualiter quis se defendere debet, l. si quis post (Lomb. II, LV, 9, Roth. 365). Preterea nichil prodesset sacramentum rei<sup>31</sup>, quod est perditio<sup>32</sup> cum reus paratus sit pugnare. Actor ideo iurat quia alias<sup>33</sup> non posset imponere pugnam, ut in predicto titulo, l. si quis alium<sup>34</sup> asto (Lomb. II, LV, 15, Liut. 71). At eis obicitur: Reus ammittit manum si convineatur in pugna, ut in Lomb. de homicidiis liberorum hominum, l. qui vero intra treugam (Lomb. I, IX, 39, Henr. I, 3); sed responditur<sup>35</sup>: Ibi ammittit manum propter homicidium<sup>36</sup> commissum<sup>37</sup>, et ita<sup>38</sup>, lege<sup>39</sup> de testibus, si quis cum altero<sup>40</sup> (Lomb. II, LI, 11, Lod. 15), propter periurium commissum in testimonio<sup>41</sup> punitur reus. Et sic nota quod sacramenta ista sunt in pugna prestanda, vel de astu<sup>42</sup> tantum secundum quosdam, vel rem sic esse secundum alios<sup>43</sup>, ut dictum est. Prestatur etiam aliud<sup>44</sup> sacramentum secundum papienses, scilicet quia<sup>45</sup>, sive principalis persona per se<sup>46</sup> pugnam fatiat, sive campio, iurat quod nullam rem que ad malefictum pertineat, habet<sup>47</sup>, ut in Lomb. qualiter quis se defendere debet, l. nullus campio (Lomb. II, LV, 11, Roth. 368). Albertus autem<sup>48</sup> elegit sententiam quamdam<sup>49</sup> ex omnibus predictis, ut actor semper iuret de astu preterquam in tribus casibus: in crimine lese maiestatis, inter contrarios testes, et de investitura predii, ut in Lomb. qualiter quis se defendere debet, l. de investitura. In reo dixit idem quod omnes dicunt preterquam<sup>50</sup> papienses.

### III. An liceat alteri parti dare campionem si alteri parti hoc fuerit a lege concessum.

Si uni parti<sup>51</sup> propter causas memoratas<sup>52</sup> permissum est a iure habere campionem, et alteri parti habere licet, ut in Lomb. qualiter quis se defendere debet, l.

<sup>29</sup> *L. 1. add. tunc.* — <sup>30</sup> illa verba... tractant *P.*; illa distinctio « aut » nihil operaretur, quia invenies in omnibus l. in quibus (quem d. *L. 1.*) de pugna tractatur *L. 1. 2.* — <sup>31</sup> sacram. rei *P.* tale sacram. pro reo *L. 1.* — <sup>32</sup> *P.* ut quid e. perditio: *L. 1.* ut quid perditio. *Fortasse: ad quid hec perditio...?* — <sup>33</sup> alias *L. 1. om. P.* — <sup>34</sup> alium *L. 1. om. P.* — <sup>35</sup> resp. *P.* reus *L. 1.* — <sup>36</sup> homicidium: *ex coniectura: lex enim de homicidiis loquitur: P. furtum L. 1. periurium.* — <sup>37</sup> *P. add.: in pugna; L. 2. in testimonio.* — <sup>38</sup> et ita... propter periurium commissum: *om. L. 2.* — <sup>39</sup> *P. L. 1. add. R. (Resp.)* — <sup>40</sup> altero *P.*; adulterio *L. 1.* — <sup>41</sup> testimonio *L. 1.* periurio *P.* — <sup>42</sup> de astu *L. 1.*; dic ista *P.* — <sup>43</sup> alios *P.* alias *L. 1.* — <sup>44</sup> etiam *L. 1. om. P.* aliud. *ex coniectura. In codd. est: dictum est, prestatur sacramentum. Secundum etc.* — <sup>45</sup> scilicet quia *L. 1.*; *om. P.* — <sup>46</sup> principalem personam *L. 1.* — <sup>47</sup> habet *P.* habeat *L. 1.* — <sup>48</sup> autem *L. 1. om. P.* — <sup>49</sup> quamdam *P.*; *om. L. 1.* — <sup>50</sup> preterquam *L. 1.*; preter *P.* — *III. L. 1. Aut lic. a. p. d. campiomem: om. si... concessum. - Cfr. LIGN. c. 180-1; PUT. V. Pugna vel: CAST. I, 2. -* <sup>51</sup> parti *P.* partium *L. 1. Lign. 1.* — <sup>52</sup> memoratas... habere *P.*: superius notatas permittitur habere iure *L. 1.*

quacumque, in fine (Lomb. II, LV, 43, Otto. 9); preterquam in casu <sup>1</sup> si servus contendat contra dominum, ut in eodem titulo, l. si servus (Lomb. II, LV, 44, Otto Extr. 40). Et hec fuit aliquorum sententia, <sup>2</sup> et pro eis facit littera predictae legis quacumque <sup>3</sup>. Alii dicunt quod ita permittitur alteri parti dare campionem in illis tribus casibus, in aliis non permittitur, ut in eodem titulo: nam <sup>4</sup> si illud personis illis specialiter conceditur, ergo aliis denegatur, ut ff. ad municipalem, l. I (D. L, I, 1) et ff. de legatis, I <sup>5</sup>, l. si quando (D. XXX, 109). Fuit etiam aliquorum <sup>6</sup> sententia quod nunquam alia pars possit campionem dare, nisi in casibus a iure <sup>7</sup> permissis, et tunc si illi conceditur, alteri non conceditur, ut in Lomb. qualiter quis se defendere debet, l. fin. (Lomb. II, LV, 45, Otto 10); et quod dicit lex illa quacumque « et alteri similiter licet hoc facere » <sup>8</sup> exponunt ipsi quod <sup>9</sup> sicut licet actori in illis casibus, ita et reo <sup>10</sup> liceat <sup>11</sup> si aliquis dictorum casuum interveniat in persona eius. Prima sententia etsi non de iure stricto, de equitate tamen procedit, et eam usus cotidianus in plerisque partibus approbavit.

Sed illud nota quod quando pugna debet fieri per campionem, debet fieri eorum equa <sup>12</sup> distributio ut et <sup>13</sup> advocatorum, ut C. de postulando <sup>14</sup>, l. providendum (C. II, VI, 7); et etiam iure longobardo cavetur quod pugna debeat fieri per similes campiones, ut in Lomb. qualiter quis se defendere debet, l. fin. (Lomb. II, LV, 45, Otto. 10); sed si fiat inter principales personas, non attendimus equalitatem neque inequalitatem <sup>15</sup> nisi in casibus predictis; principaliter enim pugnabunt.

#### V. Quis possit esse campio.

Campio de iure longobardo admittitur omnis ille qui non repellitur. Sic et in <sup>16</sup> postulando iure romano, ad quod omnis admittitur nisi repellatur, ut ff. de postulando, l. I (D. III, I, 1). Concordant enim <sup>17</sup> campio et advocatus; unde sicut per advocatum causa examinata deciditur, ut C. de advocatis diversorum iudiciorum l. advocati <sup>18</sup> (C. II, VII, 14), ita et per campionem.

Fur autem campio esse non potest <sup>19</sup>, ut in Lomb. qualiter quis se defendere debet, l. ut campionem (Lomb. II, LV, 25, Kar. 74: Ut nemo furem camp.), et est ratio quia presumitur quod, si in pugna succumberet, potius

succumberet propter delictum suum <sup>20</sup>, quam propter delictum actoris vel accusati.

Infamis etiam campio esse non <sup>21</sup> potest, et <sup>22</sup> omnis fur est infamis, ut ff. de furtis, l. non potest (D. XLVII II, 63), et ita repellitur quicumque est in criminali peccato ratione predicta.

Sed cum hodie campiones non soleant pugnare nisi locata opera sua, num <sup>23</sup> eo ipso sunt infames? Ita videtur, ut ff. de his qui notantur infamia, l. II. (D. III, II, 2) in fine, et ff. de postulando l. I. (D. III, I, 1.) circa medium; at ille leges locuntur de his qui ludibrium sui corporis <sup>24</sup> fatiebant, puta prodeundo in scenam <sup>25</sup> vel pugnando cum bestiis feris; at <sup>26</sup> campio licet locet operas suas non est infamis, ut ff. de his qui notantur infamia, l. atletas (D. III, II, 4.), sicut nec <sup>27</sup> advocatus est infamis qui hodie locat operas suas, licet secundum leges sit infamis, ut C. de postulando, l. quisquis (D. II, VI, 6). Sed illa de advocatis percipientibus salarium de publico loquitur.

#### VI. In cuius electione sit pugna.

Pugna de iure longobardorum <sup>28</sup> semper est in electione actoris, ut in Lomb. qualiter quis se defendere debet, l. si quis ammodo, et l. de prediis (Lomb. II, LV, 16 et 37, Liut. 121, Otto. 1.), preterquam in duobus casibus, puta in crimine lese maiestatis, ubi <sup>29</sup> necessitate causatam <sup>30</sup> cogitur pugnam imponere si eum puniri vult, et si quis dixerit aliquem argam, ut in Lomb. de publicis criminibus, l. fin. (Lomb. I, I, 7, Roth. 9) et de convitiis, l. I <sup>31</sup> (Lomb. I, V, 1, Roth. 381), et de iniuriis mulierum, l. II <sup>32</sup> (Lomb. I, XVI, 2, Roth. 198); licet omnes leges dicant quod reus tenetur <sup>33</sup> per pugnam se defendere vel iurare, ut in Lomb. qualiter quis se defendere debet, l. si quis post (Lomb. I, I, 9, Roth. 365), et sic videtur quod sit electio rei in pugna, quia electio est disiuncti debitoris <sup>34</sup>, ut ff. de iure dotium, l. plerumque, in fine (D. XXX, III, 10).

#### VII. Qualiter pugna debeat ordinari.

Qualiter pugna sit ordinanda iure cautum <sup>35</sup> non habemus, sed ex consuetudine ita fiet: eligitur enim <sup>36</sup> locus planus et amplus sive <sup>37</sup> in civitate, sive <sup>38</sup> extra, et circumcirca clauditur <sup>39</sup> cordis et nullus erit ausus <sup>40</sup>,

<sup>1</sup> L. 1. add. puta. — <sup>2</sup> L. 1. add. ex se. man. e., quae cum nullam habeant cum verbis legis cognitionem, glossam sapere videntur. Nonne legendum: ex sententia mantuanorum? Cfr. p. 80, n. 24. — <sup>3</sup> qua cumque: codd. quicumque. — <sup>4</sup> nam P.: ecclesia ma. L. 1. — <sup>5</sup> Ita P.: ff. de a. tu. l. 1, et de l. II. l. 1. L. 1. — <sup>6</sup> L. 1: ab eorum. — <sup>7</sup> iure P. lege L. 1. — <sup>8</sup> L. 1. liceat facere (om. hoc) — <sup>9</sup> quod P.; id est L. 1. — <sup>10</sup> et reo P.; om. L. 1. — <sup>11</sup> L. 1. add. nunc. — <sup>12</sup> eorum equa P.; equaliter L. 1. — <sup>13</sup> ut et om. L. 1. — <sup>14</sup> ita P. prestu L. 1. — <sup>15</sup> equal. neque inequal. P.; qualitatem L. 1. — V. Cfr. LIGN. 182: PUT. V. Quando: CAST. I, 6. — <sup>16</sup> ita P.; L. 1: sicut et a. — <sup>17</sup> enim P.; om. L. 1. — <sup>18</sup> ita P.; L. 1: reciditur ita et per campionem. — <sup>19</sup> ita P.; L. 1. a campione repellitur. — <sup>20</sup> ita P.;

L. 1.: succumbat, potius succumbat delicto sui... — <sup>21</sup> non: om. L. 1. — <sup>22</sup> et P.; nam L. 1. — <sup>23</sup> num P.: non L. 1. — <sup>24</sup> corporis P.: operis L. 1. — <sup>25</sup> ita P.; L. 1. ut prodiendo in scena. — <sup>26</sup> at P.; de L. 1. — <sup>27</sup> nec P. ergo L. 1. — VI. Cfr. LIGN. 183: PUT. I, Actor — <sup>28</sup> ita P.; L. 1. iure Long. pugna... — <sup>29</sup> lese maiestatis, ubi P.: tria nisi ex L. 1. — <sup>30</sup> causatam P. causativa L. 1. — <sup>31</sup> I, L. 1. II P. — <sup>32</sup> et de iniuriis etc. L. 1.; om. P. — <sup>33</sup> ita P.; reum teneri vel se L. 1. — <sup>34</sup> ita P.: disiuncta in debitori L. 1. — VII. Cfr. LIGN. 184: PUT. II, Designatores: CAST. II, 4. — <sup>35</sup> ita P.: cautum iure L. 1. — <sup>36</sup> ita fiet. Eligitur enim P.; ita assignatur L. 1. — <sup>37</sup> sive om. L. 1. — <sup>38</sup> sive P.; vel L. 1. — <sup>39</sup> L. 1.; clauditur. — <sup>40</sup> ita P. ullus alius (om. erit ausus) L. 1.



misso banno in pena personarum et rerum, ut audeat tumultum<sup>1</sup> facere vel clamorem per quem<sup>2</sup> pars altera posset<sup>3</sup> offendi; et etiam si<sup>4</sup> nulla pars offenderetur, aliquis loqui<sup>5</sup> non audeat<sup>6</sup>. Iudex<sup>7</sup> autem erit in istius<sup>8</sup> loci introitu et videbit, et considerabit quis forte succumbet et qualiter, et si unus decipiat<sup>9</sup> alterum. Et si forte pugna die illo non finiatur<sup>10</sup>, iudex scribere debet utriusque partis tenetas et videre et commendare memorie, ut cum venerit alio die iterum<sup>11</sup> ad pugnam, suam utriusque debeat restituere saxinam et uterque per iudicem in sue tenete possessione restituatur. Quod autem pugna<sup>12</sup> debeat in campo<sup>13</sup> fieri lex dicit in Lomb. qualiter quis se defendere debet, l. mentio. (Lomb. II. LV, 24, Kar. 65).

#### VIII. Que arma sint a legibus et per consuetudinem in pugna concessa.

De iure Longobardorum ista invenimus arma concessa, scuta scilicet et fustes, ut in Lomb. de testibus, l. si quis cum altero (Lomb. II, LI, 11, Lod. 15.), et in titulo qualiter quis se defendere debet, l. mentio (Lomb. II, LV, 24, Kar. 65); verum ut<sup>14</sup> alia arma vel galeas habere debeant lege nichil<sup>15</sup> cavetur, de consuetudine tantum prestantur. Scuta et fustes debent esse omnino<sup>16</sup> equalia et a iudice equaliter prestari.

#### VIII. Si arma ceciderint vel frangantur utrum debeant restitui vel alia eis dari. Rubrica.

Dicunt quidam si arma frangantur quod<sup>17</sup> alia prestari debent, quia pugna cum fustibus fieri debet, ut dicta lege mentio (Lomb. II, LV, 24, Kar. 65) (ita enim<sup>18</sup> dicit; « pugna fiat cum fustibus »), et dicta lege si quis cum altero (Lomb. II, LI, 11, Lod. 15): verum si ceciderint<sup>19</sup>, alia non debere prestari, sed cui ceciderint sue fortune<sup>20</sup> imputet, et de se queratur. Si enim arma sibi restituenda diceret, iam<sup>21</sup> si in pugna caderet, diceret eum relevari debere, et secundo erigi, quod esset iniquum. Alii vero dicunt alia arma non esse prestanda sive frangantur sive cadant. In<sup>22</sup> his locorum consuetudinem dicimus spectandam et servandam esse, quod si non inveniatur, quod equius iudici videbitur et iustius, fatiet et iudicabit.

<sup>1</sup> tumultum *P. Lign.* inrectum *L. 1.* — <sup>2</sup> *L. 1.*; pro quo. — <sup>3</sup> *L. 1.* possit. — <sup>4</sup> et etiam si *P. nisi L. 1.* — <sup>5</sup> loqui *P. om. L. 1.* — <sup>6</sup> audeat *P. audeat L. 1.* — <sup>7</sup> *L. 1.* addit: p. (pugne). — <sup>8</sup> istius *P. illus L. 1.* — <sup>9</sup> decipiat *P. accipiat L. 1.* — <sup>10</sup> ita *P.*: Et pugna facere die illo non finitur *L. 1.* — <sup>11</sup> alio die iterum *L. 1.*: ad alium diem tertium *P.* — <sup>12</sup> quod autem pugna: *om. L. 1.* — <sup>13</sup> *L. 1.*: in campo debeat. — VIII. *L. 1.* Que arma concedantur in pugna vel legibus vel consuetudinibus. — *Cfr. LIGN. 185: PUT. IV, Arma: CAST. III, 6.* — <sup>14</sup> ut *P.*; autem *L. 1.* — <sup>15</sup> debeant lege nichil *P.*: debent ut lex *L. 1.* — <sup>16</sup> esse omnino *P.*; tamen esse *L. 1.* — VIII. *L. 1.* Si cec. a. vel f. an debeant alia dari. *Cfr. LIGN. 186: PUT. IV, An duello.* — <sup>17</sup> quod. *P.*; *om. L. 1.* — <sup>18</sup> enim *P. om. L. 1.* — <sup>19</sup> *L. 1.* add. dicunt. — <sup>20</sup> sue fortune *P.*; sibi *L. 1.* — <sup>21</sup> iam *P.* et non *L. 1.* — <sup>22</sup> *L. 1.*: Unde in his loc. consuetudines dic. esse servandas, quod equius etc. — X. *L. 1.* Quis alium primo per-

#### X. Quis primo alium percutere debeat. Rubrica.

De eo quod rubrica ista<sup>23</sup> dicit<sup>24</sup>, quis debeat primo alium percutere, nichil invenitur iure cautum<sup>25</sup>, sed<sup>26</sup> de consuetudine, que et lege<sup>27</sup> iuvare potest, ita servatur, ut sicut actor primo porrigit libellum reo, ut *C. de litis contestatione, Authent. offeratur (C. III, IX)*, ita campio actoris primo reum percutiat, exemplo libelli in accusatione prestiti<sup>28</sup>.

#### XI. Si uno die pugna non fuerit finita, utrum alio die debeant campiones in eadem tenuta vel possessione restitui.

De hoc capitulo ita servamus et iudicari debet: iudex<sup>29</sup> caute considerabit<sup>30</sup> singula, ut sicut campio alterius possessionem habet<sup>31</sup>, ita ei<sup>32</sup> restitueatur, ut notatur supra in rubrica<sup>33</sup> qualiter pugna debeat ordinari.

#### XII. Qualiter convictus in pugna debeat condemnari.

Quidam dicunt damnatum in pugna non debere<sup>34</sup> in tantum damnari sicut si convinceretur testibus, quia pugna est incertum Dei iudicium, ut *Lomb. de homicidiis liberorum hominum, l. recolimus (Lomb. I, IX, 23, Liut. 118)*; sed contra in *Lomb. de publicis criminibus l. fin. (Lomb. I, 1, 7, Roth. 9)*, et de homicidiis liberorum hominum, l. ult. et de iniuriis mulierum, l. II (*Lomb. I, XVI, 2, Roth. 198*), et qualiter quis se defendere debet, l. si quis ammōdo (*Lomb. II, LV, 17, Liut. 121*); et dicunt utrobique similiter<sup>35</sup> condemnari sive per pugnam sive per testes vincatur.

Sed numquid locum habet pena<sup>36</sup> de iure romano, que est ut callumpniantes ad vindictam poscat similitudo supplitii<sup>37</sup>, ut *C. de accusationibus l. fin. (C. IX, II, 15)* et *C. de collumpniatoribus l. fin. (C. IX, XLVI, 10)*? *Resp.*: Non nisi in casibus ubi hoc invenimus, ut in predictis quatuor legibus, et de seditione contra iudicem levata<sup>38</sup>, l. cognovimus (*Lomb. I, XVIII, 2, Rach. 6*). *Rofredus Beneventanus.*

Explicit summula domini Rofredi Beneventani de pugna<sup>39</sup>.

cutiat. *Cfr. LIGN. 187: PUT. I. Quis debeat.* — <sup>23</sup> rub. ista *P.*; hec rub. *L. 1.* — <sup>24</sup> dicit... percutere: *omm. Codd. Parisini.* — <sup>25</sup> iure cautum *P.* in iure *L. 1.* <sup>26</sup> sed: *om. L. 1.* — <sup>27</sup> et lege: *om. L. 1.* — <sup>28</sup> ita *P.*; in accusationibus prestari *L. 1. 2.* — XI. *L. 1.* Utrum debeant campiones in eadem pugna restitui. *Cfr. LIGN. 188: PUT. III. An si: CAST. III, 5.* — <sup>29</sup> *P. add. enim.* — <sup>30</sup> *L. 1.* add. et videbit. — <sup>31</sup> ita *P.* in possessione habebat *L. 1.* — <sup>32</sup> *L. 1.*; eidem. — <sup>33</sup> in rubrica *P. om. L. 1.* — XII. *Cfr. LIGN. 189-90: PUT. IX. Quidam accusavit. XI. Si pugna.* — <sup>34</sup> *L. 1.* deberi. — <sup>35</sup> ita *P.*; et debent utrumque condemnari *L. 1.* — <sup>36</sup> pena de *P.*: hec rubrica in *L. 1.* — <sup>37</sup> ita *P.*: que dic. calupni. ad iudic. possit fi. fu. *L. 2.* — <sup>38</sup> ita *P.*; contra audi. lena. *L. 1.* — <sup>39</sup> Ita *P.* Explicit summa Rofredi de pugna s. (secundum) long. *L. 1.* Antea tamen estant in hoc codice, ut in Parisino altero, duo paragraphi, praemissa rubrica: Hinc incipit de alia materia.

1. The first part of the document is a preface, which is written in a very simple and direct style. It explains the purpose of the document and the reasons for its publication. The preface is written in a very clear and concise manner, and it is easy to read and understand. It is a good example of how to write a preface in a simple and direct style.

2. The second part of the document is the main body of the text. It is written in a very clear and concise manner, and it is easy to read and understand. The text is organized into several sections, each of which deals with a different aspect of the subject. The sections are written in a very clear and concise manner, and they are easy to read and understand. The text is a good example of how to write a main body of text in a simple and direct style.

3. The third part of the document is the conclusion. It is written in a very clear and concise manner, and it is easy to read and understand. The conclusion summarizes the main points of the document and provides a final thought on the subject. It is a good example of how to write a conclusion in a simple and direct style.

4. The fourth part of the document is the appendix. It contains additional information that is related to the main body of the text. The appendix is written in a very clear and concise manner, and it is easy to read and understand. It is a good example of how to write an appendix in a simple and direct style.

5. The fifth part of the document is the index. It is a list of the main topics and sub-topics in the document, and it is used to help the reader find the information they are looking for. The index is written in a very clear and concise manner, and it is easy to read and understand. It is a good example of how to write an index in a simple and direct style.

6. The sixth part of the document is the bibliography. It is a list of the sources that were used in the document, and it is used to provide the reader with information about the sources. The bibliography is written in a very clear and concise manner, and it is easy to read and understand. It is a good example of how to write a bibliography in a simple and direct style.

7. The seventh part of the document is the glossary. It is a list of the terms and definitions used in the document, and it is used to help the reader understand the meaning of the terms. The glossary is written in a very clear and concise manner, and it is easy to read and understand. It is a good example of how to write a glossary in a simple and direct style.

8. The eighth part of the document is the index. It is a list of the main topics and sub-topics in the document, and it is used to help the reader find the information they are looking for. The index is written in a very clear and concise manner, and it is easy to read and understand. It is a good example of how to write an index in a simple and direct style.

9. The ninth part of the document is the appendix. It contains additional information that is related to the main body of the text. The appendix is written in a very clear and concise manner, and it is easy to read and understand. It is a good example of how to write an appendix in a simple and direct style.

10. The tenth part of the document is the conclusion. It is written in a very clear and concise manner, and it is easy to read and understand. The conclusion summarizes the main points of the document and provides a final thought on the subject. It is a good example of how to write a conclusion in a simple and direct style.



ANSELMI DE ORTO

IURIS CIVILIS INSTRUMENTUM

PRODIT CURANTE

VICTORIO SCIALOJA


ANSELMI DE ORTO

MUSEUM CIVILE INSTRUMENTUM

FRONTIS PAGES

VICTORIO SOCIOLIA





**Incipit iuris civilis instrumentum  
ab Anselmo de Orto composi-  
tum Mediolanensi. R.<sup>1</sup> Proe-  
mium.<sup>2</sup>**



Cum inter cetera vivendi<sup>3</sup> genera solam scribendi cupiditatem<sup>4</sup> optimam esse nostrarum<sup>5</sup> vivendi<sup>3</sup> rationum existimem, ea que in templo iustitie reperi stili officio posteris insinuare curavi. Erat autem iustitie templum domus quedam triangulata, cuius tectum VII. planete apposuerunt. Dexter autem<sup>6</sup> paries ex variis rerum naturis<sup>7</sup> erat<sup>8</sup> compositus; sinister vero numeris<sup>9</sup> colligatus; ultimus ex quibusdam formis<sup>10</sup> contextus fuerat. Preterea fundamentum casibus constructum, argumentis confirmatum, coloribus veluti quibusdam floribus erat variatum.

Hanc domum in partibus urbis Bononie, dum me fortuna duceret<sup>11</sup> suasque pompas ostentaret,<sup>12</sup> inveni et in ea diutius consedi ac diligenti inquisitione omnia<sup>13</sup> perscrutatus sum. In qua omnes acciones et accusationes,

iustitie precepta exsequentes quasi quedam pedisseque<sup>14</sup> ad varia ministeria fuerant destinate.

Quarum officia<sup>15</sup> breviter et tamquam modo introductorio declarare proposui. Hec itaque quasi quedam preparaticia<sup>16</sup> legant rudes ut fiant doctores, legant docti ut fiant doctiores, nec quis dicat, sed quid dicatur intueatur.<sup>17</sup>

**I. De actionibus.<sup>18</sup>**

Actio nichil aliud est quam ius persequendi.<sup>19</sup> Actionum omnium<sup>20</sup> alie sunt civiles, alie<sup>21</sup> pretorie; alie in personam, alie in rem, alie mixte; alie bone fidei, alie<sup>22</sup> stricti iuris, alie<sup>22</sup> arbitrarie; alie<sup>23</sup> populares, alie private; alie<sup>22</sup> ad heredes transeunt, alie non<sup>24</sup>, alie<sup>22</sup> sunt<sup>25</sup> perpetue, alie temporales; alie<sup>22</sup> sunt rei<sup>26</sup> persecutorie, alie<sup>22</sup> pene, alie sunt<sup>27</sup> mixte; alie<sup>22</sup> sunt<sup>27</sup> in simplum, alie in duplum,<sup>28</sup> alie in<sup>29</sup> triplum, alie<sup>22</sup> in quadruplum; alie<sup>22</sup> oriuntur<sup>30</sup> ex contractu vel<sup>31</sup> quasi, alie<sup>32</sup> ex maleficio vel quasi<sup>33</sup>; alie re, alie consensu, alie verbis, alie litteris<sup>34</sup> contrahuntur, idest oriuntur ex obligationibus que ex his modis contrahuntur.<sup>35</sup>

<sup>1</sup> Ita C [Codex bibliothecae Chisianae E. VII. 218 fol. 63 v.] - B [Codex bononiensis bibliothecae Collegii hispani 73 fol. 149] habet: *Incipit proemium Anselmi de Orto. R. de instrumento actionum et tempore earum que cui competant et adversus quos* - V [Codex bibliothecae Vaticanae Palat. 772 fol. 85 v.] habet: *Incipit instrumentum iuris*, et in altera columna: *Sancti Spiritus assit nobis gratia.* - <sup>2</sup> Totum hoc proemium deest in C. - <sup>3</sup> *intuendi* V. - <sup>4</sup> *cupiditatem scribendi* V. - <sup>5</sup> *nostrarum* deest in V. - <sup>6</sup> *autem* deest in V. - *Dextera* habent C. V. - <sup>7</sup> *naturis rerum* B. - <sup>8</sup> *erat* deest in B. - <sup>9</sup> *numerus* B. - <sup>10</sup> *floribus* V. - <sup>11</sup> *ducere* V. - <sup>12</sup> *ostendere* V. - <sup>13</sup> *omnia* deest in V. -

<sup>14</sup> *exercentes veluti pedissece* V. - <sup>15</sup> *differencie* V. - <sup>16</sup> *paraticia* B. - <sup>17</sup> *atendat* V. - <sup>18</sup> Ita V. - C. rubricam non habet. - B: *De actionibus et obligationibus et variis earum ministeriis.* - <sup>19</sup> Haec habet C: desunt in B. V. - <sup>20</sup> *omnium* deest in C. V. - <sup>21</sup> *et alie* V.; *alie sunt* C. - <sup>22</sup> *alie* V. - <sup>23</sup> *alie sunt* C. - <sup>24</sup> *alie ad... non* C. post *temporales* ponit. - <sup>25</sup> *sunt* omittunt B. C. - <sup>26</sup> *rerum* V. - <sup>27</sup> *sunt* omittunt C. V. - <sup>28</sup> *alie in duplum* omittit B. - <sup>29</sup> *in* omittit V. - <sup>30</sup> *oriuntur* omittit V. - <sup>31</sup> *alie* B. - <sup>32</sup> *alie* omittit V. - <sup>33</sup> *ex maleficio vel quasi* omittit B. - <sup>34</sup> *alie intb.* (male pro *verbis*), *alie litteris*, *alie consensu* V. - <sup>35</sup> *id est... contrahuntur* omittit C.

Cum dixerō que sint personales, <sup>1</sup> que in rem vel mixte, que bone fidei <sup>2</sup> vel arbitrarie, que perpetue vel <sup>3</sup> temporales, que heredi vel in heredem non dantur, <sup>4</sup> intelligas de ceteris contraria predicari. <sup>5</sup> Verbum vero persequendo <sup>6</sup> per singula prosequamur <sup>7</sup>, cetera per se <sup>8</sup> diligens lector inquirat. <sup>9</sup>

Hoc unum scias; solas <sup>10</sup> rei persecutorias in heredem dari; <sup>11</sup> turpe tamen <sup>12</sup> lucrum semper <sup>13</sup> ab heredibus extorquendum est; <sup>14</sup> heredibus vero <sup>15</sup> dantur omnes <sup>16</sup>, preter illas que solummodo <sup>17</sup> vindictam persequuntur.

Interdicta erant forme et conceptiones verborum, quibus pretor aut iubebat aliquid fieri aut fieri prohibebat; quod tunc maxime faciebat, cum de possessione vel quasi inter aliquos contendebatur. Summa autem divisio interdictorum hec est, quod quedam prohibitoria sunt, quedam mixta, quedam prohibitoria et exhibitoria sunt. <sup>18</sup> Item quedam sunt adipiscende possessionis causa comparata, quedam retinende possessionis, quedam recuperande. Item quedam in presens, <sup>19</sup> quedam in preteritum referuntur. Item quedam sunt simplicia, quedam sunt dupplicia. Item quedam annua, quedam perpetua. Interdicta autem omnia licet in rem videantur concepta, vi tamen ipsa personalia sunt. <sup>20</sup> Ex quibus causis annua sunt, ex his de eo, quod ad eum cum quo agitur pervenit, <sup>21</sup> post annum dantur. In <sup>22</sup> interdictis exinde ratio habetur fructuum, <sup>23</sup> ex quo edita sunt, non retro.

Accusationes <sup>24</sup> crimina persecuntur. <sup>25</sup>

Criminum autem <sup>26</sup> alia sunt publica, alia extraordinaria. Non enim omnia iudicia, in quibus crimen vertitur, publica sunt, sed ea tantum que a legibus publicorum iuditorum veniunt, ut lex Iulia, lex Cornelia, lex Pompeia, lex Favia, lex Miscenia. <sup>27</sup> Publica sunt <sup>28</sup> quorum exsecutio cuivis ex <sup>29</sup> populo plerumque datur. Publico-

rum iuditorum quedam <sup>30</sup> sunt <sup>31</sup> capitalia alia non capitalia <sup>32</sup>. Capitalia sunt, que caput de civitate eximunt <sup>33</sup>.

## II. Accio in factum pretoria. De iurisdictione omnium iudicum. <sup>34</sup>

Si quis id quod perpetue iurisdictionis causa in <sup>35</sup> albo propositum <sup>36</sup> erat, dolo malo corruerit, datur in eum L. <sup>37</sup> aureorum iudicium, quod populare est et penale, ut D. de iurisdictione omnium iudicum Si quis id <sup>38</sup> [D. 2, 1, 7]; infra annum tantum duraturum, sicut et alie plerumque pretorie actiones, ut in Inst. de perpetuis et tempora. actionibus [Inst. 4, 12 pr.]. <sup>39</sup> Sed neque in heredem, neque post annum datur, sicut et alie populares, ut D. de popularibus act. l. ult. <sup>40</sup> [D. 47, 23, 8].

## III. Si quis ius dicenti non obtemperaverit. Accio in factum pretoria. R. <sup>41</sup>

In eum qui ius dicenti non obtemperavit, iudicium penale datur ei qui ius dixit <sup>42</sup> infra annum tantum; <sup>43</sup> in quo non interesse, sed quanti ea res <sup>44</sup> est continetur, ut D. si quis ius dicenti non obtemperaverit <sup>45</sup> [D. 2, 3, 1].

## III. Accio in factum pretoria. De in ius vocando. R. <sup>46</sup>

Adversus libertum <sup>47</sup> qui patronum vel eius filium aut <sup>48</sup> eius heredem temere in ius vocaverit, <sup>49</sup> penaliter accio in factum <sup>50</sup> in L. aureos infra annum datur, que nec in heredes competit, sicut nec cetera penales, nec heredi <sup>51</sup> datur, quia vindictam solam consequitur <sup>52</sup>, ut D. de in <sup>53</sup> ius voc. l. <sup>54</sup> in eum. [D. 2, 4, 24]. Que accio danda est etiam aliis, qui in ius vocari non debent, ut apparet ex ea lege In eum <sup>55</sup>.

<sup>1</sup> pretorie V. que sint personales omittit C. — <sup>2</sup> b. B. — <sup>3</sup> que B. — <sup>4</sup> que heredi... dantur omittunt B. V. — <sup>5</sup> predicari contraria C. — <sup>6</sup> persequendi B. — <sup>7</sup> prosequemur B. Signum § hic habet V. — <sup>8</sup> per se omittit V. — <sup>9</sup> Verbum vero... inquirat non habet C. — <sup>10</sup> post solas B inserit: et omnes que nisi ex maleficiis oriuntur. — <sup>11</sup> post dari V inserit: ut D. de calumpniis l. In heredem et c. ex delicto de: Quod glossema esse videtur ex adnotatione ad sequentia verba. — <sup>12</sup> enim B. — <sup>13</sup> semper omittit C. semper est habet V. — <sup>14</sup> est extorquendum C. est hic non habet V. — <sup>15</sup> non C. — <sup>16</sup> omnes omittit C. — <sup>17</sup> tantummodo V. solummodo post vindictam ponit C. — <sup>18</sup> Ita C. Sed corrige ex Institutionibus 4, 15, 1 et ex Dig. 43, 1, 1, 1: quedam restitutoria, quedam exhibitoria, quedam mixta. que et prohibitoria et exhibitoria sunt. — <sup>19</sup> presenti C. — <sup>20</sup> Ita lego ex Dig. 43, 1, 1, 3 - in personalia ipsa sunt habet C. — <sup>21</sup> Ita lego ex Dig. 43, 1, 4 - ex hisdem quoque ad eum pertinent habet C. — <sup>22</sup> In omittit C. — <sup>23</sup> fructuum omittit C. Restitui ex Dig. 43, 1, 3. — <sup>24</sup> Ita legendum est. Actiones C. — <sup>25</sup> Omnia, quae hic leguntur ab: Interdicta erant forme usque ad: accusationes crimina persecuntur extant in solo C: omittunt B. V. — <sup>26</sup> autem omittunt B. V. — <sup>27</sup> Non enim omnia... lex Miscenia solus C. habet, quae ex glossa marginali forsitan irrepserunt. Conf. Dig. 48, 1, 1. Miscenia (pro Miscella) male

scriptor posuit ad leges Iulias, quae in Dig. 48, 1, 1 nominantur significandas. — <sup>28</sup> sunt omittit V. — <sup>29</sup> de V. — <sup>30</sup> Horum quoque alia B. V. — <sup>31</sup> Sunt omittit V. — <sup>32</sup> capitalia omittunt C. V. — <sup>33</sup> astrahunt C. — <sup>34</sup> Accio in factum pretoria tantum habet C. De iurisdictione omnium iudicum tantum B. — <sup>35</sup> in omittit B. — <sup>36</sup> portum C. — <sup>37</sup> C. C. habet C. quingentorum Dig. 2, 1, 7 pr. — <sup>38</sup> id omittit C. V. — <sup>39</sup> infra annum... tempora. actionibus habet solus B. — <sup>40</sup> Sed neque... l. ult. habet solus C. Haec, et quae extant in B. forsitan ex marginalibus adnotationibus irrepserunt. Vide tamen § sequentem, in fine. — <sup>41</sup> Si quis... obtemperaverit B. Accio in factum pretoria C. Si quis... pretoria R. V. — <sup>42</sup> dicit vel dixit V. — <sup>43</sup> infra annum tantum omittit C. Vide not. 80. — <sup>44</sup> res omittit V. — <sup>45</sup> Si quis ius B.; De iurisdictione o. Si quis ius dicenti non obtempera. V.; Si quis iudi. n. ob. C. - Praeterea C habet: Intra annum tantum datur, sicut et alie plerumque [pretorie] actiones, ut Instit. de perpe. et tp. ac. [Inst. 4, 12, pr.]. Haec fere habet B. in fine praecedentis §. — <sup>46</sup> De in ius vocando R. B. Rubricam non habet C. — <sup>47</sup> eum libertum V.; libertos C. — <sup>48</sup> vel C. — <sup>49</sup> in ius temere vocaverit B. V.; post vocaverit C. ponit intra annum. — <sup>50</sup> in factum omittit C. — <sup>51</sup> herede B. — <sup>52</sup> continent C. V. — <sup>53</sup> in omittit B. — <sup>54</sup> l. omittit C. — <sup>55</sup> Que accio... ex ea lege In eum habet solus C., forsitan ex marginali adnotatione.



V. **Accio in factum pretoria. Ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat.**<sup>1</sup>

Qui vi eximit eum<sup>2</sup> qui in ius vocatur, penali iudicio<sup>3</sup> intra annum<sup>4</sup> tenetur actori<sup>5</sup>, quo non id quod in veritate est continetur<sup>6</sup>, sed quanti ea res ab actore<sup>7</sup> fuerit estimata: heredibus autem ita demum datur, si eorum intersit, ut D. ne quis eum qui in ius voc. l. si per alium.<sup>8</sup> [D. 2, 7, 5].

VI. **Accio in factum pretoria. De eo per quem factum erit quominus quis in iudicio sistat.**<sup>9</sup>

Penalis actio datur<sup>10</sup> in eum, cuius dolo factum est quominus quis in<sup>11</sup> iudicio sistat; per quam consequitur<sup>12</sup> actor<sup>13</sup> quanti sua interest, intra annum tantum<sup>14</sup>, ut D. de eo per quem factum est<sup>15</sup> l. l. [D. 2, 10, 1.]<sup>16</sup>

VII. **Accio in factum pretoria. De edendo. R.**<sup>17</sup>

Qui tibi rationes non edidit, quanti tua interfuit tibi<sup>18</sup> prestabit per accionem penalem in factum<sup>19</sup>, que infra annum tantum datur<sup>20</sup>, ut D. de edendo l. ult. [D. 2, 13, 13.]

VIII. **Accio negotiorum gestorum bone fidei. De negotiis gestis. R.**<sup>21</sup>

Hec accio datur<sup>22</sup> in eum, qui negotiis alienis<sup>23</sup> gerendis se inmiscuit sponte vel necessitate urgente<sup>24</sup> sive etiam<sup>25</sup> necessitatis suspitione.<sup>26</sup> In qua veniunt ea que absunt<sup>27</sup> dolo vel culpa eius lata et levi; quandoque tamen de solo dolo tenetur<sup>28</sup>, veluti si accessit ad negotia deserta, ut D. de neg. gest. ait pretor.<sup>29</sup> [D. 3, 5, 3.] Quandoque etiam de gerendis<sup>30</sup>, si alius diligens<sup>31</sup>

<sup>1</sup> Accio in.... qui in ius V; Accio.... pretoria C; Ne quis.... eximat B. — <sup>2</sup> eum eximit V. — <sup>3</sup> in factum, penal. accio C.; penali accione vel iudicio V. — <sup>4</sup> intra annum omittit V. — <sup>5</sup> auctori V. — <sup>6</sup> continet C. — <sup>7</sup> ab auctore ea res V. — <sup>8</sup> ne quis eum qui. Si per alium B; ne quis eum. super eum V. qui haec etiam adicit: *Omnes autem acciones pretoriae pene persecutoriae sunt annales, excepta accione furti manifesti, que perpetua est*, ex marginali adnotatione. Vide supra §§ II et III in fine. — <sup>9</sup> Accio in factum pretoria C.; De eo per quem factum est quominus B.; Accio in factum pretoria. de eo per quem factum erit ne quis in iudicio sus V. — <sup>10</sup> datur reo C. — <sup>11</sup> quis in omittit B.; iudicio quis sistat V. — <sup>12</sup> sequitur B. — <sup>13</sup> ille C. — <sup>14</sup> tantum omittit C. — <sup>15</sup> est omittit B. — <sup>16</sup> Haec adicit C.: *Sed actori competit accio in factum ex hoc edicto quanti interfuit in iudicio fururi (?), ut D. e. l. ex hec (corrigere hoc) [D. 2, 10, 3].* — <sup>17</sup> Accio in factum pretoria C.; De edendo R. B. Accio.... de edendo V. — <sup>18</sup> interest B. V. — <sup>19</sup> in factum omittit V. — <sup>20</sup> durat C. V. — <sup>21</sup> De neg. gestis R. B.; Negotiorum gestorum bone fidei C.; Actio negotiorum gestorum. De negotiis gestis V. — <sup>22</sup> datur hic non habet C. — <sup>23</sup> alterius V. — <sup>24</sup> cogente C. — <sup>25</sup> aut C. V. — <sup>26</sup> suspitionis datur C. — <sup>27</sup> sunt B. — <sup>28</sup> .... vel culpa eius, diligentiam etiam debet, quamvis de solo dolo tenetur quandoque C.; quandoque tantum

ea gesturus fuerat, ut D. eod. si pupilli [D. 3, 5, 5, 14 (6, 12)]. Interdum et<sup>32</sup> casum prestat, veluti si novum negotium, quod absens gesturus non erat<sup>33</sup>, tu eius nomine<sup>34</sup> geras, ut D. eod. si negotia<sup>35</sup> [D. 3, 5, 10 (11)]. Contraria autem neg. g. accio<sup>36</sup> datur gestori,<sup>37</sup> per quam consequitur quicquid ei<sup>38</sup> abest vel abfuturum<sup>39</sup> est propter negotium illius<sup>40</sup>, quamvis non sit<sup>41</sup> utiliter<sup>42</sup> gestum, dummodo fuerit utiliter<sup>43</sup> ceptum, ut D. eod.<sup>44</sup> sed an ultro [D. 3, 5, 9 (10), 1.]

VIII. **Accio in factum pretoria. De calumpniantoribus. R.**<sup>45</sup>

In eum qui ut<sup>46</sup> calumpnie causa negotium alicui<sup>47</sup> faceret, vel non faceret, pecuniam accepit, intra annum in quadruplum, post annum<sup>48</sup> in simplum, in factum accio<sup>49</sup> mixta competit. Heredibus non datur, quia sufficit quod<sup>50</sup> eam pecuniam, quam defunctus<sup>51</sup> dedit, repetere possunt<sup>52</sup> conditione ob turpem causam. In heredem<sup>53</sup> autem competit in id quod ad eum<sup>54</sup> pervenit; nam constitutum est turpia lucra heredibus quoque extorqueri, licet crimina extinguantur,<sup>55</sup> ut D. calumpniantoribus l. I. hec accio, l. in heredem<sup>56</sup> [D. 3, 6, 1 et 4 et 5].

X. **Accio quod metus causa pretoria arbitraria. R.**<sup>57</sup>

Hac accione<sup>58</sup> utitur, qui propter<sup>59</sup> instantem metum aliquid tradidit<sup>60</sup> vel promisit, adversus eum qui<sup>61</sup> metum intulit, vel apud quem pervenit, quia in rem scripta est<sup>62</sup>, ut D. quod metus causa. l. metum [D. 4, 2, 9, 8].<sup>63</sup> In quadruplum datur<sup>64</sup> infra annum utilem<sup>65</sup> nisi iudici arbitranti rem restitui pareatur;<sup>66</sup> post annum in simplum, nisi alia actio<sup>67</sup> supersit, ut C. tit. eod. l.<sup>68</sup>

de solo dolo tenetur R. — <sup>29</sup> § III inserit C; male, hic enim citatur § 9. — <sup>30</sup> etiam omittit B. V.; de diligentia B. V. — <sup>31</sup> diligentior C. diligentior eo V. — <sup>32</sup> etiam C. — <sup>33</sup> fuerat B. — <sup>34</sup> nomine eius V.; eius omittit B. — <sup>35</sup> negotium C. — <sup>36</sup> accio neg. g. V.; vero accio C. — <sup>37</sup> datur gestori omittit V. — <sup>38</sup> ei omittit C. — <sup>39</sup> absentium B. — <sup>40</sup> eius V. — <sup>41</sup> fuerit B. — <sup>42</sup> quamvis sit inutiliter V. — <sup>43</sup> sit utiliter V.; utiliter omittunt C. B. — <sup>44</sup> eod. omittit B. — <sup>45</sup> Accio in factum pretoria C.; De calumpniantoribus R. B.; litt. R. omittit V. — <sup>46</sup> ut omittit C. — <sup>47</sup> alicui omittit C. — <sup>48</sup> annum omittunt B. C. — <sup>49</sup> accio in factum V. — <sup>50</sup> quod omittit V. — <sup>51</sup> vel defunctus pater V. — <sup>52</sup> posse V.; heredes possunt condicere C. — <sup>53</sup> heredes C. — <sup>54</sup> eos C. — <sup>55</sup> Nam turpia lucra ab heredibus sunt extorquenda, licet crimina extinguantur C.; .... extorquenda.... V; licet crimina extinguantur omittit B. — <sup>56</sup> l. hec accio, l. in heredem omittit C.; l. l. omittit V.; l. I hec accio.... habet B. — <sup>57</sup> .... ad pretoria arbitraria V.; Accio omittit C.; quod metus causa R. habet B. — <sup>58</sup> Accione hac V. — <sup>59</sup> per V. — <sup>60</sup> tradiderit C. — <sup>61</sup> qui pro V. — <sup>62</sup> est omittit B. — <sup>63</sup> metum. Cum autem in rem [id est Dig. 4, 2, 9, 8]. Datur autem in quadruplum V. — <sup>64</sup> datur omittit B. De V. vide superiorem adnotationem. — <sup>65</sup> utilem omittit B. — <sup>66</sup> arbitranti repareatur C. — <sup>67</sup> ratio C.; accusacio V. — <sup>68</sup> tit. et l. omittit V. l. omittit B.

si per vim <sup>1</sup> [C. 2, 19 (20), 4]. In quadruplo autem res ipsa continetur, a cuius persecutione liberatur si res post sententiam <sup>2</sup> intereat eo modo quo erat interitura apud ipsum <sup>3</sup>, quia pena <sup>4</sup> tripli satisfacere cogitur; sin <sup>5</sup> autem ante sententiam, tenebitur, <sup>6</sup> ut D. eod. si cum [D. 4, 2, 14, 10, 11]. Heredibus datur, quia rei habet persecutionem, cum et si annus <sup>7</sup> largiatur in quadruplum <sup>8</sup> experiri potest, ut D. tit. eod. l. ead. <sup>9</sup> [D. 4, 2, 14, 2]. In heredes datur in id quod <sup>10</sup> ad eos pervenit; <sup>11</sup> licet enim pena <sup>12</sup> ad heredes <sup>13</sup> non transeat, attamen <sup>14</sup> quod turpiter quesitum est ad heredes non debet <sup>15</sup> pertinere, ut D. eod. tit. l. quod autem <sup>16</sup> [D. 4, 2, 19].

**XI. Accio de dolo pretoria arbitraria.** <sup>17</sup>

In eum, qui dolum malum adhibuit, si res de qua agitur excedat II. aureos nec alia accio sit, de dolo competit, ut D. de dolo l. I et l. id est <sup>18</sup> [D. 4, 3, 1 et 10]. In qua <sup>19</sup> restitutio comprehenditur, et, nisi fiat restitutio, sequitur condempnatio quanti ea res est, ut D. eod. arbitrio [D. 4, 3, 18]. Infra biennium contestanda et finienda, ut C. eod. l. ult. [C. 2, 20 (21), 8].

**XII. Accio in factum pretoria. De capite minutis** <sup>20</sup>.

In eum qui propter <sup>21</sup> capitis diminutionem minimam <sup>22</sup> accione aliqua <sup>23</sup> liberatus est, in factum accio <sup>24</sup> datur et heredibus et in heredes et perpetuo, per quam <sup>25</sup> pristina <sup>26</sup> causa restituitur in integrum <sup>27</sup>, ut D. de capite <sup>28</sup> min. l. II. [D. 4. 5. 2].

**XIII. Accio pretoria arbitraria rescissoria. Ex quibus causis maiores in integrum restituntur. R.** <sup>29</sup>

Hec accio datur <sup>30</sup> ei, cuius res usu capta est <sup>31</sup> ab eo qui <sup>32</sup> necessitate aberat <sup>33</sup>; et permittitur ei intra <sup>34</sup>

<sup>1</sup> quadruplum B. — <sup>2</sup> post sententiam omittit C. — <sup>3</sup> eo modo interierit quo C.; intereat quomodo B.; eo modo quo res V. — <sup>4</sup> pene B. V. — <sup>5</sup> Hec ita si post litem contestatam (lege condemnationem) interierit. Sin C. — Si, omisso autem, V. — <sup>6</sup> teneatur C. — <sup>7</sup> annum B.; et annus si C. — <sup>8</sup> in quadruplum bis B. — <sup>9</sup> tit. omittit V.; si cum pro l. e. C. — <sup>10</sup> in quantum V. — <sup>11</sup> pervenerit B. — <sup>12</sup> par pena B. — <sup>13</sup> heredem B. cum Dig. 4, 2, 16, 2. — <sup>14</sup> non tamen C. — <sup>15</sup> est quesitum debet ad eos C. — <sup>16</sup> D. et l. omittit C.; qui autem B.; D. e. quod autem V. — <sup>17</sup> malo omittunt C. V.; De dolo malo. R. habet B. — <sup>18</sup> l. I et II idem V.; l. 1 et l... C.; l. 1 et l. idem B. — <sup>19</sup> In qua ratione C. — <sup>20</sup> Accio in factum ap. de capite minutis V; De capite minutis B; Accio in factum pretoria C. — Haec § in C male ante precedentem ponitur. — <sup>21</sup> per V; omittit C. — <sup>22</sup> diminutione C. omisso verbo minima. — <sup>23</sup> aliqua accione C. — <sup>24</sup> accio omittit C. — <sup>25</sup> nunquam C. — <sup>26</sup> prima C. pristinam B. — <sup>27</sup> in integrum omittit V. — <sup>28</sup> capitis V. — <sup>29</sup> Accio pretoria arbitraria rescissoria C; accio rescissoria pretoria ex quibus causis maiores V; Ex quibus causis maiores in integr. r. R. B. — <sup>30</sup> Accio hec datur B; Hec accio

annum, ex quo possessor rei publice causa <sup>35</sup> abesse desierit, eam petere, ut dicat possessorem eam non usu <sup>36</sup> cepisse. Eadem his competit, quorum res usucapta est cum ipsi <sup>37</sup> abessent <sup>38</sup> ex iusta causa, ut Instit. <sup>39</sup> de accionibus [Inst. 4. 6. 5] et D. ex quibus causis maiores in int. rest. l. 1. [D. 4. 6. 1.] Annum autem utilem <sup>40</sup> in hoc casu accipiemus, ut tit. eod. l. ead. <sup>41</sup> [D. 4. 6. 1].

**XIII. De alienatione iudicii mutandi causa facta.**

**Accio in factum pretoria.** <sup>42</sup>

Per hanc accionem consequitur actor <sup>43</sup> ab eo, qui iudicii mutandi causa alienationem fecit, quanti sua interest alium adversarium se non <sup>44</sup> habuisse. Heredi <sup>45</sup> datur hec accio; sed post annum non <sup>46</sup> datur nec in heredem <sup>47</sup>, quamvis <sup>48</sup> penalis non <sup>49</sup> sit, quia ex delicto oriri <sup>50</sup> videtur, ut D. de alienatione iudicii mutandi causa facta <sup>51</sup>, item <sup>52</sup> quia <sup>53</sup> [D. 4. 7. 4 et 7].

**XV. Naute, caupones, stabularii. Accio in factum pretoria.** <sup>54</sup> R.

Naute, caupones <sup>55</sup>, stabularii, nisi id restituant, quod cuiusque salvum fore receperunt <sup>56</sup>, hac accione tenentur <sup>57</sup>, que rei persecutionem continet <sup>58</sup> et <sup>59</sup> heredi et in heredem competit <sup>60</sup> perpetuo; in qua soli fortuiti <sup>61</sup> casus erunt <sup>62</sup> excusati <sup>63</sup>, quibus resisti non potuit, ut D. naute, caupones, sta. l. I. et III. [D. 4. 9. 1 et 3]. Ex maleficiis vero eorum <sup>64</sup>, quorum opera <sup>65</sup> utuntur, datur in eos alia <sup>66</sup> accio in factum, non <sup>67</sup> noxalis, sed directa <sup>68</sup>, que duplum persequitur <sup>69</sup> cum re ipsa; et ideo quamvis <sup>70</sup> heredi datur et perpetua est <sup>71</sup>, in heredem tamen non <sup>72</sup> competit <sup>73</sup>, ut D. eod. l. ult. [D. 4. 9. 7].

**XVI. Accio in factum pretoria.** <sup>74</sup> [De iudice qui litem suam fecit].

Iudex qui dolo malo et in fraudem legis <sup>75</sup> sententiam dixit accione in factum tenetur, ut veram extima-

(omisso datur) C. — <sup>31</sup> est usu capta C. Post est B. hoc glossema: cum abesset ex iusta causa. — <sup>32</sup> qui ex V. — <sup>33</sup> habeatur B. — <sup>34</sup> in B. — <sup>35</sup> causa rei publice habet C. — <sup>36</sup> usu non B. — <sup>37</sup> ipsi omittit B. — <sup>38</sup> abesset B. — <sup>39</sup> in instit. V. — <sup>40</sup> utilem omittit B. — <sup>41</sup> ut C. e. e. C.; ut Infra t. e. l. e. V. — <sup>42</sup> pretoria omittit V; De alienationibus m. iu. causa habet B; Accio in factum pretoria C. — <sup>43</sup> auctor V. — <sup>44</sup> se non omittit C. — <sup>45</sup> non heredi C. — <sup>46</sup> non omittit B. neque V. — <sup>47</sup> heredes V. — <sup>48</sup> cum C. — <sup>49</sup> non omittit C. — <sup>50</sup> ori V. — <sup>51</sup> facta causa C. — <sup>52</sup> l. idem B. — <sup>53</sup> non solum addit B. — <sup>54</sup> pretoria omittit V; Naute caupones stabularii R. habet B.; Accio in factum pretoria C. — <sup>55</sup> caupone C. — <sup>56</sup> recipiunt C. — <sup>57</sup> tenetur B. — <sup>58</sup> continent C. — <sup>59</sup> et omittit B. — <sup>60</sup> datur V. — <sup>61</sup> fortuiti B. — <sup>62</sup> et h. e. i. h. c. p. i. q. s. f. c. erunt omittit C. — <sup>63</sup> excusati erunt V. — <sup>64</sup> ipsorum V. — <sup>65</sup> opera eorum C. — <sup>66</sup> alia omittit V. — <sup>67</sup> non omittit V. — <sup>68</sup> non n. s. directa omittit C. — <sup>69</sup> consequitur V. — <sup>70</sup> quamvis omittit B. — <sup>71</sup> sit B. V. — <sup>72</sup> non omittit C. — <sup>73</sup> nam et servorum nomine dumtaxat noxalis datur hic inserit C. — <sup>74</sup> Hanc § habet solus C. — <sup>75</sup> et in fraudem legis non hic sed post tenetur ponit. C.



tionem litis prestare cogatur, ut D. de iudit. filius familias [D. 5, 1, 15]. Si vero per imprudentiam<sup>1</sup>, in quantum de ea re equum religioni alterius iudicantis videbitur, penam sustinebit, ut Instit. de acc. que<sup>2</sup> ex delie. nas. [Inst. 4, 5, pr.]. Que accio heredi quidem datur; adversus heredem autem non competit, ut Instit. de acc. que<sup>3</sup> ex delie. [Inst. 4, 5, pr.] et D. de iudic. Iul. autem [D. 5, 1, 16].

XVII. **Petitio hereditatis bone fidei.**<sup>4</sup>

Ei<sup>5</sup> competit hec accio, qui heres est<sup>6</sup> veteri iure vel novo, sive ex parte<sup>7</sup> sive ex toto<sup>8</sup>. In eum datur qui possidet<sup>9</sup> ius vel rem hereditariam, licet minimam<sup>10</sup>, pro herede vel pro possessore, ut D. de petitione hered. l. I. regulariter. licet.<sup>11</sup> [D. 5, 3, 1 et 9 et 10]. Utilis autem datur etiam<sup>12</sup> adversus eum qui titulo possidet, veluti adversus eum, qui sciens alienam emit<sup>13</sup> hereditatem, et adversus eum, qui a fisco emit hereditatem<sup>14</sup> quasi vacantem<sup>15</sup>, adversus etiam<sup>16</sup> bone fidei emptorem datur cum venditor non comparet<sup>17</sup>, vel<sup>18</sup> modico distraxit<sup>19</sup>, ut D. eod. l. nec ullam [D. 5, 3, 13]. Hac autem accione tenetur bone fidei possessor quatenus factus est<sup>21</sup> locupletior; male fidei possessor<sup>22</sup> dolum et culpam prestat, et<sup>23</sup> ante litem contestatam de fructibus etiam<sup>24</sup> percipiendis tenetur<sup>25</sup>, ut D. eod. l. item l. sed et si<sup>26</sup> [D. 5, 3, 20 et 25].

XVIII. **Petitio hereditatis possessoria pretoria bone fidei.**<sup>27</sup>

Hec accio<sup>28</sup> datur bonorum<sup>29</sup> possessori, qui non est<sup>31</sup> heres, sed loco heredis<sup>31</sup> habendus est; pretor enim neminem facit heredem. Que<sup>32</sup> omnino similis est<sup>33</sup> superiori, ut D. de possessoria hered. petitione<sup>34</sup> l. I. et II. [D. 5, 5, 1 et 2].

<sup>1</sup> *inprudens* C. — <sup>2</sup> *De obligationibus que quasi scrib.* — <sup>3</sup> Cfr. adnot. prae. — <sup>4</sup> *De petitione hereditatis* B; *De petitione hereditatis § peticio hereditatis bone fidei* V. — <sup>5</sup> *Ei qui habet* C. — <sup>6</sup> *est* omittit B. — <sup>7</sup> *sive ex parte* omittit C. — <sup>8</sup> *exterior* C. — <sup>9</sup> *vel inserit* C. — <sup>10</sup> *res hereditarias (omissis licet minimam)* V. — <sup>11</sup> *regulariter. licet* omittit C. — <sup>12</sup> *et* C. — <sup>13</sup> *emit alienam* B. C. — <sup>14</sup> *hereditatem* omittit C. — <sup>15</sup> *et inserit* V. — <sup>16</sup> *etiam* omittit V. — <sup>17</sup> *compareo* V. — <sup>18</sup> *et* C. — <sup>19</sup> *distraxit* C; *distraxit* B; *distracta sit vel a fisco empta fuerit* V. — <sup>20</sup> *t. e.* C. — <sup>21</sup> *factus est* omittit V.; *est factus* habet B. — <sup>22</sup> *possessor* omittit C. — <sup>23</sup> *etiam* B. — <sup>24</sup> *et* V. — <sup>25</sup> *de f. e. p. tenetur* omittit C. — <sup>26</sup> *l. item sed si* V.; *D. e. sed etsi* C. — <sup>27</sup> Hunc titulum C. per errorem librarii § sequenti praeponitur, et titulum illius § hic collocatur; B. habet *de possessoria hereditatis petitione* R.; V. *de possessoria hereditatis p. § peticio hereditatis pretoria.* — <sup>28</sup> *accio* omittit B. — <sup>29</sup> *bone fidei* V. — <sup>30</sup> *est* deest in B. C. — <sup>31</sup> *pro herede* C. — <sup>32</sup> *Quam* B. — <sup>33</sup> *est* omittunt B. C. — <sup>34</sup> *de p. hereditate* V. — <sup>35</sup> De C. vide adnotata ad superiorem rubricam; B. habet *De fideicommissarie hereditatis petitione* R; V: *De fideicommissaria hr. pe. § fideicommiss.* — <sup>36</sup> *cui iam* C. —

XVIII. **Petitio hereditatis fideicommissaria pretoria bone fidei.**<sup>35</sup>

Ex ordine occurrit accio ista, que ei datur cui<sup>36</sup> hereditas iam<sup>37</sup> restituta est, que eadem<sup>38</sup> recipit, que petitio hereditatis civilis, ut D. de fideicommissaria hered. petit.<sup>39</sup> l. I. et II. [D. 5, 6, 1 et 2].

XX. **De rei vindicatione. R. Accio in rem arbitraria.**<sup>40</sup>

In rem accio<sup>41</sup> directa ei competit, qui aut<sup>42</sup> iure gentium aut iure<sup>43</sup> civili<sup>44</sup> dominium<sup>45</sup> acquisivit, ut D. de rei vindicatione, in rem accio [D. 6, 1, 23]. Utilis datur ei qui dominus non est, sed loco domini habetur,<sup>46</sup> veluti ei qui fundum conduxit a municipibus<sup>47</sup> et ei<sup>48</sup> qui superfitem habet in solo<sup>49</sup> alieno, preterea ei<sup>50</sup> cuius arbor in alienum agrum translata radices immisit<sup>51</sup> et ei, cuius fuit tabula<sup>52</sup>, adversus pictorem, cuius<sup>53</sup> pictura prevalet, ut D. de rei vindic.<sup>54</sup> l. 55 idem. [D. 6, 1, 5] si ager vectigalis l. I [D. 6, 3, 1] et D. de superfiteibus<sup>56</sup> l. I [D. 43, 18, 1] et<sup>57</sup> in Instit. de rerum divisione [Inst. 2, 1, 34]. Hac accione tenentur omnes, qui restituendi facultatem habent<sup>58</sup>, ut D. de rei vindic. l. 59 offitium [D. 6, 1, 9]. Quod si quis<sup>60</sup> iudici arbitranti et<sup>61</sup> iubenti rem restitui non pareat, res est ei auferenda manu militari, aut si actor velit in litem iurabit, sicut et cum dolo rem posse restituere desiit<sup>62</sup>; sin<sup>63</sup> autem culpa, si quidem ante litem contestatam, non tenetur;<sup>64</sup> si post,<sup>65</sup> quanti ea res est condempnatur, scilicet cum petitor eam<sup>66</sup> distracturus fuerat, ut D. eod. qui restituere. item. si verberatum<sup>67</sup> [6, 1, 68 et 15]. Hac<sup>68</sup> accione peti possunt<sup>69</sup> omnes res<sup>70</sup> corporales, sive<sup>71</sup> mobiles sive immobiles<sup>72</sup>, ut D. eod. l. I [D. 6, 1, 1]<sup>73</sup>.

<sup>37</sup> *iam* hic non habet C. — <sup>38</sup> *eademque* V. — <sup>39</sup> *de fideicom. hr. p. B.; de petit. hered. fideicommiss. V.* — <sup>40</sup> *De rei vindicatione R B; De rei ven. in rem arbitraria accio V; Accio in factum pretoria C.* — <sup>41</sup> *Accio in rem* B. — <sup>42</sup> *aut* omittit B. — <sup>43</sup> *iure* omittit V. — <sup>44</sup> *aut iure civili aut iure gentium* C. — <sup>45</sup> *dominium* omittit C. — <sup>46</sup> *habendus est* C. — <sup>47</sup> *a municipibus* deest in C., *vacuo spatio relicto; a munitibus* B. — <sup>48</sup> *ei* omittit V. — <sup>49</sup> *fundo* C. — <sup>50</sup> *eius* V.; omittit C. — <sup>51</sup> *transmisit (?) radices* C. — <sup>52</sup> *tabula fuit* C. — <sup>53</sup> *cum* B. V. — <sup>54</sup> *Omnia, quae sequuntur usque ad offitium, omisit* C. — <sup>55</sup> *l.* omittunt V. B. — <sup>56</sup> *superfite* B. — <sup>57</sup> *et* omittit V. — <sup>58</sup> *habent facultatem* V.; *post habent* B. *inserit interim.* — <sup>59</sup> *ut D. t. e. V.* — <sup>60</sup> *Qui si* B.; *quod si* V. — <sup>61</sup> *et* omittit V. — <sup>62</sup> *Ita* B. et V.; *manu militari cum res apparet et cum dolo possidere rem desiit* C. — <sup>63</sup> *Si* V. — <sup>64</sup> *tenentur* B. V. — <sup>65</sup> *si post litem contestatam* V. — <sup>66</sup> *ea* C. V.; omittit B. — <sup>67</sup> *et l. item qui verbera* V. — <sup>68</sup> *Item quodlibet hac* C. — <sup>69</sup> *potest* C. — <sup>70</sup> *res omnes* C.; *res omisso omnes* B. — <sup>71</sup> *sive* omittit C. — <sup>72</sup> *Post mobiles* B. *adiicit: ad sacra vero loca item religiosa quasi nostra hac accione non petuntur.* — <sup>73</sup> B. *adiicit: in rem* [D. 6, 1, 23, 1].

**XXI. De publiciana in rem accione. R. Accio publiciana pretoria arbitraria.** <sup>1</sup>

Quecumque sunt iuste<sup>2</sup> cause acquirendarum rerum<sup>3</sup>, si ex<sup>4</sup> his causis nacti res alienas bona fide<sup>5</sup> possessionem earum<sup>6</sup> amisimus<sup>7</sup>, a Publicio<sup>8</sup> pretore inventa accione<sup>9</sup> utimur<sup>10</sup>, ut D. de publiciana, l. <sup>11</sup> quecumque. [D. 6, 2, 13]. In qua omnia eadem erunt<sup>12</sup> que in rei vindicatione diximus, ut D. eod. sed et si<sup>13</sup>. [D. 6, 2, 7, 8].

**XXII. Si servitus vendicetur. R. Accio confessoria in rem arbitraria.** <sup>14</sup>

Hec accio competit ei, qui<sup>15</sup> servitatem asserit sibi<sup>16</sup> competere<sup>17</sup>, adversus eum, qui non sinit<sup>18</sup> eum uti servitute, sive sit rei sive sit<sup>19</sup> persone, ut D. si servitus vendicetur l. II [D. 8, 5, 2]; in qua quoque<sup>20</sup> accione in litem iuratur, si iudici iubenti non pareatur, ut D. eod. l. harum. [D. 8, 5, 7].

**XXIII. Negatoria in rem arbitraria. R.** <sup>21</sup>

Hac accione utitur possessor<sup>22</sup> fundi vel domus<sup>23</sup> negans alii ius esse in ea re. Quod genus accionis in<sup>24</sup> controversia rerum corporalium proditum non est<sup>25</sup>, ut in Instit. de accion. § et contra<sup>26</sup> [I. 4. 6. 2].

**XXIII. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. R. Accio de pauperie** <sup>27</sup>.

Per hanc accionem consequimur quadrupedem, que<sup>28</sup> nobis dampnum dedit contra naturam<sup>29</sup>, aut dampnum nobis illatum<sup>30</sup>; qua tenetur qui dominus est quadrupedis vel eius heres, non quia heres<sup>31</sup>, sed quia dominus est, ut D. si quadrupes pa. fe. l. I [D. 9. 1. 1]. Sunt preterea edilitie acciones quibus tenetur<sup>32</sup> qui canem, verrem

<sup>1</sup> De Public. in rem accione R. B.; De publiciana § accio public. V.; Publiciana pretoria arbitraria C. — <sup>2</sup> iuste sunt B. — <sup>3</sup> rerum acquirendarum V. — <sup>4</sup> ex omittit B. his ex V. — <sup>5</sup> bone fidei V. — <sup>6</sup> earum omittit V. — <sup>7</sup> Quicumque iustam causam habuit querendarum rerum, quamvis res aliene sunt, si habere possessionem amisit C. — <sup>8</sup> Publico V.; pup. co C. — <sup>9</sup> accione inventa V. — <sup>10</sup> utuntur B. — <sup>11</sup> l. omittunt B. C. — <sup>12</sup> eadem erunt omnia V.; a. q. eadem erunt C. — <sup>13</sup> D. e. l. I V.; D. e. sed et si C. — <sup>14</sup> Si servitus vendicetur R. B.; Si servitus vendicetur Accio confessoria in rem V.; Confessoria in rem arbitraria C. — <sup>15</sup> qui in C. — <sup>16</sup> sibi asserit V.; asserit omittit C. — <sup>17</sup> competente C. — <sup>18</sup> permittit C. — <sup>19</sup> sit omittit V. — <sup>20</sup> in quacumque V.; in qualicumque C. — <sup>21</sup> Negatoria in rem R. B.; t. e C. Negatoria in rem V.; Negatoria in rem arbitraria C. — <sup>22</sup> vel inserit C. — <sup>23</sup> dominus V. — <sup>24</sup> accionis non est in B. V.; accionis non in C. — <sup>25</sup> proditum est C.; proditum non est ex Inst. 4, 6, 2 restitui; desunt haec verba in B. V., de quibus vide superiorem adnotationem. — <sup>26</sup> Ita V. et recte secundum quosdam codices manuscriptos Institutionum; § IIII B.; omittit C. — <sup>27</sup> Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur R. B.; Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur § Accio de pauperie V.; Accio de pauperie C. — <sup>28</sup> qui V. — <sup>29</sup> contra naturam omittit C. — <sup>30</sup> illatum est V. — <sup>31</sup> heres est B. — <sup>32</sup> tenetur omittit C. —

aprum, ursum, lupum, panteram<sup>33</sup>, leonem<sup>34</sup> aliudve<sup>35</sup> animal, quod<sup>36</sup> noceat, qua<sup>37</sup> vulgo iter fiat<sup>38</sup> habuit<sup>39</sup>. Si liber homo perierit ex ea re in C.C. <sup>40</sup> solidos, <sup>41</sup> si nocitum erit libero<sup>42</sup> homini, quanti<sup>43</sup> bonum et equum iudici videbitur, ceterarum<sup>44</sup> rerum, quanti dampnum datum factumve erit dupli fiet condempnatio, ut D. de edilitio edicto <sup>45</sup> l. <sup>46</sup> vel fratres <sup>47</sup> et qua <sup>48</sup> [D. 21. 1. 29 et 40 et 41 et 42].

**XXV. Ad legem Aquiliam. Actio legis Aquilie. R.** <sup>49</sup>

Qui hominem alienum alienamve quadrupedem, que in pecudum numero<sup>50</sup> sit, culpa<sup>51</sup> occiderit, tenetur lege Aquilia, quanti ea res plurimi fuit in eo<sup>52</sup> anno; de omni cetero dampno tenebitur<sup>53</sup> quanti ea res plurimi fuerit illi<sup>54</sup> proximis retro<sup>55</sup> XXX. diebus. Directa tunc locum habet<sup>56</sup>, cum corpore tuo corpus leseris<sup>57</sup>; utilis, cum non corpore, sed alio modo; sed si<sup>58</sup> non corpore<sup>59</sup> dampnum datum fuerit<sup>60</sup> neque corpus lesum fuerit<sup>61</sup>, sed alio modo<sup>62</sup> contigerit<sup>63</sup> dampnum, in factum accio datur<sup>64</sup> in subsidium, ut in<sup>65</sup> Instit. de lege Aquilia [I. 4. 3. in f.]. Venit autem<sup>66</sup> in his culpa etiam<sup>67</sup> levissima, ut D. ad legem Aquiliam<sup>68</sup> in lege [D. 9. 2. 44]. Quibus persequimur<sup>69</sup> a confitente simplum, a negante duplum si convictus fuerit, non autem si iusiurandum adversario detulerit<sup>70</sup>, ut D. ad legem Aquiliam<sup>71</sup>. Inde<sup>72</sup> [D. 9. 2. 23], et<sup>73</sup> D. de iureiurando vo. sive ne. l. <sup>74</sup> eum qui [D. 12. 2. 30].

**XXVI. De his qui deiecerint vel effuderint accio in factum pretoria** <sup>75</sup>.

In eum, qui habitavit ibi<sup>76</sup>, unde quid deiectum<sup>77</sup> vel effusum est<sup>78</sup> in eo loco, quo<sup>79</sup> vulgo iter fit vel

<sup>33</sup> panteram V. — <sup>34</sup> qui canem, verrem, lupum, aprum, pantheram, ursum, leonem C. — <sup>35</sup> aut aliud C. — <sup>36</sup> qui V. — <sup>37</sup> ea parte qua V.; quo C. — <sup>38</sup> fieri solet C. — <sup>39</sup> habuit omittit C. — <sup>40</sup> M. C. — <sup>41</sup> solo V.; sol. B. C. — <sup>42</sup> liberu V. — <sup>43</sup> quantum V. — <sup>44</sup> ceterarum C.; ceterarum vero V. — <sup>45</sup> accio V. — <sup>46</sup> l. omittunt C. B. — <sup>47</sup> sis B. — <sup>48</sup> quia B. V.; vel quia C. — <sup>49</sup> Ita B.; De lege Aquilia accio legis Aquilie V.; Accio legis Aquilie C. — <sup>50</sup> in numero pecudum C.; in numero quadrupedum pecudum V. — <sup>51</sup> culpa omittit V. — <sup>52</sup> eo in V. — <sup>53</sup> in eo anno tenetur certo dampno C. — <sup>54</sup> illi omittit B. — <sup>55</sup> retro non habent V. C. — <sup>56</sup> habet locum V. — <sup>57</sup> leditur C. — <sup>58</sup> si omittit V. — <sup>59</sup> sed alio modo sed si non corpore omittit C. — <sup>60</sup> datum fuerit dampnum V. — <sup>61</sup> fuerit omittit C. fuerit lesum habet B. — <sup>62</sup> post modo B. inserit: sed si non corpore — <sup>63</sup> contingit V.; contingerit B.; contitat C. — <sup>64</sup> competit vel datur V. — <sup>65</sup> in omittunt C. V. — <sup>66</sup> autem omittit B. — <sup>67</sup> etiam omittit C. — <sup>68</sup> de lege Aquilia B. V. — <sup>69</sup> consequimur C. — <sup>70</sup> non etiam adversario ius iurandum delatum fuerit V.; non B. — <sup>71</sup> de lege Aquilia B.; post. Aquil. nihil amplius habet V. — <sup>72</sup> in B. — <sup>73</sup> et omittit B. — <sup>74</sup> eo. sive ne. l. omittit C. — <sup>75</sup> pre. B. pretoria omittunt V. C. — <sup>76</sup> ibi habitavit V.; habitavit in eo loco C. — <sup>77</sup> deiectum est C. — <sup>78</sup> est hic omittit C. — <sup>79</sup> quo omittit V.



in quo consistetur <sup>1</sup>, quantum ex ea re dampnum datum fuerit <sup>2</sup> dupli accio perpetuo datur et heredi competit; in heredem vero non datur <sup>3</sup>. Sed si liber homo eo ictu <sup>4</sup> periisse dicitur, L. aureorum iudicio intra annum datur <sup>5</sup>, quod populare est <sup>6</sup> nec heredi nec in heredem datur. Sed si vivet eique <sup>7</sup> nocitum esse dicitur <sup>8</sup>, tanti condemnatur, quanti bonum et equum iudici visum fuerit <sup>9</sup>; que [actio] ipsi erit perpetua, si alius experiatur, annua, nec heredibus iure hereditario competit <sup>10</sup>. In eum vero, qui aliquid positum habet supra eum locum quo iter fit vel in quo consistetur <sup>11</sup>, cuius casus nocere possit, datur hec accio in factum in <sup>12</sup> solidos X. <sup>13</sup>: que accio popularis est; et heredi competit, non in heredem <sup>14</sup>. At si id, quod positum erat <sup>15</sup>, ceciderit et nocuerit <sup>16</sup>, in eum competit accio, qui posuit, nomine dampni <sup>17</sup> ut factum eius <sup>18</sup> coherceatur, qui <sup>19</sup> superiori accione conveniri non potest <sup>20</sup>, qua tenetur solus dominus vel inhabitator; hac tenetur <sup>21</sup> directo qui posuit <sup>22</sup> in subgrunda vel protecto <sup>23</sup>, utiliter et <sup>24</sup> qui alias posuit, si <sup>25</sup> id ceciderit et nocuerit, veluti in <sup>26</sup> pergula; que accio <sup>27</sup> similis est illi <sup>28</sup> accioni, que datur in subsidium legis Aquilie, ut D. de his qui effuderint vel deiecerint <sup>29</sup> l. si vero [D. 9. 3. 1. et 5].

**XXVII. Accio finium regundorum. R. <sup>30</sup>**

Hec accio competit his, qui predia rustica confinia habent <sup>31</sup>, ad fines regundos <sup>32</sup> et terminandos <sup>33</sup>, si questio emergat de finibus; que quidem personalis <sup>34</sup> est, licet pro vindicatione rei fiat <sup>35</sup>. Nam qui dicit fines <sup>36</sup> sui agri usque ad terminum illum <sup>37</sup> extendi, eam partem fundi ad se pertinere dicit <sup>38</sup>, ut D. <sup>39</sup> finium regundorum l. I et II [D. 10. 1. 1 et 2].

<sup>1</sup> iter fieri solet hoc ius quo consistetur C. — <sup>2</sup> erit B. — <sup>3</sup> et heredi... usque ad non datur deet in B. et V. Nescio an sit glossema. — <sup>4</sup> eo ictu omittit V. — <sup>5</sup> datur intra annum C. V. — <sup>6</sup> plura esse B.; est et V. — <sup>7</sup> si vivit et ei V.; si vivet ei qui B. — <sup>8</sup> dicatur V. — <sup>9</sup> quantum fuerit visum iudicanti B.; Sed si vivet... usque ad visum fuerit omittit C. — <sup>10</sup> que [actio] ipsi... usque ad competit omittunt B. V.; C. habet: Sed finire (?) que ipsa erit perpetua si alius experiatur annua nec heredibus in re hereditaria competit. — <sup>11</sup> vel consistit C. — <sup>12</sup> ad B. — <sup>13</sup> in X solidos C. — <sup>14</sup> et heredi competit non in heredem omittit C. — <sup>15</sup> post erat B. inserit quod. — <sup>16</sup> ceciderat et nocuit B.; et alicui nocuit V. — <sup>17</sup> dampni infecti V. — <sup>18</sup> eius factum C. — <sup>19</sup> qui omittit C. — <sup>20</sup> non potest conveniri C.; non tenetur V. — <sup>21</sup> vel eius habitator hactenus C.; tenentur B.; — <sup>22</sup> supposuit B. — <sup>23</sup> subfecto C. — <sup>24</sup> et omittit B. — <sup>25</sup> si omittit B. — <sup>26</sup> vel cum C. — <sup>27</sup> post accio C. inserit: heredi competit sed non in heredem. — <sup>28</sup> ei est V. — <sup>29</sup> vel deiecerint omittit C. — <sup>30</sup> Ita B.; finium regundorum C.V. — <sup>31</sup> habent confinia C. — <sup>32</sup> et regendos V.; regendos C. — <sup>33</sup> determinandos C. B. — <sup>34</sup> personale B. — <sup>35</sup> per rei vindicationem fiat V.; pro venditore fit rei C. — <sup>36</sup> finem C. — <sup>37</sup> illum agrum C. — <sup>38</sup> dicit pertinere B. — <sup>39</sup> de inserit V. — <sup>40</sup> Familie herciscunde accio R. B.; Familie herciscunde bone fidei C.; Accione familie herciscunde V. — <sup>41</sup> a communione omittit V. — <sup>42</sup> recedere V.

**XXVIII. Familie herciscunde accio bone fidei. R. <sup>40</sup>**

Coheredibus volentibus a communione <sup>41</sup> discedere <sup>42</sup> hec accio <sup>43</sup> inventa est, que ei quoque competit, qui suam partem non <sup>44</sup> possidet, si non <sup>45</sup> negatur esse coheres, ut D. <sup>46</sup> fam. herc. l. I. et II <sup>47</sup>. [D. 10, 2, 1, et 2] <sup>48</sup>.

**XXVIII. Communi dividundo accio bone fidei. <sup>49</sup>**

Hic competit hec accio, quibus res aliqua <sup>50</sup> communis est ex societate, sive eam contraxerint sive in eam inciderint: per quam res ipsa <sup>51</sup> dividitur, ut D. de communi dividundo l. II [D. 10, 3, 2]. In his vero tribus iuditiis <sup>52</sup> permittitur iudici rem alicui ex litigatoribus <sup>53</sup> adiudicare, et <sup>54</sup>, si unius pars pregravari <sup>55</sup> videbitur, eum invicem certa pecunia <sup>56</sup> alteri condemnare, ut in Instit. de action. quedam ac. <sup>57</sup> [I. 4, 6, 20]. In quibus personales quoque <sup>58</sup> prestationes veniunt, ideoque <sup>59</sup> mixte acciones, in rem scilicet et in personam, appellantur, ut Instit. eod. <sup>60</sup>.

**XXX. Ad exhibendum accio arbitraria. R. <sup>61</sup>**

Accione ad exhibendum agit is <sup>62</sup> cuius interest pecuniariter rem <sup>63</sup> exhiberi, adversus eum qui restituendi habet facultatem <sup>64</sup>; qui in eadem causa rem <sup>65</sup> prestare debet, in qua fuit <sup>66</sup> cum iudicium acciperetur, ut copiam rei habens possit exequi quod <sup>67</sup> destinaverat <sup>68</sup>, ut D. ad exhibendum, si quis hominem <sup>69</sup> [D. 10, 4, 17]. At si rem exhibeat in eadem causa, sed <sup>70</sup> deteriorem, in factum <sup>71</sup> tenetur, ut D. eod. l. in hac <sup>72</sup> [D. 10, 4, 3] et <sup>73</sup> C. eod. exhibicio. <sup>74</sup> [C. 3, 42, 7]. Ob dolum in litem iuratur, ut C. eod. <sup>75</sup> l. <sup>76</sup> non ignorabit <sup>77</sup> [C. 3, 42, 4]. Ob culpam ad interesse condemnatur. Est autem <sup>78</sup>

— <sup>43</sup> hec accio omittit B. — <sup>44</sup> non omittit B. — <sup>45</sup> sive B. — <sup>46</sup> de B. C. — <sup>47</sup> l. I. C. et V.; l. II B. — <sup>48</sup> Hic in fine § haec habet C.: In re communi sive ex hereditate sive ex alia causa culpa venit que in faciendo est, ut D. fam. herc. l. heredes [hr. Cod.] [D. 10, 2, 25] et communi divi. In hoc iu. [D. 10, 3, 14] et D. de reg. iur. ver. (?) Contractus [D. 50, 17, 23]. — <sup>49</sup> Ita B.; Communi dividundo V. C. — <sup>50</sup> aliqua omittit B. — <sup>51</sup> ipsa res C. — <sup>52</sup> iuditiis B. — <sup>53</sup> litigantibus B.; alicui iudici rem C. — <sup>54</sup> sed C. — <sup>55</sup> pregravare B. — <sup>56</sup> peccata B.; certam pecuniam C. — <sup>57</sup> in Instit. e. V.;... quedam ac. B. C. — <sup>58</sup> quoque omittit C.; quoque personales V. — <sup>59</sup> ideo V. — <sup>60</sup> in Instit. e. V.; Instit. de actionibus C. — <sup>61</sup> Ad exhibendum accio R. B.; ad exhibendum arbitraria V.; ad exhibendum C. — <sup>62</sup> Accionem ad exhibendum habet B.; Accione ad exhibendum agitur V. h. in verbo exhibere saepius omittunt V. C. — <sup>63</sup> pecuniam vel rem C. — <sup>64</sup> habet facultatem restituendi C. — <sup>65</sup> rem omittit V. — <sup>66</sup> fuerit V. — <sup>67</sup> qui V. — <sup>68</sup> destinatur C. — <sup>69</sup> hominem omittit C.; homines habet V.; hominum B. — <sup>70</sup> si vero factam C. — <sup>71</sup> in factum omittit C. — <sup>72</sup> D. in hac V. — <sup>73</sup> et omittunt B. C. — <sup>74</sup> Exhibita B.; Exhibetur C.; Exhibicionis legendum est. — <sup>75</sup> ad exhiben. C. — <sup>76</sup> l. omittunt C. V. — <sup>77</sup> ignoro. B. C.; igitur V. — <sup>78</sup> Et autem V.; Culpa autem est accio ista C.

personalis hec accio<sup>1</sup>, quamvis<sup>2</sup> propter<sup>3</sup> vindicationem sit introducta, ut D. eod. l. I et III<sup>4</sup> [10, 4, 1 et 3].

**XXXI. De interrogationibus. Accio interrogatoria R.**<sup>5</sup>

Hec accio datur in eum, qui in<sup>6</sup> iure interrogatus confessus est, ut perinde condempnetur ac<sup>7</sup> si verum sit id, de quo confessus est; veluti si confessus est se esse heredem,<sup>8</sup> iam non queretur<sup>9</sup> an sit heres, sed an confessus fuerit<sup>10</sup>, et perinde convenietur<sup>11</sup> ac si<sup>12</sup> esset heres<sup>13</sup>, quamvis non sit. Erant et olim interrogatorie acciones, quibus cogebatur quis respondere<sup>14</sup> interrogatus, quibus non utimur, ut D. de interrogat. l. 1.<sup>15</sup> I,<sup>16</sup> [D. 11, 1, 1, 1].

**XXXII. De servo corrupto accio R.**<sup>17</sup>

In eum, qui alienum servum<sup>18</sup> persuadendo vel etiam<sup>19</sup> laudando dolo malo<sup>20</sup> deteriorem fecit<sup>21</sup>, quantum<sup>22</sup> dampni dominus senserit, tanti iudicium datur<sup>23</sup> in duplum, ut D. de servo corrupto l. I, l. in hoc<sup>24</sup> [D. 11, 2, 1 et 10].

**XXXIII. Si mensur falsum modum dixerit. Accio in factum pretoria.**<sup>25</sup>

Qui mensuram alicuius rei falsam<sup>26</sup> renuntiavit dolo malo hac accione<sup>27</sup> tenetur ad interesse ei, cuius interest<sup>28</sup> falsum modum non esse renuntiatum, ut D. si mensur falsum modum l. I. si duobus. si mensur [D. 11, 6, 1 et 3 et 5]. Et quia<sup>29</sup> ex malefitio est, noxalis enim datur<sup>30</sup> nomine servi, quamvis negotium gerendum suscipiatur<sup>31</sup>, in heredem<sup>32</sup> non datur, ut D. eod. l. 33 si duobus [D. 11, 6, 3].

**XXXIII. De religiosis. Accio in factum pretoria**<sup>34</sup> **R.**

Accione ista<sup>35</sup> tenetur, qui mortuum hominem<sup>36</sup> vel ossa<sup>37</sup> hominis mortui<sup>38</sup> in locum purum alterius aut in

<sup>1</sup> accio hec B.; omittit C. — <sup>2</sup> que C. — <sup>3</sup> rei inserit V. — <sup>4</sup> et II B. V. — <sup>5</sup> Ita B. V.; Accio interrogatoria C. — <sup>6</sup> in omittit B. — <sup>7</sup> tamquam B. V. — <sup>8</sup> heredem esse V. — <sup>9</sup> queritur V. C. — <sup>10</sup> confessus est se esse heredem C. — <sup>11</sup> conveniatur B.; convincitur C. — <sup>12</sup> tamquam B. V. — <sup>13</sup> heres esset V. — <sup>14</sup> quibus pro quis respondere V. — <sup>15</sup> int. act. C.; interrogatione V. — <sup>16</sup> l. I et ult. B.; l. penult. C. — <sup>17</sup> Ita B.; Accio servi corrupti V.; Accio servi corrupti C. — <sup>18</sup> servum alterius C. V. — <sup>19</sup> aut B. — <sup>20</sup> malo omittit B. — <sup>21</sup> fecerit V. — <sup>22</sup> quanti B. — <sup>23</sup> datur omittit C. — <sup>24</sup> hac C. — <sup>25</sup> Si mensur falsum m. dixerit B.; Si mensur falsum § Accio in factum p. V. Rubricam omittit C. — <sup>26</sup> Ita B.; falsam alicuius rei V.; Qui sciens alicuius rei falsum modum C. melius fortasse. — <sup>27</sup> accione hac B. V. — <sup>28</sup> est interesse V. — <sup>29</sup> Quod quia V.; Qui C. — <sup>30</sup> Com (petit) C. pro enim datur. — <sup>31</sup> suscipiatur regendum V. — <sup>32</sup> Item heredi C. — <sup>33</sup> l. omittunt C. V. — <sup>34</sup> Accio in factum pretoria C. — <sup>35</sup> Ista accione C. — <sup>36</sup> hominem omittit C. — <sup>37</sup> os V. — <sup>38</sup> mortui hominis C. — <sup>39</sup> id in id V. — <sup>40</sup> intulerit V. — <sup>41</sup> sibi non fuerat ius C. — <sup>42</sup> qui V. — <sup>43</sup> loci precium puri prestare V.;

id<sup>39</sup> sepulcrum intulit<sup>40</sup>, in quo ius non fuerat<sup>41</sup>; per quam cogitur aut id tollere quod<sup>42</sup> intulit, aut loci puri pretium prestare<sup>43</sup>, aut, si sepulcrum erat, pene pecuniarie subiacere, scilicet quantum eius intersit, cuius fuerit<sup>44</sup>, vel quantum visum fuerit equum religioni iudicantis, ut D. de religiosis<sup>45</sup>, l. D. et l. is qui [D. 11, 7, 2 et 7]. Que tam heredi quam in heredem competit<sup>46</sup> et est perpetua<sup>47</sup>. Ei quoque qui prohibitus est in eum locum inferre<sup>48</sup>, quo ei ius inferendi esset<sup>49</sup>, in factum accio competit, et liberum est ei aut interdicto statim uti, quo prohibetur ei vis<sup>50</sup> fieri, aut alio inferre [et postea in factum agere]<sup>51</sup>; per quam consequitur quanti eius interfuit prohibitum non esse, in quam computationem<sup>52</sup> cadit loci empti pretium aut conducti merces, item sui loci pretium, quem quis, nisi coactus, religiosum facturum non esset<sup>53</sup>. Que accio in heredes perpetuo competit, ut D. de relig. et sumptibus funerum l. ossa et liber. [D. 11, 7, 8 et 9].

**XXXV. Accio funeraria pretoria.**<sup>54</sup>

Qui funeris causam sumptus factus erit, eius<sup>55</sup> recuperandi nomine<sup>56</sup> in eum, ad quem ea<sup>57</sup> res pertinet, si alia accio non sit, hec accio competit, ut D. de religiosis<sup>58</sup> l. si quis, et si quis impediatur eum § Labeo<sup>59</sup> [D. 11, 7, 12, 2 et 14, 12].

**XXXVI. Interdictum de mortuo inferendo.**<sup>60</sup>

Quo, quave<sup>61</sup> mortuum inferre invito te ei<sup>62</sup> ius est<sup>63</sup>, quominus eo eave<sup>64</sup> mortuum<sup>65</sup> inferre ibi et sepelire liceat, per hoc interdictum vis fieri vetatur<sup>66</sup>, ut D. de mortuo inferendo l. I [D. 11, 8, 1].

**XXXVII. Interdictum de sepulcro edificando.**<sup>67</sup>

Per hoc interdictum vis fieri vetatur volenti sine dolo malo sepulchrum edificare eo loco, quo ei ius est inferendi<sup>68</sup> mortuum, ut D. eod. l. ead<sup>69</sup> [D. 11, 8, 1].

prestare pretium B. — Quae sequuntur usque ad verba religioni iudicantis desunt in B. et V. Nescio an sint Anselmino tribuenda — <sup>44</sup> eius fuerit cuius intersit C — <sup>45</sup> religionis B; relig. et sup [legendum sump (tibus)] C. — <sup>46</sup> Omnia, quae in hac § sequuntur desunt in B. An ea scripserit Anselminus dubitari potest. — <sup>47</sup> Omnia, quae in hac § sequuntur, desunt etiam in V. — <sup>48</sup> inferri C. — <sup>49</sup> non esset C. — <sup>50</sup> prohibitus ei nos C. — <sup>51</sup> haec verba omittit C.; restitui ex D. 11, 7, 9, ubi etiam non omnia sana mihi videntur. — <sup>52</sup> qua computatione C. — <sup>53</sup> est et C. — <sup>54</sup> D. eodem § Accio funeraria V.; Accio funeraria p. habet B.; Accio funeraria C. — <sup>55</sup> sumptus fuerit factus, eius V.; Qui sumptus in funere erogat C. — <sup>56</sup> gratia C. — <sup>57</sup> ea omittit C. — <sup>58</sup> relig. et sup. fun. C. — <sup>59</sup> l. si quis cam § Labeo V.; l. si quis et l. si quis eam C.; l. si quis et si quis eum. Labeo B. — <sup>60</sup> De mortuo ferendo interdictum B; interdictum de mortuo illato V. — <sup>61</sup> Quo itinere, qua via illic V. — <sup>62</sup> invito te ei omittit C. — <sup>63</sup> est ius C. — <sup>64</sup> ei V. — <sup>65</sup> mortuum omittit C. — <sup>66</sup> vetam; C. — <sup>67</sup> Ita V.; T. e. de sepulchro violato interdictum B; Interdictum de sepulchro violato C. — <sup>68</sup> inferendo V. — <sup>69</sup> D. e. C.



XXXVIII. <sup>1</sup> **Si certum petatur. Condictio certi.** <sup>2</sup>

Certi <sup>3</sup> condictio competit <sup>4</sup> ex omni causa, et <sup>5</sup> ex omni <sup>6</sup> obligatione, ex qua certum petitur, <sup>7</sup> ut D. si certum pet. certi condictio [D. 12, 1, 9]. Est et <sup>8</sup> alia accio, que appellatur si certum petatur, <sup>9</sup> que solummodo de pecunia numerata competit, <sup>10</sup> ut D. de triticaria l. I [D. 13, 3, 1]. Et quod <sup>11</sup> hee <sup>12</sup> sint <sup>13</sup> diverse acciones, rubrica est michi argumento. D. <sup>14</sup> si certum pet.

XXXVIII. **De iureiurando voluntario accio in factum pretoria.** <sup>15</sup>

Ei, qui <sup>16</sup> informiter iuravit aliquid sibi dari <sup>17</sup> oportere aut aliquid suum esse, accio in factum datur adversus eum, qui iusiurandum detulit, ut D. de iureiurando l. sed etsi <sup>18</sup> [D. 12, 2, 11]. At si de <sup>19</sup> causa [iuravit], quare <sup>20</sup> sibi dari oporteat, <sup>21</sup> veluti ex venditione, <sup>22</sup> ea accio datur, que ex ea causa oritur, <sup>23</sup> ut D. eod. si duo [D. 12, 2, 13]. <sup>24</sup> Ex alterius quoque iureiurando dabitur alteri accio, ut D. e. si duo [D. 12, 2, 13].

XXXX. **De condictione ob causam datorum.** <sup>25</sup>

Pecunia ob causam futuram data, <sup>26</sup> si causa secuta non fuerit, <sup>27</sup> per hanc conductionem repetitur, si per accipientem steterit, aut <sup>28</sup> dantem <sup>29</sup> re integra penituerit, <sup>30</sup> cum eius gratia tantum negotium <sup>31</sup> gestum erat, ut D. de condict. ob <sup>32</sup> causam dat. l. si peccuniam [D. 12, 4, 5]. <sup>33</sup> Quod si nihil datum fuerit, placuerit autem ut daret, ultro competit accio, que ex hoc contractu oritur id est causa secuta, ut D. e. dedi [D. 12, 4, 3, 4].

<sup>1</sup> Hic B. habet in margine: *Incipit secunda pars.* — <sup>2</sup> Ita B.; *Si certum petatur accio condictio V.; conditio certi R. C.* — <sup>3</sup> *Perti V.*; littera P hic, scribae errore, ex initio praecedentis § depicta. — <sup>4</sup> *competit* hic omittit C. — <sup>5</sup> *et* omittit B. cum D. 12, 1, 9. — <sup>6</sup> *ex omni* omittit V. — <sup>7</sup> *quid debetur vel petitur B.; quid petitur vel debetur V.; certum petitur competit C.* omissa legis D. 12, 1, 9 laudatione. — <sup>8</sup> *et* omittunt B. V. — <sup>9</sup> *sicut pe.* B. — <sup>10</sup> *solummodo ex causa mutui competit de pecunia numerata C.* — <sup>11</sup> *qui V.* — <sup>12</sup> *hee* omittit C. — <sup>13</sup> *sint* post *actiones* transfert V. — <sup>14</sup> *D.* omittit B.; *D. si certum pet.* omittit V. — <sup>15</sup> *De iure i. accio in factum p. B.; De iure iurando volu. accio V.; Accio in factum pretoria C.* — <sup>16</sup> *Si quis B.* — <sup>17</sup> *dare V.* — <sup>18</sup> *Sed si* [D. 12, 2, 11]. — <sup>19</sup> *de* omittunt B. V. *causa aposita vel adiecta V.* — <sup>20</sup> *queritur C. B.* — [iuravit] ex coniectura supplēvi. — <sup>21</sup> *oporteat dare C.; dari* omittit V. — <sup>22</sup> *venditione B. V.; mutuo C.* — <sup>23</sup> *que ea causa oritur C.; que ex ea horitur V.* — <sup>24</sup> Quae sequuntur habet tantum C. Fortasse non sunt Anselmini. — <sup>25</sup> Ita V. (*condicione pro conductione*) et B. (*condicione pro conductione*); *Conditio ob causam datorum C.* — Varias scripturas verbi « condictio » amplius non notabo. — <sup>26</sup> *futuram fuerat data B.; data futura*

XXXXI. **De conductione <sup>34</sup> ob turpem causam.**

Omne quod datur ob turpem causam, si turpitudine ex accipientis tantum <sup>35</sup> parte versatur, <sup>36</sup> etsi res secuta fuerit, hac conductione repetitur, ut D. de condict. ob turpem causam <sup>37</sup> l. I [D. 12, 5, 1].

XXXXII. **De conductione ob iniustam causam.** <sup>38</sup>

Id quod non iusta causa ad aliquem <sup>39</sup> pervenit, aut ad <sup>40</sup> non iustam causam rediit, hac conductione <sup>41</sup> repetitur, ut D. de condict. sine causa. [D. 12, 7, 1, 3].

XXXXIII. **De conductione indebiti.** <sup>42</sup>

Hec condictio competit ei, <sup>43</sup> qui ex quacumque causa indebitum omni iure aut indebitum per exceptionem perpetuam partam <sup>44</sup> eius favore, iusto errore ductus facti vel iuris, <sup>45</sup> solverit. <sup>46</sup> Nam quod tantum <sup>47</sup> naturaliter debetur, <sup>48</sup> cuius nomine petitio non est, per ignorantiam tamen <sup>49</sup> facti solutum <sup>50</sup> non <sup>51</sup> repetitur, ut D. de condict. indebiti l. si pene. <sup>52</sup> [D. 12, 6, 19].

XXXXIII. **De conductione sine causa.** <sup>53</sup>

Hac conductione <sup>54</sup> utitur qui aliquid dedit sine causa, <sup>55</sup> ut D. de condict. sine causa <sup>56</sup> l. I [D. 12, 7, 1]. Sed <sup>57</sup> etsi aliquid meum sit apud te <sup>58</sup> sine causa, eo consumpto competit haec condictio, <sup>59</sup> ut C. eod. l. mala. <sup>60</sup> [C. 4, 9, 3].

XXXXV. **T. e. de incerti conductione.** <sup>61</sup>

Qui sine <sup>62</sup> causa aliquid promisit, hac conductione consequitur ut liberetur, ut D. de condict. sine causa qui sine. <sup>63</sup> [D. 12, 7, 3].

V.; *futuram datur C.* — <sup>27</sup>  *finita non fuerit V.; non fuerit secuta C.* — <sup>28</sup> *aud C.* — <sup>29</sup> *dante te (?) V.* — <sup>30</sup> *penituit C.* — <sup>31</sup> *gratia tantum gratia negotium B.; gratia negotium tantum V.* — <sup>32</sup> *ob* omittit C. cum Dig. — <sup>33</sup> Quae sequuntur habet tantum C.; nec sunt fortasse Anselmini. — <sup>34</sup> *Conditio C.* — <sup>35</sup> *accipientis B.; ex alterius tantum C.* — <sup>36</sup> *versetur B. V.* — <sup>37</sup> *ut D. t. e. C.* — <sup>38</sup> *De conductione ob causam datorum B.; De conductione ob iustam causam V.; Conditio ob iniustam causam C.* — <sup>39</sup> *aliquod V.* — <sup>40</sup> *ob V.* — <sup>41</sup> *accione B. V.* — <sup>42</sup> *et conductione sine causa adiicit C.* — <sup>43</sup> *Conditio ista competit illi C.* — <sup>44</sup> *partem C. V.; parta B.* — <sup>45</sup> *nus pro vel iuris V.* — <sup>46</sup> *solvit C.* — <sup>47</sup> *quamvis C.* — <sup>48</sup> *debeatur C.* — <sup>49</sup> *tantum V.* — <sup>50</sup> *solverit C.* — <sup>51</sup> *non* omittunt B. V. — <sup>52</sup> *si peccuniae B.; D. e. nam et l. sepe C.* — <sup>53</sup> *Conditio incerti C.* — <sup>54</sup> *Accione C.* — <sup>55</sup> Quae sequuntur usque ad *eo consumpto* omittit C. — <sup>56</sup> *e. V.* — <sup>57</sup> *et sed V.* — <sup>58</sup> *restitui ex coniectura; sine causa apre (?) V.* — <sup>59</sup> *accio vel conditio B.* — <sup>60</sup> *qui in fine et l. mala C.* — <sup>61</sup> Omnia, quae sunt in hac §, desunt in C; vide tamen quae supra adnotavi de rubrica § praecedentis. — Rubricam non habet V.; *T. e. de certi conductione B.* — <sup>62</sup> *Quis non* que verba librarius quidam vel studiosus correxit qui *sine B.* — <sup>63</sup> *sine causa V.*

XXXXVI. De conditione furtiva.<sup>1</sup>

Adversus<sup>2</sup> furem eiusque heredem, etsi nichil ad eum pervenit,<sup>3</sup> hec conditio<sup>4</sup> datur, in qua estimatio fit<sup>5</sup> quanti unquam res plurimi<sup>6</sup> fuerit, ex quo<sup>7</sup> subrepta est,<sup>8</sup> ut D. de condit. furti. si pro fure. in re.<sup>9</sup> [D. 13, 1, 7 et 8].

XXXXVII. De conditione<sup>10</sup> ex lege.

Si obligatio lege nova introducta est, nec est cautum<sup>11</sup> quo genere accionis experiamur, ex lege agendum est, ut D. de condit. ex lege. [D. 13, 2, 1].<sup>12</sup>

XXXXVIII. De conditione<sup>13</sup> triticaria.

Omnis res certa<sup>14</sup> ex quacumque causa debita per hanc conditionem<sup>15</sup> petitur<sup>16</sup> preter pecuniam numeratam,<sup>17</sup> ut D. de condit. triticaria l. I [D. 13, 3, 1].

XXXXVIII. Accio de constituta pecunia pretoria.<sup>18</sup>

Qui sine stipulatione promisit se aliquid soluturum, quod ipse vel alius<sup>19</sup> debebat<sup>20</sup>, hac accione tenetur, ut C. de constit. pec. l. II. [C. 4, 18, 2] et D. eod. Quod si<sup>22</sup> [D. 13, 5, 3].

L. Commodati vel contra<sup>23</sup> bone fidei.

Qui rem mobilem vel immobilem, corporalem vel incorporalem<sup>24</sup> ad certum usum petenti<sup>25</sup> concessit utendam<sup>26</sup> hac accione usu finito, si<sup>27</sup> res non restituitur<sup>28</sup> aut<sup>29</sup> deterior facta<sup>30</sup> reddatur<sup>31</sup>, dolo vel culpa etiam levissima<sup>32</sup>, uti<sup>33</sup> potest<sup>34</sup>; interdum ta-

<sup>1</sup> *Conditio furtiva* C.; *de conditione furti* B. — <sup>2</sup> *Conditio furtiva adversus* V. — <sup>3</sup> *eiusque... pervenit* omittit C.; *pervenerit* habet B. — <sup>4</sup> *hec conditio* omittit V. — <sup>5</sup> *fit estimatio* B. — <sup>6</sup> *p'um* V.; *res plurimi* B. C. — <sup>7</sup> *res inserunt* C. V. — <sup>8</sup> *fuit vel est* B. — <sup>9</sup> *si pp. in re* V.; *Si pro fure. In rem* C. Post *in rem* haec adicit C.: « *quae quidem ex maleficio nascitur, ideo nomine servi surripientis noxalis datur, ut D. de condit. fur. Si servus* [D. 13, 1, 4]. Veruntamen quia rei habet persecutionem heredem quoque furis obligat in solidum, non solum quod ad eum pervenit, ut D. e. l. si pro fure et l. in conditione ex. [D. 13, 1, 7 et 9] ». Quae si quis Anselmino tribuat, verba eiusque... pervenit in textu cum C. delenda sunt. — <sup>10</sup> *Conditio* C. — <sup>11</sup> *non est* C. — <sup>12</sup> Haec adicit C.: « *ut in eum qui plus petiit in triplum et in exec utorem qui plus exigit in quadruplum, ut Instit. de act. § tripli. [l. 4, 6, 24]* ». — <sup>13</sup> *Conditio* C. — <sup>14</sup> *preter pecuniam numeratam* hic inserit V. — <sup>15</sup> *accionem* C. — <sup>16</sup> *repetitur* V. — <sup>17</sup> *preter pecuniam numeratam* hic non habet V. — <sup>18</sup> *Pretoria* omittit C.; *actio ante pretoria* ponit V. — <sup>19</sup> *non pro vel alius* B. — <sup>20</sup> *debeat* V. — <sup>21</sup> *e. C.* — <sup>22</sup> *Digestorum laudationem ante Codicis* ponit V. — <sup>23</sup> *vel contra* omittunt C. V. — Variam scripturam *commodati* aut *comodati* non notabo. — <sup>24</sup> *corpoream vel incorporam* B. V. — <sup>25</sup> *precibus* B. C. — <sup>26</sup> *utendum* C. — <sup>27</sup> *aut si* C. — <sup>28</sup> *minime* V. — <sup>29</sup> *non restituitur aut* omittit C. — <sup>30</sup> *facta*

men solus<sup>35</sup> dolus prestatur, ut si<sup>36</sup> tantum gratia sua<sup>37</sup> quis rem<sup>38</sup> commodavit, ut D. commodati l. ut certo [D. 13, 6, 5]. In litem plane iuratur in hac accione<sup>39</sup> ut<sup>40</sup> in ceteris<sup>41</sup> bone fidei iudiciis, ut D. comodati l. I. et l. Sed mihi et l. Si ut et l. In commodato § sicut [D. 13, 6, 1 et 3 et 5 et 17 § 3].<sup>42</sup> Contraria commodati datur de expensis in re ea factis, ut D. e. l. In rebus [D. 13, 6, 18]<sup>43</sup>.

LI. De pignoraticia accione vel contra bone fidei accio.<sup>44</sup>

Hec accio competit debitori ad pignus repetendum<sup>45</sup> soluta pecunia vel alias satisfacto<sup>46</sup>, ut D. de pignor. l. <sup>47</sup> si rem alienam § omnis<sup>48</sup> [D. 13, 7, 9, 3]. Contraria vero creditori competit, si forte in<sup>49</sup> pignore aliquas expensas<sup>50</sup> fecerit, ut D. <sup>51</sup> eod. l. <sup>52</sup> si necessarias<sup>53</sup> [D. 13, 7, 8]; aut si in pignore accipiendo deceptus fuerit, ut D. eod. l. I. Si rem ali. [D. 13, 7, 1 et 9]. Eam vero diligentiam debet<sup>54</sup> creditor in pignore custodiendo, quam diligens pater familias suis rebus adhibet, ut D. eod. <sup>55</sup> l. ea igitur [D. 13, 7, 14].

LII. De exercitoria accione pretoria.<sup>56</sup>

Ei, qui<sup>57</sup> cum libero vel<sup>58</sup> servo ad exercendam navem preposito<sup>59</sup> contraxit, causa eius rei cuius ibi prepositus fuerat<sup>60</sup>, hec accio datur adversus eum<sup>61</sup>, qui preposuit<sup>62</sup>; tamquam cum<sup>63</sup> eo contraxisset<sup>64</sup>, ut D. de exercit. l. I § non autem<sup>65</sup> [14, 1, 1, 7].

LIII. De institoria accione pretoria.<sup>66</sup>

Ei, qui<sup>67</sup> contraxit cum libero vel servo preposito alicui negotiationi<sup>68</sup> causa eius<sup>69</sup> rei, hec accio datur<sup>70</sup>

omittit C. — <sup>31</sup> *restituatur* C. V. — <sup>32</sup> *dolo... levissima* omittit C. — <sup>33</sup> *ita* V. — <sup>34</sup> Post *potest* haec inserit C.: « *In hac accione dolus et culpa venit; diligentia quoque prestanda est talis, qualem diligentissimus adhibet suis rebus.* » Difficile est in hac §, quae sint Anselmini, discernere — <sup>35</sup> *solus* omittit C. — <sup>36</sup> *non* C. — <sup>37</sup> *gratia sua tantum* V. — *sui* C. — <sup>38</sup> *qui res* C. — <sup>39</sup> *accione* omittit B. — <sup>40</sup> *sicut iuratur* B. — <sup>41</sup> *ceteris* omittit V. — <sup>42</sup> Ita C. — B. habet: « *l. I Sed ut in comodati sicut* » — V. habet: *l. I si mihi Incomodum § sicut et l. si iur (?)* — <sup>43</sup> *Contraria* etc. habet tantum C. — <sup>44</sup> *De pignoraticia bone fidei* V.; *Pignoraticia* C. — <sup>45</sup> *recuperandum* C. — <sup>46</sup> *satisfactum* C.; *satisfacta* B. — <sup>47</sup> *l.* omittit V. — <sup>48</sup> *alienam* omittit C.; § *omnis* omittunt B. V. — <sup>49</sup> *non in* B. — <sup>50</sup> *impensas* C. — <sup>51</sup> *D.* omittit B. — <sup>52</sup> *l. II* C., omissis sequentibus verbis usque ad *Eam vero*. — <sup>53</sup> *necessitas* V. — <sup>54</sup> *debet habere* V. — <sup>55</sup> *de pign.* C. — <sup>56</sup> *De exercitoria p. V.*; *Exercitoria pretoria* C. — <sup>57</sup> *Si quis* B. — <sup>58</sup> *et C.* — <sup>59</sup> *preposito* B. — <sup>60</sup> *ibi post fuerat* ponit C. — <sup>61</sup> *datur ei* C. — <sup>62</sup> *posuit* V. — <sup>63</sup> *si* C. — <sup>64</sup> *contraxerit* V. — <sup>65</sup> *non causa eius rei* C. — <sup>66</sup> *De institoria accione p. B.*; *De institoria* V.; *Institoria pretoria* C. — <sup>67</sup> *Si quis* B. V.; *Si qui* C. — <sup>68</sup> *alicui negotiationi* omittit C., ante *preposito* ponit V. — <sup>69</sup> *huius* V. — <sup>70</sup> *datur* omittit B.; *competit* habet V.



adversus eum qui preposuit, ut D. de instit. l. cuicumque<sup>1</sup> § non tamen<sup>2</sup> [D. 14, 3, 5, 11]<sup>3</sup>.

**LIIII. De tributoria accione pretoria.**<sup>4</sup>

Hec accio datur ei<sup>5</sup>, qui cum servo contraxit<sup>6</sup> causa eorum mercium, in quibus negotiatur domino sciente; per quam dominus in tributum vocatur<sup>7</sup> in peculio eius servi, cum alias prius debeat detrahi quod domino debetur, ut D. de tributoria accione<sup>8</sup> l. I<sup>9</sup> [D. 14, 4, 1].

**LV. De peculio, accio pretoria.**<sup>10</sup>

Qui cum servo vel filio familias<sup>11</sup> contraxit, quamvis neque<sup>12</sup> exercitor esset<sup>13</sup>, neque institor<sup>14</sup>, neque domino iubente neque sciente<sup>15</sup>, etiam<sup>16</sup> si nihil sit versum<sup>17</sup> in rem<sup>18</sup> domini, accione ex eo contractu descendente<sup>19</sup> experitur de peculio adversus dominum vel patrem; non enim est<sup>20</sup> accio specialis de peculio, sed de peculio petitur solutio<sup>21</sup>, eo ante<sup>22</sup> deducto quod debetur domino<sup>23</sup>, ut D. de<sup>24</sup> peculio l. depositi [D. 15, 1, 5]. Eo autem mortuo vel a potestate liberato, cum quo contractum est, dominus vel pater intra annum utilem tenetur<sup>26</sup>, ut D. quando accio de peculio<sup>27</sup> l. I [D. 15, 2, 1]. Ipse autem filius post emancipationem vel post<sup>28</sup> mortem patris, si se<sup>29</sup> ab hereditate abstinuerit, vel exheredatus<sup>30</sup> aut ex modica parte heres institutus fuerit, in quantum facere potest convenitur, ut D. quod cum eo l. II [D. 14, 5, 2].

**LVI. De in rem verso pretoria accio.**<sup>31</sup>

De in rem verso tenentur<sup>32</sup> quatenus versum durat, qui habent eos in potestate, cum quibus contractum<sup>33</sup> est, si in rem eorum quod acceptum est versum<sup>34</sup> sit<sup>35</sup>, ut D. de in rem verso l. I. si pro [D. 15, 3, 1 et 10].

<sup>1</sup> quicumque C.; cuiuscumque B. — <sup>2</sup> nam temere V. non tamen B. — <sup>3</sup> post quicumque haec habet C.: Nam et [D. 14, 3, 5 § 1] perpetua, ut D. e. novissime [D. 14, 3, 15]. — <sup>4</sup> Tributoria p. V.; Tributoria pretoria C. — <sup>5</sup> ei omittunt B. V.; ei competit habet C. — <sup>6</sup> contraxit omittit C. — <sup>7</sup> vocatur post servi ponit V. — <sup>8</sup> accione omittunt C. V. — <sup>9</sup> l. II V. — <sup>10</sup> De peculio pretoria B.; Accio de peculio V. C. — <sup>11</sup> familias omittunt C. V. — <sup>12</sup> nec V. — <sup>13</sup> exercitor esset V, exercitoria C. — <sup>14</sup> institutor B.; institoria C. — <sup>15</sup> ... sciente esset V.; nec iubente, ceteris omissis, C.; ... et neque sciente B. — <sup>16</sup> etiam omittit V. — <sup>17</sup> versum est V. — <sup>18</sup> re C. — <sup>19</sup> deficiente C. — <sup>20</sup> non est C.; non enim est hec B. — <sup>21</sup> de peculio petitur solutio omittit C. — <sup>22</sup> ante omittit C. — <sup>23</sup> domino debetur C. — <sup>24</sup> de omittunt B. V. — <sup>25</sup> et D. V.; l. omittit C. — <sup>26</sup> tenetur utili C. — <sup>27</sup> ita B.; quando de pec. V.; quando accio de peculio annua C. — <sup>28</sup> post omittit V. — <sup>29</sup> se post hereditate ponit C. — <sup>30</sup> exheredatus sit C.; exhereditate V. — <sup>31</sup> De in rem verso p. accio B.; Accio de in rem verso V.; De in rem verso C. — <sup>32</sup> tenetur B. V. omittit C.

**LVII. Quod iussu, accio pretoria.**<sup>36</sup>

Hac accione<sup>37</sup> conveniuntur in solidum, quorum iussu contractum est cum his, qui in eorum sunt potestate, ut D. quod<sup>38</sup> iussu l. I. [D. 15, 4, 1].

**LVIII. Depositum vel contra accio bone fidei.**<sup>39</sup>

Directa<sup>40</sup> datur ei, qui deposuit; in qua dolus et lata culpa veniunt. Quandoque etiam culpa levis<sup>41</sup> prestatur, si hoc convenit, aut si deposito se<sup>42</sup> obtulit, ut D. depositi<sup>43</sup> l. I. § sepe [D. 16, 3, 1, 35], vel si pretium depositionis accepit<sup>44</sup>, ut D. vi<sup>45</sup> bonorum raptorum l. II<sup>46</sup> § in hac in fine<sup>47</sup> [D. 47, 8, 2, 23]. Per hanc accionem<sup>48</sup> duplum petitur<sup>49</sup>, si causa tumultus, incendii<sup>50</sup>, ruine<sup>51</sup>, naufragii<sup>52</sup> depositum sit; alias semper simplum<sup>53</sup> exigitur; heres quoque ex dolo defuncti nunquam convenitur in duplum, ut D. depositi l. I [D. 16, 3, 1]. Contraria<sup>54</sup> datur ei, apud quem depositum est, ut indemnitas ei<sup>55</sup> prestetur, si forte aliquid<sup>56</sup> in re deposita impensum sit, ut D. eod. l. ei apud<sup>57</sup> [D. 16, 3, 5].

**LVIII. Mandati vel contra accio bone fidei.**<sup>58</sup>

Directa datur<sup>59</sup> ei, qui mandat aliquid fieri, contraria<sup>60</sup> ei, qui mandatum suscepit<sup>61</sup>, si<sup>62</sup> aliquid de suo impendit, a quo dolus et omnis culpa prestanda est, ut C. mandati l. a procuratore [C. 4, 35, 13].

**LX. Pro socio accio bone fidei.**<sup>64</sup>

His qui societatem contraxerunt<sup>65</sup> accio ista<sup>66</sup> datur divisa societate utrique<sup>67</sup> directa, in qua dolus et culpa<sup>68</sup> veniunt, ut D. pro socio. socius socio [D. 17, 2, 71]. Que ad personales prestationes<sup>69</sup> pertinet, non ad rei divisionem, ut D. communi dividendo l. I [D. 10, 3, 1]. Sed in societate vectigalium etiam<sup>70</sup> manente<sup>71</sup> societate<sup>72</sup> agitur, ut D. pro socio. accione. in fine<sup>73</sup> [D. 17, 2, 65, 15].

— <sup>33</sup> certum C. — <sup>34</sup> conversum B. C. — <sup>35</sup> fuerit C. — <sup>36</sup> Accio quod iussu V.; Accio quod iussu pretoria C. — <sup>37</sup> Accione hac C. — <sup>38</sup> quid V. — <sup>39</sup> Accio depositi b. f. V.; Depositum bone fidei C. — <sup>40</sup> Accio inserit V. — <sup>41</sup> levis culpa C. — <sup>42</sup> se deposito C. — <sup>43</sup> Quae sequuntur usque ad l. II § in hac omittit C. — <sup>44</sup> Accepit V. — <sup>45</sup> de vi B. — <sup>46</sup> l. II omittit V. — <sup>47</sup> in fine omittunt V. C. — <sup>48</sup> quam B. V. — <sup>49</sup> exigitur B. V. — <sup>50</sup> incendii omittit C. — <sup>51</sup> ruineve C. — <sup>52</sup> naufragii V; omittit C. — <sup>53</sup> in simplum V.; simplum post exigitur ponit C. — <sup>54</sup> autem inserit V. — <sup>55</sup> sibi C. — <sup>56</sup> aliquid post deposita ponit C. — <sup>57</sup> D. e. t. aut V. — <sup>58</sup> Mandati bone fidei C. V. — <sup>59</sup> datur omittit B. — <sup>60</sup> datur inserit C. — <sup>61</sup> suscipit V. — <sup>62</sup> qui B. — <sup>63</sup> l. omittunt B. C. — <sup>64</sup> Pro socio bone fidei C. V.; Pro socio accio bone f. B. — Variam scripturam (socius, sotiis) non notabo. — <sup>65</sup> contraxerunt societatem C. — <sup>66</sup> hec accio C. — <sup>67</sup> unicuique C. — <sup>68</sup> omnis culpa C. — <sup>69</sup> acciones C. — <sup>70</sup> etiam omittit C. — <sup>71</sup> remanente C. — <sup>72</sup> societate omittit V. — <sup>73</sup> acc. in factum C.; accionem in l. fin. l. 1 B.

LXI. **Ex empto accio bone fidei.** <sup>1</sup>

Hec accio emptori competit <sup>2</sup>, per quam <sup>3</sup>, si <sup>4</sup> res vendita non tradatur, ad id quod interest <sup>5</sup> agitur, ut D. de act. empti et venditi <sup>6</sup> l. I. [D. 19, 1, 1]. Quod interesse duplum precii <sup>7</sup> non debet excedere, ut D. <sup>8</sup> eod. cum [D. 19, 1, 44]. Custodiam quoque debet prestare <sup>9</sup> venditor qualem bonus pater familias suis rebus adhibet, ut ff. de contr. empt. <sup>10</sup> l. quod <sup>11</sup> sepe [D. 18, 1, 35, 4]. <sup>12</sup>

LXII. **Ex vendito accio bone fidei.** <sup>13</sup>

Venditori datur hec accio <sup>14</sup>, per quam pretium petitur <sup>15</sup> cum usuris, si in eo prestando <sup>16</sup> mora facta <sup>17</sup> fuerit, ut D. de periculo et commodo rei vendite l. ult. [D. 18, 6, 19].

LXIII. **Locati accio bone fidei.** <sup>18</sup>

Qui rem locavit hac <sup>19</sup> accione utitur ad mercedem exigendam, si ille re locata usus fuerit <sup>20</sup>, aut <sup>21</sup> per eum steterit. Idem est in eo, qui operas locavit non ad tempus, sed ad aliquod opus faciendum; nam, si ad tempus, hoc solum exquiritur, an <sup>22</sup> per locatorem steterit, si tamen eius temporis <sup>23</sup> mercedem ab alio <sup>24</sup> non acceperit <sup>25</sup>, ut D. locati l. <sup>26</sup> sed addes § ult. [D. 19, 2, 19, 9, 10], et l. <sup>27</sup> qui operas <sup>28</sup> [D. 19, 2, 38].

LXIII. **Conducti accio bone fidei.** <sup>29</sup>

Hac accione utitur <sup>30</sup> qui rem conduxit aut <sup>31</sup> operam; per <sup>32</sup> quam interesse petitur, si per locatorem steterit quominus ei <sup>33</sup> liceat uti frui re vel <sup>34</sup> opera locata, ut D. locati l. ex conducto <sup>35</sup> [D. 19, 2, 15].

<sup>1</sup> De accione empti et venditi directa, accio b. f. B.; Accio ex empto b. f. V.; Ex empto bone fidei C. — <sup>2</sup> competit emptori B. — Hic C inserit: ut possessio [lege possidere] sibi et ut [ut dele] heredi licet ei caveatur ut D. de ac. empti l. ex empto [lege ex empto: D. 19, 1, 11]. — <sup>3</sup> per quam omittit C. — <sup>4</sup> si omittit V. — <sup>5</sup> interesse V. — <sup>6</sup> et venditi omittunt C. V. — <sup>7</sup> precii omittunt B. V. — <sup>8</sup> C. C. — <sup>9</sup> prestare debet B. — <sup>10</sup> et ven. C. — <sup>11</sup> qui B. C. — <sup>12</sup> et de act. empti et venditi l. ex empto [D. 19, 1, 11] adiicit B. — <sup>13</sup> Accio ex vendit. b. f. B.; De periculo et comodo rei venditae. Accione. et ex ven. b. f. V.; Accio ex vendito bone fidei C. — <sup>14</sup> Hec accio datur venditori C. V. — <sup>15</sup> petitur pretium V. — <sup>16</sup> quod prestare debuit inserit V. — <sup>17</sup> adhibita C. — <sup>18</sup> Locati et conducti b. f. B.; Locati V.; Accio locati bone fidei C. — <sup>19</sup> ac C. — <sup>20</sup> re' [lege reus us et corrige re usus] fuerit C. recusaverit B. — <sup>21</sup> aut si C. — <sup>22</sup> aut C. — <sup>23</sup> causa eius pro steterit si tamen eius temporis C. — <sup>24</sup> ab alio omittit C. — <sup>25</sup> ceperit C. — <sup>26</sup> l. omittunt B. C. — <sup>27</sup> et l. omittunt B. V. — <sup>28</sup> opus V. — In fine huius § haec adiicit C.: « In quo contractu etiam diligentia venit, ut D. de reg. iuris. contractus [D. 50, 17, 23] et D. e. si merces [D. 19, 2, 25]. Quod pro usu vestimentorum aut argenti aut un'nti mercedem aut promisit aut dedit, ab eo talis diligentia desideratur qualem diligentissimus pater familias suis rebus adibet, ut invenitur in locatore, sic in eo qui columpna transportanda (sic) conduxit, ut D. .... » [D. 19, 2, 25, 7]. — <sup>29</sup> Conducti V.; Accio ex conducto bone fidei C. — <sup>30</sup> tenetur V.; tenetur vel utitur C. — Hac accione tenetur post operam ponit V. — <sup>31</sup> vel C. — <sup>32</sup> post B. — <sup>33</sup> ei omittit C. —

LXV. **De prescriptis verbis accione.** <sup>36</sup>

Quotiens de nomine contractus alicuius ambigitur, convenit tamen <sup>37</sup> aliquam accionem dari, prescriptis verbis agendum est, <sup>38</sup> veluti, cum res estimata vendenda datur, per estimatoriam <sup>39</sup> prescriptis verbis aut incorruptam rem <sup>40</sup> restituere cogitur aut estimationem, de qua convenit, quia <sup>41</sup> estimatio facit accipientis <sup>42</sup> periculum, ut D. de estimatoria <sup>43</sup> l. I [D. 19, 3, 1]. Preterea ex permutatione re tradita ab altera <sup>44</sup> parte, si res aliqua <sup>45</sup> de qua <sup>46</sup> convenit non <sup>47</sup> tradatur, aut si iam <sup>48</sup> tradita evincatur, ea accione ad id quod interest agitur, ut D. de rerum <sup>49</sup> permutat. l. I [D. 19, 4, 1], et D. <sup>50</sup> de prescriptis verbis. naturalis [D. 19, 5, 5]. Et est <sup>51</sup> bone fidei <sup>52</sup> in his duobus casibus, <sup>53</sup> ut in <sup>54</sup> Instit. de accionibus § accionum <sup>55</sup> [I. 4, 6, 28]. Item si aliquid dem ut aliquid <sup>56</sup> des vel facias, aut aliquid faciam ut aliquid facias, <sup>57</sup> et tu <sup>58</sup> cessas dare vel facere, <sup>59</sup> nisi hoc <sup>60</sup> cadat in contractum nominatum, prescriptis verbis agitur, in hoc quod nostra interest, ut D. de prescriptis verbis l. <sup>61</sup> naturalis [D. 19, 5, 5]. Eadem ratione <sup>62</sup> in factum vel de dolo agitur, si res data evincatur, ut D. eod. l. ead. [D. 19, 5, 5]. Item si feci ut dares et posteaquam feci cessas dare, non prefata civili, sed de dolo agitur, ut D. eod. l. ead. [D. 19, 5, 5].

LXVI. **Tit. eod. Accio de pastu pecoris.** <sup>63</sup>

Hec <sup>64</sup> accio ex lege XII. tabularum descendit, <sup>65</sup> et ei competit in <sup>66</sup> cuius fundo glans <sup>67</sup> depascitur pecore

<sup>34</sup> vel re et B. vel re vel V. — <sup>35</sup> ex q.; V. — <sup>36</sup> De prescriptis verbis accio B.; Accio prescriptis verbis C. — <sup>37</sup> autem V.; ex quo tamen convenit C. — <sup>38</sup> accio prescriptis verbis intenditur V.; accio prescriptis verbis aliqua accione C. — <sup>39</sup> propter estimationem C.; cum res estimata (restituere cogitur postea deleta) au datur vendenda per estimatam V. — <sup>40</sup> aliquando rem incorruptam C.; aut rem estimatam V. — <sup>41</sup> que C. — <sup>42</sup> esse inserunt C. V. — accipientis esse facit C. — <sup>43</sup> excitoria V. — <sup>44</sup> alia B. — <sup>45</sup> alia B. — <sup>46</sup> si de aliqua re C. — <sup>47</sup> et non C. — <sup>48</sup> si res V.; sua C. — <sup>49</sup> rerum omittunt B. V. — <sup>50</sup> D. omittunt B. V. — <sup>51</sup> etc. V. — <sup>52</sup> est hic inserit V. — <sup>53</sup> in his contractibus II V. — <sup>54</sup> in omittunt B. C. — <sup>55</sup> § accionum omittit C. § bone fidei p. habet V. — <sup>56</sup> aliud B. — <sup>57</sup> vel si facias ut faciam C.;... aut aliquid facias B. — <sup>58</sup> si pro et tu B. — <sup>59</sup> facere vel dare C. — <sup>60</sup> nec hoc V.; hoc omittit C. — <sup>61</sup> l. omittunt B. V. — <sup>62</sup> Accione B. C. — Quae sequuntur dissimilia sunt in codicibus: C. habet: « ... exigitur, ut D. de prescriptis verbis l. naturalis [D. 19, 5, 5] ». V. habet: « ... agitur si res evincatur, ut D. e. l. e. [D. 19, 5, 5] ». Quae in textu recepi sunt codicis B., qui maxime legem digestorum citatam secutus est: nescio tamen an haec omnia Anselminus noster sibi vindicaret. — <sup>63</sup> De pastu pecoris C.; de glande legenda V. — Hic paragraphorum ordo in codicibus multum perturbatur: ego ordinem cod. B. servavi, qui verus mihi videtur. C. habet: I De pastu pecoris, II Serviana, III Accio in factum pretoria. V habet: I Accio in factum pretoria, II De glande legenda (scilicet de pastu pecoris), III Serviana. — <sup>64</sup> Hec omittit V. — <sup>65</sup> descendit V. — <sup>66</sup> datur de C. — <sup>67</sup> alius glande B. alius glandem V.



immisso, <sup>1</sup> ut D. de prescriptis verbis l. qui servandorum <sup>2</sup> § si glans [D. 19, 5, 14, 3]. <sup>3</sup>

**LXVII. Accio in factum pretoria.**

Quotiens deficit accio, <sup>4</sup> equitate suadente accionem dari, utilis <sup>5</sup> accio in factum non denegatur, ut D. de prescriptis verbis. quotiens [D. 19, 5, 21].

**LXVIII. Serviana.** <sup>6</sup>

Hac accione experitur quis de rebus <sup>7</sup> coloni, que <sup>8</sup> pignoris iure pro mercedibus <sup>9</sup> fundi ei <sup>10</sup> tenentur, <sup>11</sup> ut in <sup>12</sup> Instit. de accionibus § Serviana <sup>13</sup> [I. 4, 6, 7].

**LXVIII. Accio quasi serviana pretoria.** <sup>14</sup>

Hec accio datur creditoribus <sup>15</sup> ad perseguenda pignora ypotecasve a quocumque possidente, <sup>16</sup> ut in <sup>17</sup> Instit. de accionibus <sup>18</sup> [I. 4, 6, 7].

**LXX. De edilitia accione redibitoria.** <sup>19</sup>

Si res, que vendita est <sup>20</sup>, vitiosa sit, emptori adversus venditorem hec accio competit intra VI. <sup>21</sup> menses utiles <sup>22</sup> ut rem <sup>23</sup> recipiat et <sup>24</sup> pretium reddat, ut D. de edilitio edicto, l. Sciendum [D. 21, 1, 19]. Si non <sup>25</sup> caveat <sup>26</sup> venditor de his que edicto <sup>27</sup> continentur <sup>28</sup>, infra duos menses <sup>29</sup> redibitorium <sup>30</sup> competit iudicium <sup>31</sup>, ut D. eod. si venditor [D. 21, 1, 28]. <sup>32</sup> Si convenit <sup>33</sup> ut res si displicuerit <sup>34</sup> redibeatur, et de tempore convenit, <sup>35</sup> infra illud tempus, <sup>36</sup> si de tempore non convenit, infra <sup>37</sup> LX. <sup>38</sup> dies utiles accio in factum competit, ut res recipiatur <sup>39</sup> et pretium resti-

tuatur, <sup>40</sup> ut tit. eod. quod si nolit § si quis [D. 21, 1, 31, 22].

**LXXI. Quanto minoris accio.** <sup>41</sup>

Per hanc accionem petit <sup>42</sup> emptor quanto <sup>43</sup> minoris res erat cum vendebatur propter vicium <sup>44</sup> infra utilem <sup>45</sup> annum, <sup>46</sup> ut D. de edil. ed. sciendum [D. 21, 1, 19, 6]; si non caveatur, infra sex menses, ut D. eod. si venditor [D. 21, 1, 28].

**LXXII. Rerum amotarum.** <sup>47</sup>

Hec accio datur <sup>48</sup> quondam viro vel quondam uxori <sup>49</sup> de rebus amotis <sup>50</sup> causa divortii; et quamvis <sup>51</sup> ex delicto nascatur, <sup>52</sup> rei tamen <sup>53</sup> persecutionem continet <sup>54</sup>, et ideo non finitur anno, sicut et condictio furtiva, et in heredem datur, <sup>55</sup> ut <sup>56</sup> D. de accione <sup>57</sup> rerum amotarum. <sup>58</sup> et ideo. contra nurum. <sup>59</sup> Marcellus <sup>60</sup> si mulier [D. 25, 2, 3 et 6 et 11 et 21].

**LXXIII. Si ventris nomine mulier in possessionem. Accio in factum pretoria.** <sup>61</sup>

Si mulier missa in possessionem ventris nomine <sup>62</sup>, possessionem dolo malo <sup>63</sup> ad alium <sup>64</sup> transferat, accio in factum in eam <sup>65</sup> datur rei persecutoria, et post annum <sup>66</sup>; et, si filia familias sit <sup>67</sup> que dolo fecit <sup>68</sup>, in patrem dabitur <sup>69</sup> accio, si quid ad eum pervenit, ut D. si ventris nomine <sup>70</sup> l. I et II [D. 25, 5, 1 et 2] <sup>71</sup>.

**LXXIII. De suspectis. Crimen suspecti.** <sup>72</sup>

Ut suspecti accusantur tutores et curatores <sup>73</sup>, qui non ex fide tutelam vel curam gerunt <sup>74</sup>. Qui si <sup>75</sup> ob

<sup>1</sup> misso V. — <sup>2</sup> quod servandorum V. — <sup>3</sup> § si glans omittit C. — In B. haec sequuntur: « Si vero in viam gloriam (sic, in suo fundo vel aliud quid simile expectes) glandem depascat non prefatam accionem sed in factum vel ad exhibendum teneor, ut D. t. eod. [D. 19, 5, 14] et D. ad exhibendum l. Julius [corr. Julianus] scribit si quis hominem [D. 10, 4, 9]. — <sup>4</sup> accio deficit B. V. — <sup>5</sup> utilis post in factum ponit C. — <sup>6</sup> De pignoribus in factum pretoria B. — <sup>7</sup> lege C. — <sup>8</sup> que omittit C. — <sup>9</sup> mercedibus iuris C. — <sup>10</sup> sibi C. — <sup>11</sup> teneat C. — <sup>12</sup> in omittunt C. V. — <sup>13</sup> § Serviana omittunt B. C. — <sup>14</sup> Quasi serviana C. V.; Accio quasi serviana p. t. e. B. — <sup>15</sup> conductoribus C. — <sup>16</sup> possideantur C. — <sup>17</sup> in omittunt C. V. — <sup>18</sup> t. e. B. — <sup>19</sup> De edilitia e. accione redibitoria p. B.; De debitoria accione V.; Redibitoria C. — <sup>20</sup> sit C. — <sup>21</sup> III B. — <sup>22</sup> utiles omittit C. — <sup>23</sup> rem omittit C. — <sup>24</sup> rem recipiat et omittit V. — <sup>25</sup> Si ei non B.; Si vero C. — <sup>26</sup> caverit V. — <sup>27</sup> in edicto C. — <sup>28</sup> Haec inserit V.: « Si [s. scilicet?] servum furem fugitivum erroneum non esse furtis et noxis solutum esse ». — <sup>29</sup> menses utiles C. — <sup>30</sup> reddibitorium V. — <sup>31</sup> redibitorio convenitur iudicio C. — <sup>32</sup> ut D. e. Si venditor ante redibitorium competit iudicium ponunt B. C. — <sup>33</sup> convenitur C. — <sup>34</sup> si res displicetur C.; res si displicetur B.; res dupliciter V. — <sup>35</sup> et de tempore convenit omittit C. — <sup>36</sup> infra tempus de quo convenit C. — <sup>37</sup> Si de tempore non convenit infra omittit V.

— <sup>38</sup> L. V.; omittit C. — <sup>39</sup> reperitur B.; restituatur C. — <sup>40</sup> Quae sequuntur omittit C. — <sup>41</sup> Quanto minoris accio p. B. Quanto minoris C. V. — Quanto in rubrica habent omnes codices. — <sup>42</sup> consequitur V. — <sup>43</sup> quanti C. — <sup>44</sup> vitium sui C. — <sup>45</sup> utilem post annum ponit C. — <sup>46</sup> vicium infra utilem an. desunt in V, qui lacunam habet. — <sup>47</sup> amotarum C. V. — <sup>48</sup> q. inserit C. — <sup>49</sup> a. quondam uxore C. — <sup>50</sup> amotis C. — <sup>51</sup> quamvis causa C., cum B., omittit V. — <sup>52</sup> nascitur V. — <sup>53</sup> quamvis rei B. V. — <sup>54</sup> contineat B. V. — <sup>55</sup> Restitui secundum Dig. — et ideo non finitur accio et in heredem datur sicut finitur accio C.; in heredem non datur nisi quatenus ad eum pervenit B. V. — <sup>56</sup> ut omittit C. — <sup>57</sup> accione omittit C. — <sup>58</sup> l. omittunt omnes codd. — <sup>59</sup> contra nurum omittunt B. V. — <sup>60</sup> ut D. e. Marcellus et l. C.; mater l. B.; mater V. — <sup>61</sup> Si ventris nomine mulier in possessionem B.; Si ventris nomine. Accio in factum pretoria V.; Accio in factum pretoria C. — <sup>62</sup> nomine ventris B.; ventris, omissio nomine, C. — <sup>63</sup> ad V. — <sup>64</sup> ad alium omittit C.; ad alium ventris dolo malo V. — <sup>65</sup> ea C.; in eam omittit V. — <sup>66</sup> et post annum omittunt B. V. — <sup>67</sup> est C. — <sup>68</sup> que dolo fecit omittit C. — <sup>69</sup> datur C. — <sup>70</sup> si mulier in pos. ventris no. mit. C. — <sup>71</sup> l. I et II omittit V. — <sup>72</sup> Crimen suspecti V. Rubricam omittit C. — <sup>73</sup> procuratores V. — <sup>74</sup> tutelam administrant vel curam C. — <sup>75</sup> quod si B.; qui C.

dolum removentur, infames sunt<sup>1</sup>: si ob culpam, non eque<sup>2</sup>, ut in<sup>3</sup> Instit. de suspectis tut. [Inst. I, 26, 5 seq.]. Hec autem accusatio quasi publica est, ut D. eod.<sup>4</sup> l. I [D. 26, 10, 1, 6]. Sed et sine<sup>5</sup> accusatore, ut suspecti removeri possunt, si pretori liqueat eos<sup>6</sup> esse suspectos<sup>7</sup>, ut D. eod. l. III<sup>8</sup> [D. 26, 10, 3, 4].

**LXXV. De tutele rationibus distrahendis.<sup>9</sup> Accio tutele bone fidei.**

Hec accio quondam pupillo<sup>10</sup> competit finita amministrazione<sup>11</sup>; in qua venit quod ei<sup>12</sup> abest dolo vel culpa lata<sup>13</sup> et<sup>14</sup> levi ipsius tutoris<sup>15</sup>. Heredibus plane tutoris subventum est, ut negligentie defuncti nomine, que non late culpe<sup>16</sup> comparetur<sup>17</sup>, non conveniantur<sup>18</sup>, nisi lite contra defunctum contestata<sup>19</sup>, ut C. de heredibus tu. l. I.<sup>20</sup> [C. 5, 54, 1] et D. eod. l. ult. [D. 27, 7, 8]. Contraria vero competit<sup>21</sup> tutori<sup>22</sup> finita amministrazione, per quam consequitur que pro<sup>23</sup> pupillo vel in rem<sup>24</sup> eius impensa<sup>25</sup> sunt, ut D. de contraria tutele accione<sup>26</sup>, l. I<sup>27</sup> [D. 27, 4, 1].

**LXXVI. Accio de rationibus distrahendis.<sup>28</sup>**

Hec accio datur pupillo<sup>29</sup> finita demum tutela in tutorem<sup>30</sup>, qui in<sup>31</sup> gerenda tutela rem ex bonis pupilli abstulit, per quam duplum<sup>32</sup> rei persequitur<sup>33</sup>, in quo duplo<sup>34</sup> rei persecutio continetur, ut D. rationibus distrahendis<sup>35</sup>, l. I et II [D. 27, 3, 1 et 2].

**LXXVII. De eo qui pro tutore vel curatore negotia gessit. Accio protutele pretoria.<sup>36</sup>**

Hec accio competit pupillo etiam ante pubertatem adversus eum, qui munere tutoris fungitur in rem impuberis<sup>37</sup>, sive se putet esse tutorem, sive sciat se non esse. Tenetur autem<sup>38</sup> etiam<sup>39</sup> eorum<sup>40</sup> nomine, que<sup>41</sup>

<sup>1</sup> cum infamia removentur B. V. — <sup>2</sup> si ob culpam sine infamia B. V. — <sup>3</sup> in omittunt C. V. — <sup>4</sup> Hec autem... D. eod. omittit C. — <sup>5</sup> Sed si non B. Et sine C. — <sup>6</sup> eum B. C. — <sup>7</sup> suspectum B. C. — <sup>8</sup> II B. C. — <sup>9</sup> De tutelis et rationibus distr. B.; Accio tutele bone fidei C.; De amministrazione tu. accio t. V. — <sup>10</sup> pupillo quondam B. V. — <sup>11</sup> administratione V. — <sup>12</sup> ei omittunt C. V. — <sup>13</sup> lata omittit C. — <sup>14</sup> vel V. — <sup>15</sup> diligentiam etiam debet, ut D. de reg. iur. contractus [D. 50, 17, 23] adiiicit C. — <sup>16</sup> culpe omittit B. — <sup>17</sup> comparere V. — <sup>18</sup> conveniantur B. — <sup>19</sup> subventum est, de negligentia defuncti teneatur lite contestata C. — <sup>20</sup> II B. — <sup>21</sup> datur C. — <sup>22</sup> tutori omittit V. — <sup>23</sup> in omnes eodd. Emendavi secundum Dig. — <sup>24</sup> vel res B. C.; vel re V. — <sup>25</sup> expensa V.; expense C. — <sup>26</sup> de contraria tutela accio B.; de contractu tutela accio V.; de contraria tut. acc. C. — <sup>27</sup> et II adiiicit B. — <sup>28</sup> Accio de rationibus di. In marg.: B.; De tutela et rationibus distrahendis V. — <sup>29</sup> pupillo post tutela ponit C. — <sup>30</sup> tutore V. — <sup>31</sup> in omittit V. — <sup>32</sup> dupplum B. — <sup>33</sup> consequitur C. — <sup>34</sup> dupplo B.; quadruplo pro quo duplo C. — <sup>35</sup> distrahendis V. — <sup>36</sup> De eo... gessit V.; De eo... gessit. In marg.: Accionem tutele pretoria B.; Accio pro tutela pretoria C. — <sup>37</sup> puberis C. — <sup>38</sup> autem omittunt

non gessit, cum alius gesturus fuerat, et cum<sup>42</sup> se abstinuit<sup>43</sup> nec necessarios eius ammonuit<sup>44</sup>, ut D. de eo qui pro tutore l. I § ult.<sup>46</sup> [D. 27, 5, 1, 9]. Hoc quoque contrarium tutele datur iudicium<sup>47</sup>, ut D. de contraria tutele accione<sup>48</sup> l. I [D. 27, 4, 1, 1].

**LXXVIII. Quod falso tutore auctore gestum esse dicatur. Accio in factum pretoria.<sup>49</sup>**

Hec accio datur adversus falsum tutorem<sup>50</sup> ei, qui ignorans cum eo contraxit; per quam interesse consequitur. Que accio<sup>51</sup> infra annum<sup>52</sup> datur; heredibus quoque<sup>53</sup> datur, sed non in heredes, quia ex maleficio oriri<sup>54</sup> videtur, nam nomine servi noxalis datur, ut D. quod<sup>55</sup> falso tutore<sup>56</sup> l. novissime. huius. [D. 27, 6, 7 et 9].

**LXXVIII. De magistratibus conveniendis. Accio in factum.<sup>57</sup>**

Hec accio datur pupillo in magistratum, cui ea<sup>58</sup> cura<sup>59</sup> commissa est a publico, qui non curavit idonee<sup>60</sup> caveri<sup>61</sup>; datur autem in subsidium, ut C. de magistr. conv. in ma.<sup>62</sup> [C. 5, 75, 5]<sup>63</sup>. Que eundem effectum habet, quam illa que datur in tutores, et D. e. l. ult. [27, 8, 9]. In heredes quoque datur de dolo magistratum et lata culpa, non etiam levi, ut D. e. non similiter [D. 27, 8, 4].

**LXXX. Accio ex testamento.<sup>66</sup>**

Accio<sup>67</sup> ex testamento competit pro his omnibus<sup>68</sup> petendis, que in testamento<sup>69</sup>, idest in<sup>70</sup> qualibet ultima voluntate<sup>71</sup> que<sup>72</sup> testatio mentis dici possit<sup>73</sup>, relicta sunt<sup>74</sup> alicui<sup>75</sup> per legatum<sup>76</sup> vel fideicommissum, adversus eum<sup>77</sup> intendenda<sup>78</sup> a quo relictum est, ut C. communia de legatis l. I. I.<sup>79</sup> [C. 6, 43, 1].

C. V. — <sup>39</sup> et C. — <sup>40</sup> eorum omittit V. — <sup>41</sup> qui V. — <sup>42</sup> eum V. — <sup>43</sup> abstineat C. — <sup>44</sup> amonuit B. — <sup>45</sup> Quae sequuntur usque ad de contraria tutele omittit V. — <sup>46</sup> § ult. omittit B. — <sup>47</sup> iudicium tutori datur C. — <sup>48</sup> de contrario iudicio tutele C. — <sup>49</sup> Quod falso tutore auctore accio in factum. In marg.: Accionem in factum B.; Quod a falso tutore accione gestum esse dicitur. Accio in factum p. V.; Rubrica deest in C. — <sup>50</sup> tutorem falsum V. — <sup>51</sup> que accio omittit C. — <sup>52</sup> in subsidium V. — <sup>53</sup> datur quoque V. — <sup>54</sup> ori V. — <sup>55</sup> qui B. V. — <sup>56</sup> auc. V. — <sup>57</sup> De magistr. conveniendis accio in factum In marg.: Accionem in factum B.; De magistratibus convenien. V.; Accio in factum C. — <sup>58</sup> ei B. — <sup>59</sup> c'ca V. — <sup>60</sup> i'o n'o C. — <sup>61</sup> caveri oportet C. — <sup>62</sup> in summa B. Itima C. — <sup>63</sup> Quae sequuntur habet tantum C. — B. adiiicit D. de magistrat. conv. — <sup>64</sup> C. C. — <sup>65</sup> C. C. — <sup>66</sup> Qui facere testamentum possunt accio in factum. In marg.: Accionem ex testamento B. — <sup>67</sup> Hec accio V. — <sup>68</sup> hon'ibus C. — <sup>69</sup> que in testamento omittit C. — <sup>70</sup> vel V. — <sup>71</sup> voluntate ultima B. C. — <sup>72</sup> qn C. — <sup>73</sup> veluti si legata inserit C. — <sup>74</sup> Quae sequuntur usque ad ut C. omittit C. — <sup>75</sup> alicui omittit V. — <sup>76</sup> legatam V. — <sup>77</sup> eum omittit B. — <sup>78</sup> est inserit V. — <sup>79</sup> l. I. omittit C.



LXXXI. De Senatusconsulto Silaniano accio in factum. <sup>1</sup>

In eum qui adversus edictum pretoris tabulas testamenti <sup>2</sup> aperuit, vel quid aliud fecit, idest quod ad causam testamenti pertinens <sup>3</sup> relictum erit <sup>4</sup> ab eo, qui occisus esse dicetur <sup>5</sup>, sciens dolo malo <sup>6</sup> aperiendum, recitandum, describendumque <sup>7</sup> curavit <sup>8</sup>, priusquam de ea <sup>9</sup> familia questio haberetur <sup>10</sup> suppliciumque <sup>11</sup> de noxiis <sup>12</sup> sumptum <sup>13</sup> fuerit, accio, scilicet <sup>14</sup> in factum, datur, que est <sup>15</sup> popularis <sup>16</sup>; cuius pena est <sup>17</sup> C. aureorum, quorum dimidiam <sup>18</sup>, ei cuius opera convictus <sup>19</sup> erit <sup>20</sup>, premii nomine se daturum pollicetur pretor <sup>21</sup>, partem in publicum redacturum, ut D. de <sup>22</sup> S. C. Silaniano, l. si quis <sup>23</sup> § quod <sup>24</sup> ad causam <sup>25</sup> et l. <sup>26</sup> antepenult. [D. 29, 5, 3, 18 et l. 25].

LXXXII. Si quid in fraudem patroni factum sit. Accio calvisiana pretoria. <sup>27</sup>

Patrono <sup>28</sup> ad ea <sup>29</sup> revocanda, que dolo malo libertus alienavit <sup>30</sup> ne patronus <sup>31</sup> debitam sibi <sup>32</sup> portionem haberet <sup>33</sup>, hec accio datur <sup>34</sup>, per quam pars debita revocatur <sup>35</sup>, ut D. si quid <sup>36</sup> in fraudem pa. <sup>37</sup> [D. 38, 5, 1].

LXXXIII. Tit. eod. accio faviana pretoria. <sup>38</sup>

Hec persequitur <sup>39</sup> eadem que <sup>40</sup> superior, ut D. eod. l. ead. <sup>41</sup> [D. 38, 5, 1]. Hac etiam accione <sup>42</sup> creditores uti possunt, ut D. de usuris, l. videamus [D. 22, 1, 38].

LXXXIII. Interdictum de operis novi nuntiatione. <sup>43</sup>

In eum, qui edificavit post denuntiationem <sup>44</sup> factam ne edificaret, si non satisdedit <sup>45</sup> interdictum datur, per quod opus <sup>46</sup> quod fecit restituere <sup>47</sup> cogitur, ut D.

<sup>1</sup> De senatusconsulto Silaniano. In marg.: Accionem in factum B.; De senatusconsulto Sillano accio in factum V.; Accio in factum C. — <sup>2</sup> Quae sequuntur usque ad *pertinens* omittit C. — <sup>3</sup> *pertinere* B., omittit V. — <sup>4</sup> *erat* V. — <sup>5</sup> *dicitur id qi* V. — <sup>6</sup> *malo* omittit C. — <sup>7</sup> *scribendumque* V. — <sup>8</sup> *curaverit* V. — <sup>9</sup> *ea* omittunt B. C. — <sup>10</sup> *habetur* V. — <sup>11</sup> *suppliciumque* B. V. — <sup>12</sup> *noxis* C. — <sup>13</sup> *sumptumque* B. *fuerit sumptum* V. — <sup>14</sup> *scilicet* omittit V.; *Sed* habet C. — <sup>15</sup> *penalis et temporalis* inserit V. — <sup>16</sup> *ut D. ad Sc. con. Sil. Cor.* [D. 29, 5, 25] inserit V. — <sup>17</sup> *cum postea est* B. — <sup>18</sup> *dimidia* B. — <sup>19</sup> *conventus* C. — <sup>20</sup> *fuerit* V. C. — <sup>21</sup> *pretor* omittit B. — <sup>22</sup> *ad* C. — <sup>23</sup> *si quis in gravi* V. — <sup>24</sup> *qui* B. C. — <sup>25</sup> *ad causam* omittit C.; quae sequuntur omittit V. — <sup>26</sup> *l.* omittit B. — <sup>27</sup> *Si quid in fraude patroni factum sit.* In marg. *Accionem calvisianam pretoriam* B.; *Si quis in fraudem patroni. Accio Calvisiana* V.; *Accio Calvisiana* C. — <sup>28</sup> *Hec accio patrono datur* V. — <sup>29</sup> *ea* omittit C. — <sup>30</sup> *alienavit libertus* C. — <sup>31</sup> *patronus* omittit V. — <sup>32</sup> *sibi* omittit C. — <sup>33</sup> *admittat C. patronus hr'ce* V. — <sup>34</sup> *hec accio datur hic* omittit V. — <sup>35</sup> *revocatur debita* V. — <sup>36</sup> *quis* B. V. — <sup>37</sup> *pa.* omittunt B. V. — <sup>38</sup> Ita B. In marg. habet: *Accionem favianam pretoriam. T. e. faviana accio pretoria* V. *Accio faviana* C. — <sup>39</sup> *sequitur* B. — <sup>40</sup> *que et* V. — <sup>41</sup> *D... ead.* omittit C. lacuna relicta. — <sup>42</sup> *hanc*

de operis novi nuntiatione. pretor [D. 39, 1, 20]. Ei <sup>48</sup> vero qui <sup>49</sup> satisdedit <sup>50</sup> datur interdictum, per <sup>51</sup> quod prohibetur ei vis <sup>52</sup> fieri edificanti <sup>53</sup>, ut D. eod. l. ead. <sup>54</sup> [D. 39, 1, 20].

LXXXV. De dampno infecto accio in factum pretoria. <sup>55</sup>

In eum, qui neque cavit, neque in possessione esse, neque possidere <sup>56</sup> passus erit <sup>57</sup>, cum cautio <sup>58</sup> dampni infecti <sup>59</sup> postulatur <sup>60</sup>, accio datur <sup>61</sup>, per quam tantundem <sup>62</sup> prestat <sup>63</sup> quantum prestare eum oporteret <sup>64</sup>, si idonee cautum esset, ut D. de dampno infecto, l. <sup>65</sup> pretor [D. 39, 2, 7] <sup>66</sup>. Item in <sup>67</sup> magistratum, qui aliquid eorum que supra scripta sunt non curavit, quanti ea res est, cuius dampni infecti nomine cautum non esset, iudicium datur, quod <sup>68</sup> non ad quantitatem refertur, sed ad id quod interest, et ad utilitatem venit, non ad penam, ut D. e. dies. [D. 39, 2, 4, 7].

LXXXVI. Tit. eod. interdictum de dampno infecto. <sup>69</sup>

Hoc interdictum datur in eum, cuius edes corruerunt <sup>70</sup> antequam cautio postularetur non istius <sup>71</sup> negligentia, sed propter aliquod impedimentum, ut <sup>72</sup> tollat rudera, vel totas edes pro derelicto habeat. Si tollere vero vult <sup>73</sup>, non solum de futuro <sup>74</sup>, sed etiam de preterito <sup>75</sup> dampno cavere eum <sup>76</sup> oportet, ut D. de dampno infecto, l. <sup>77</sup> pretor [D. 39, 2, 7, 2]; at <sup>78</sup> si ipsius negligentia <sup>79</sup> cautio non fuerit <sup>80</sup> postulata, non cogitur tollere ea que ceciderunt, si ea sola velit habere pro derelicto, ut D. eod. <sup>81</sup> evenit. quod forte [D. 39, 2, 6, et 8]. <sup>82</sup> Sed si tollere velit, nec permittat <sup>83</sup> adversarius, habebit interdictum ne vis fiat dominis ne sua tollant, sicut

*etiam accionem* V.; *accione post possunt ponit* C. — <sup>43</sup> *De operis novi nuntiatione.* In marg. *Interdictum de operis novi nuntiatione* B.; *Interdictum de operis novi nuntiatione* V. — <sup>44</sup> *denuntiatione* B. — <sup>45</sup> *satisdederit* B. — <sup>46</sup> *opus* omittit V. — <sup>47</sup> *destruere* C. — <sup>48</sup> *Ee* V. — <sup>49</sup> *si* V. — <sup>50</sup> *satisdederit* B. V. — <sup>51</sup> *ut* C. — <sup>52</sup> *eius* B.; *vis*, omisso *ei*, C. — <sup>53</sup> *edificanti fieri* C. — <sup>54</sup> *pretor* C. — <sup>55</sup> *De dampno in factum accio in factum p.* In marg. *Accionem in factum pretoriam* B.; *Accio in factum* C. — <sup>56</sup> *neque possidere* omittit V. — <sup>57</sup> *fuerit* C. — <sup>58</sup> *cur caveri* C. — <sup>59</sup> *infecti* omittit C. — <sup>60</sup> *accordatur* B. — <sup>61</sup> *accio in factum datur ista* V. omittit B., sed vide notam praecedentem — <sup>62</sup> *tantum* C. — <sup>63</sup> *prestat* V. — <sup>64</sup> *oportet* B. V. — <sup>65</sup> *l.* omittunt B. C. — <sup>66</sup> Quae sequuntur habet tantum C. Nescio an sint Anselmini. — <sup>67</sup> *in* omittit C. — <sup>68</sup> *qui* C. — <sup>69</sup> Ita B. qui addit in marg. *Interdictum de dampno infecto.* — *Interdictum de dampno infecto* C. — Rubricam omittit V. — <sup>70</sup> *ruerunt* B. V. — <sup>71</sup> *illius* C. — <sup>72</sup> *ut vel* B. — <sup>73</sup> *habeat. Si tollere vero vult* hic omittit B.; *habeat vult* habet C. — <sup>74</sup> *de futuro si tollere vult* B. *de preterito* C. — <sup>75</sup> *futuro* C. — <sup>76</sup> *eum cavere*, omisso *dampno* C. — <sup>77</sup> omittunt C. V. — <sup>78</sup> omittit C.; *ut* B. — <sup>79</sup> *per negligentiam* C. — <sup>80</sup> *fuit* B. — <sup>81</sup> *si* inserit V. — <sup>82</sup> Quae sequuntur habet tantum C. Nescio an sint Anselmini. — <sup>83</sup> *permittit* C.

et de his que in flumine deportata<sup>1</sup> sunt, si modo dampni infecti repromittatur, ut D. e. l. hoc amplius [D. 39, 2, 9, 1].

**LXXXVII. Accio aque pluvie arcende.**<sup>2</sup>

Si opere non querendi frumenti<sup>3</sup> causa manufacto<sup>4</sup> aqua pluvia<sup>5</sup> noceat agro, hac accione agitur<sup>6</sup>, ut aqua avertatur, ut D. de aqua pluvia<sup>7</sup> l. I [D. 39, 3, 1]<sup>8</sup>. Ceterum si ediffitio nocet, cessat hec accio: agi autem ita<sup>9</sup> poterit, ius non esse stillicidia inmittere vel flumina. Nam accio aque pluvie specialis est, de fluminibus et stillicidiis generalis, et ubique ea agere licet, ut D. e. l. I [D. 39, 3, 1, 17].

**LXXXVIII. De publicanis et vectigalibus. Accio in factum pretoria.**<sup>10</sup>

In publicanum, qui aliquid vi<sup>11</sup> ademit vel dampnum iniuria dedit aut furtum fecit<sup>12</sup> publicani nomine vel familia eius,<sup>13</sup> si id restitutum non erit, intra annum in duplum<sup>14</sup>, post in simplum datur hoc iudicium,<sup>15</sup> ut D. de public. l. I<sup>16</sup> [D. 39, 4, 1].

**LXXXVIII. De liberali causa. Accio in factum pretoria.**<sup>17</sup>

Ei, qui<sup>18</sup> ignorans liberum hominem emit<sup>19</sup>, in<sup>20</sup> eum, qui dolo malo<sup>21</sup> se venire<sup>22</sup> passus est, cum tamen in ea causa sit ut non<sup>23</sup> denegetur<sup>24</sup> ei ad libertatem<sup>25</sup>

<sup>1</sup> vi fluminis importata scr. secundum Dig. — <sup>2</sup> De Acqua pluvia. Actionem aque pluvie arcende B. Accio de aqua plu. ar. V. — <sup>3</sup> querendorum fructuum C. querendi frumenti V. — <sup>4</sup> manufactio C. — <sup>5</sup> pluviarum arcendo (pro aqua pluvia) C. — <sup>6</sup> accione hac agitur V.; hac accione tenetur et ad hoc agitur C. — <sup>7</sup> De aqua plu. ar. C.; De aqua plu. arcen. V. — <sup>8</sup> Quae sequuntur habet tantum C. Nescio an sint Anselmini. — <sup>9</sup> Ita lego secundum Dig. 39, 3, 1, 17. — agnt' ista C. — <sup>10</sup> Haec § deest in V. — Accio in factum C.; B. addit in margine: Accionem in factum pretoriam — <sup>11</sup> vi omittit C. — <sup>12</sup> vel dampnum... fecit omittit B. — <sup>13</sup> Ita B.; publico nomine eius vel familie C. Est hic vitiosum etiam Dig. 39, 4, 1 pr. — <sup>14</sup> in duplum omittit B. — <sup>15</sup> hoc iudicium omittit B. — <sup>16</sup> de public. l. I et II C. — <sup>17</sup> Accio in factum de liberali causa V.; Accio in factum pretoria C. De B. vide adnot. 10. — <sup>18</sup> Si quis B. — <sup>19</sup> emit liberum hominem B.; liberum emit hominem V. — <sup>20</sup> in omittit C. — <sup>21</sup> dolum V. — <sup>22</sup> venire se C. — <sup>23</sup> unde pro ut non B. — <sup>24</sup> negetur V.; dedignetur C. — <sup>25</sup> libertatis C. — <sup>26</sup> infra annum hic non habet C. — <sup>27</sup> exigitur C. — <sup>28</sup> pro inde et V. habet tamen, C. agit. — <sup>29</sup> agit hic omittit C. — <sup>30</sup> Item pro l. in tantum V. — <sup>31</sup> Post rectissime haec adiicit C., qui in his omnibus paragraphis valde differt ab aliis codicibus: « intra annum; que accio penalis est et intra annum datur ut D. e. utique [D. 40, 12, 21]. In qua accione venit, si quid dampnum mihi dederit tempore quo bona fide mihi serviebat, ut D. e. Igitur et l. Illud. [D. 40, 12, 12 et 13]. » Deinde hanc paragraphum habet C.: « ACCIO IN FACTUM PRETORIA. — Ex sententia arbitri et accio in factum datur, in his scilicet casibus, qui in lege... comprehenduntur, ut C. de receptis...

proclamatio, accio ista infra annum<sup>26</sup> competit, per quam duplum exigit<sup>27</sup> eius quod dedit: nichilominus inde et<sup>28</sup> contra venditorem agit<sup>29</sup> de evictione, ut D. de liberali causa. rectissime. in tantum<sup>30</sup> [D. 40, 12, 14 et 18].<sup>31</sup>

**LXXXIX. De re iudicata. Actio iudicati.**<sup>32</sup>

Hec accio datur<sup>33</sup> ei, pro quo sententia lata est, et perpetua est,<sup>34</sup> et rei persecutionem continet, item heredi et in heredem competit,<sup>35</sup> ut D. de re iudicata. l. miles [D. 42, 1, 6, 3].<sup>36</sup>

**LXXXIX. De bonis auctoritate iudicis possidentis. Accio in factum pretoria.**<sup>37</sup>

Ei, qui<sup>38</sup> in possessionem missus est<sup>39</sup>, nomine impensarum accio in factum datur, sed<sup>40</sup> nomine<sup>41</sup> fructuum quos percepit,<sup>42</sup> si eos non restituat<sup>43</sup> aut si dolo malo deterior causa possessionis facta sit,<sup>44</sup> adversus eum ei<sup>45</sup>, ad quem ea res pertinet, hoc<sup>46</sup> iudicium datur:<sup>47</sup> sane hoc ultimo casu nec post annum<sup>48</sup> datur, nec in heredes<sup>49</sup>, cum ex delicto oriatur, ut D. de bonis auctoritate iu. poss. pretor [D. 42, 5, 9].

**LXXXX. Que in fraudem creditorum alienata sunt. Accio in factum pretoria.**<sup>50</sup>

Creditoribus datur hec accio infra annum utilem<sup>51</sup> ad ea revocanda<sup>52</sup>, que in fraudem eorum gesta<sup>53</sup> sunt.

[C. 2, 55 (56)...] et l. aut. de iudicibus ut nullatenus [Nov. 82] » Hanc § (si tamen Anselmini esse putabis) melius post paragraphum sequentem de accione iudicati ponas. — <sup>32</sup> De re et effectu sententiae; in marg.: accionem in factum pretoriam B.; De re iudicata V.; Accio iudicati C. — <sup>33</sup> datur hic omittit V., et post lata est ponit. — <sup>34</sup> et perpetua est habet tantum C., cum Dig. 42, 1, 6, 3. — <sup>35</sup> item heredi et in heredem competit habet tantum C. cum Dig. cit. — <sup>36</sup> C. haec adiicit: « post III menses a die sententiae vel, si provocatio intercessit, a die confirmationis numerandos, ut C. de usuris rei iu. l. II [C. 7, 54, 2]. » — <sup>37</sup> De bonis auctori. i. possidentis. In marg.: Accionem in factum pretoriam B.; De bonis auctori. i. poss. accio in factum p. V.; Accio in factum pretoria C. — <sup>38</sup> Si quis B. C. — <sup>39</sup> missus est in possessione B.; in possessione missus est C. — <sup>40</sup> sed et V. — <sup>41</sup> ratione C. — <sup>42</sup> perceperit. — <sup>43</sup> restituerit C. — <sup>44</sup> est B.; aut si eius... facta sit omittit C. — <sup>45</sup> ei omittunt V. C. — <sup>46</sup> hoc omittit C. — <sup>47</sup> In sequentibus B. et V. secutus sum: C. haec habet: « que acciones nec arbitrarie (lege temporarie cum Dig. 42, 5, 9, 7) sunt et tam heredibus quam in heredes dantur; sive possessionis causa deterior facta esse dicetur dolo eius, qui in possessione missus sit, accio in eum datur, que nec in heredem, nec post annum datur, nisi quatenus ad eum pervenit, heredi autem datur, ut D. de bo. auc. iu. poss. pretor n. heredi [D. 42, 5, 9 et 10 et 11] », quae Digestorum verbis magis similia sunt. — <sup>48</sup> post ea V. — <sup>49</sup> heredem B. — <sup>50</sup> Que in fraudem creditorum alienata sunt. In marg.: Actionem in factum pretoriam B.; Quod in fraudem creditorum. Accio in factum V.; Accio in factum C. — <sup>51</sup> infra annum utilem omittit C. — <sup>52</sup> revocanda ea C. — <sup>53</sup> facta C.



Datur autem <sup>1</sup> adversus eum qui fraudem non ignoravit. Interdictum causa cognita, et si scientia non sit, hec <sup>2</sup> accio datur <sup>3</sup>, ut D. que in fraudem credit. I. I. ait pretor <sup>4</sup> [D. 42, 8, 1 et 10]. Sed et ipse, qui <sup>5</sup> fraudem fecit, ea <sup>6</sup> accione tenetur, ut D. eod. l. I [D. 42, 8, 1]. <sup>7</sup>

LXXXXIII. **E. t. Accio Pauliana pretoria.** <sup>8</sup>

Hec quoque accio <sup>9</sup> creditoribus datur <sup>10</sup> ad ea <sup>11</sup> revocanda, que in fraudem eorum sunt alienata, <sup>12</sup> ut D. de usuris. videamus. [D. 22, 1, 38, 4].

LXXXXIII. **E. t. Interdictum fraudatorium.** <sup>13</sup>

Hoc interdictum eadem persequitur ab eo <sup>14</sup>, qui fraudem non <sup>15</sup> ignoravit, ut D. de solut. pupilli <sup>16</sup> [D. 46, 3, 96].

LXXXXV. **Interdictum quorum bonorum.**

Interdictum quorum bonorum nomen accepit a primis verbis. Hoc interdictum datur his, quibus bonorum possessio data est, ut filiis <sup>17</sup> emancipatis adversus <sup>18</sup> eos qui possident pro herede vel pro possessore aliquid de his bonis. Restitutorium est et competit <sup>19</sup> ad possessionem universorum bonorum adipiscendam, quamvis [hoc interdicto] teneantur <sup>20</sup> etiam qui unam rem hereditariam corporalem <sup>21</sup> possident, ut D. quorum bonorum <sup>22</sup> [D. 43, 2].

LXXXXVI. **Interdictum quod legatorum.** <sup>23</sup>

Quod quisque legatorum nomine <sup>24</sup> occupavit non ex voluntate heredis, per hoc interdictum id heredi <sup>25</sup> restituere cogitur, ut D. quod <sup>26</sup> legatorum, l. I [D. 43, 3, 1].

<sup>1</sup> autem omittit C. — <sup>2</sup> hec omittit V. — <sup>3</sup> Post datur haec inserit C.: *adversus eum, qui ex lucrativo titulo possidet, ut C. de revoc. his que in fra. ali. Ignoti* [C. 7, 75, 5], *D. de revoc. his que in fra. ali. l. II* (lege I) *ait pretor...* — <sup>4</sup> *pretori* V. — <sup>5</sup> *per* C. — <sup>6</sup> *ei* B. V. — <sup>7</sup> Haec adiicit C.: « *Intra annum quo experiundi potestas fuit, ut D. e. l. I* [D. 42, 8, 1]. *post annum de eo quod ad eum pervenit; sive sit ipse fraudator sive alius, ad quem pervenit; heredi datur, sed non in heredes, nisi in id quod ad eos pervenit, ut D. e. ait pretor § hec accio et § ult.* [D. 42, 8, 10, 24 et 25]. *Item creditoribus missis in possessione bonorum debitoris, si quis ex creditoribus aliquid a debitore extorsit, accione in factum tenetur, ut D. e. p.* [D. 42, 8...?] ». — <sup>8</sup> Ita B.; *t. e. Pauliana* V.; *Pauliana pretoria* C. Abhinc semper rubricam bis habet in margine B. — <sup>9</sup> *Hec accio quoque* C. — <sup>10</sup> *competit* C. — <sup>11</sup> *ea* omittit C. — <sup>12</sup> *alienata sunt* V. — <sup>13</sup> *E. t.* omittunt C. V. — <sup>14</sup> *ab eo* omittit C. — <sup>15</sup> *non* omittit V. — <sup>16</sup> *pu. etiam e. V.; pa. C.* — <sup>17</sup> Ita C., qui tamen habet: « *I. q. b. n. a. a primis ut a premissu interdictum d. h. q. b. p. d. e. u. f.* » Haec omnia omittunt B. V. Nescio an sint omnia Anselmini. — <sup>18</sup> *competit adversus* B.; *hoc interdictum competit adversus* V. — <sup>19</sup> *aliquid d. h. b. R. e. e.*

LXXXXVII. **Interdictum ne vis fiat ei qui in possessionem missus est.**

Hoc interdictum tuetur qui in possessionem <sup>27</sup> missus est, ne prohibeatur in <sup>28</sup> possessionem esse <sup>29</sup>, quod si factum fuerit, tenetur quanti ea res fuit, <sup>30</sup> ob quam in possessionem missus fuerat: <sup>31</sup> excepta legatorum causa, et excepto cum ex causa dampni infecti in <sup>32</sup> possessionem mittitur, infra annum utilem <sup>33</sup> competit et non postea. Nec <sup>34</sup> in heredes similesque personas dabitur <sup>35</sup>, cum sit penale <sup>36</sup>, nisi quatenus ad eum pervenerit; sed heredibus et similibus personis datur, <sup>37</sup> ut D. ne vis fiat ei, <sup>38</sup> l. I. § hanc <sup>39</sup> [D. 43, 4, 1, 8].

Nam ex causa legatorum et dampni infecti perpetua est, ut hoc tit. l. I <sup>40</sup> [D. 43, 4, 1] et <sup>41</sup> D. de dampno infecto. si quis missum <sup>42</sup> [D. 39, 2, 17, 3].

LXXXXVIII. **Interdictum de tabulis exhibendis.** <sup>43</sup>

Ut tabule testamenti eius, cui tu <sup>44</sup> successisti, exhibeantur, hoc interdicto experiris <sup>45</sup> adversus eum, qui exhibendi habet <sup>46</sup> facultatem: qui <sup>47</sup>, si non exhibeat, ad interesse condemnatur, ut D. de tabulis exhibendis l. I [D. 43, 5, 1]. Hoc interdictum et post annum heredi competit, ut D. e. locum. § ult. <sup>48</sup> [D. 43, 5, 3, 16].

LXXXXVIII. **Interdictum ne quid in loco sacro fiat.** <sup>49</sup>

Per hoc interdictum prohibemur <sup>50</sup> quid facere vel immittere <sup>51</sup> in loco sacro, quod ad eius deformitatem vel incommodum pertineat, ut D. ne quid in loco sacro <sup>52</sup> l. I [D. 43, 6, 1].

*competit* habet tantum C. — <sup>20</sup> Ita C.; *ut D. quorum bonorum. Quo tenetur* B. V. — <sup>21</sup> *unam hereditatem corporalem C.; unam rem hereditariam* B. V. — <sup>22</sup> *possidet omissis ut D. etcet.* B. V. — <sup>23</sup> *Interdictum quorum legatorum* B. V. — <sup>24</sup> *nomine* omittit C. — <sup>25</sup> *id heredi per hoc interdictum* C. — <sup>26</sup> *quorum* B. V.; *e. t. C.* — <sup>27</sup> *possessione* B. C. — <sup>28</sup> *ire in* V. — <sup>29</sup> *esse non habet* V. — <sup>30</sup> *fuerit* V. — <sup>31</sup> *est* V. *fuit in possessionem missus* C. — <sup>32</sup> *in* omittit C. — <sup>33</sup> *utilem* omittunt C. V. — <sup>34</sup> *Non* B.; *et non* C. — <sup>35</sup> *personales (omisso dabitur)* B. — <sup>36</sup> *speciale* V.; *penalis* C. — <sup>37</sup> *nisi quatenus ad eos pervenerit, sed heredibus et similibus personis datur* omittunt C. V. — <sup>38</sup> *ne vis ei* V.; *ne vis fiat ei qui in poss.* C. — <sup>39</sup> § *hanc* omittunt B. V. — <sup>40</sup> *l. I* omittit C. — <sup>41</sup> *hoc tit. l. I et* omittit V. — <sup>42</sup> *missus* V.; C. adiicit: *et l. III* (lege III) § *ult.* [D. 39, 2, 4, 10]. — <sup>43</sup> Ita B.; *I. d. t. exhibendis* V.; *De tabulis exhibendis* C. — <sup>44</sup> *tu* omittunt C. V. — <sup>45</sup> *uteris* C. — <sup>46</sup> *habet exhibendi* C. — <sup>47</sup> *quod* C. — <sup>48</sup> Haec habet tantum C., ubi tamen in fine § *II* pro § *ult.* legitur - B. et V. post *l. I* habent *locum*. — <sup>49</sup> Ita V.; *Interdictum ne quid in sacro loco fiat* B.; *Interdictum ne quid in loco* C.; sed vide adnotationem ad sequentem rubricam. — <sup>50</sup> *prohibemus* B. V. — <sup>51</sup> *mittere* C. — <sup>52</sup> *sacro loco* B.

**C. Interdictum ne quid in loco publico vel itinere fiat.**<sup>1</sup>

Si quid in loco vel itinere publico factum vel immissum erit<sup>2</sup>, qua ex re aliquid dampni tibi<sup>3</sup> detur, hoc interdictum tibi<sup>4</sup> competit, ut D. ne quid in loco publico<sup>5</sup> l. I<sup>6</sup> [D. 43, 8, 1 aut 2]. Est<sup>7</sup> aliud interdictum perpetuum et populare<sup>8</sup>, quod<sup>9</sup> prohibet aliquid fieri vel immitti<sup>10</sup> in via publica vel itinere publico, quo<sup>11</sup> ea via vel id<sup>12</sup> iter deterius fiat<sup>13</sup>, ut D. eod. l. ead.<sup>14</sup> [D. 43, 8, 2]. Quod si factum fuerit, per aliud<sup>15</sup> interdictum restituitur<sup>16</sup>; inter que duo nulla alia est<sup>17</sup> differentia, ut D. eod. l. ead.<sup>18</sup> [D. 43, 8, 1]. Preterea alio interdicto prohibetur vis<sup>19</sup> fieri<sup>20</sup> quominus via publica itinereve<sup>21</sup> publico ire agere liceat, ut D. eod. l. ead.<sup>22</sup> [D. 43, 8, 2].

**CI. Interdictum de loco publico fruendo.**<sup>23</sup>

Ei, qui<sup>24</sup> conduxit locum publicum ab eo, cui locandus<sup>25</sup> fuerat, hoc interdictum competit, ne vis fiat ei<sup>26</sup> quominus ei frui liceat<sup>27</sup> ex lege locationis, ut D. de loco publico fruendo l. I [D. 43, 9, 1].

**CII. Interdictum de via publica et si quid in ea factum esse dicatur.**<sup>28</sup>

Ne quid in viis publicis construatur, surruatur, effodiatur, vel stercora vel morticina vel coria eiciantur, interdicitur; et, si factum fuerit a servo, vel ab obviante fustigetur: si a libero, Edilibus demonstretur, et Ediles secundum leges multent, ut D. de via publica et si quid in ea factum esse dicatur, l. Edi. [D. 43, 10, 1].

<sup>1</sup> Ita B. V.; *sacro et loco publico et itinereve fiat C.* — <sup>2</sup> [S]i quid in loco sacro fiat vel in re publica vel immittatur C. — <sup>3</sup> tibi omittunt C. V. — <sup>4</sup> tibi omittunt B. V. — <sup>5</sup> publico omittit V.; *publico fiat* habet C. — <sup>6</sup> aut potius l. II. — <sup>7</sup> Est omittit C. — <sup>8</sup> *pp'ale* C. — <sup>9</sup> vel C. — <sup>10</sup> mitti C. — <sup>11</sup> qua C.; *vel in itinere per quod* B. — <sup>12</sup> id omittit V. — <sup>13</sup> fit *condemnatio ex ea facienda quanti actoris intersit* C. — <sup>14</sup> § h'. adiecit C. — <sup>15</sup> aliquod horum V. — <sup>16</sup> restituitur C.; *prestituntur* V. — <sup>17</sup> est alia B.; *alia est* omittit V. — <sup>18</sup> ut D. e. e. § *penult. et ult.* C.; ut D. eod. l. ead. omittit V. — <sup>19</sup> tibi vis C. — <sup>20</sup> fieri omittit B. — <sup>21</sup> itinere C. — <sup>22</sup> ut D. que in fraudem fecit, ea accione tenetur, ut D. eod. l. I B. — <sup>23</sup> Ita B. V.; *De loco publico fruendo* C. — <sup>24</sup> Si quis B. — <sup>25</sup> ius locandi C. — <sup>26</sup> ei de loco publico fruendo V. — <sup>27</sup> liceat frui C.; *liceat ei frui* V. — <sup>28</sup> Haec § extat tantum in B. — Lex unica Dig. 43, 10 graeca est. — <sup>29</sup> *Interdictum de via publica itinereve publico reficiendo* B.; *De via publica et itinere publico reficiendo* C.; *Interdictum de via pu. et itinere* V. — Hanc § post sequentem *De fluminibus etc.* ponit V. — <sup>30</sup> *via publica iterque publicum* C. — <sup>31</sup> *viam ceteris omissis* V. — *liceat et reficere* C. — <sup>32</sup> tibi omittit C. — <sup>33</sup> Haec § extat tantum in C. — <sup>34</sup> *D. f. i. n. q. i. f. publico fiat, ut p. na. possit* B.; *Inter-*

**CIII. Interdictum de via publica et itinere publico reficiendo.**<sup>29</sup>

Quominus tibi viam publicam iterve publicum<sup>30</sup> aperire reficere liceat<sup>31</sup>, dum ne ea via idve iter deterius fiat, per hoc interdictum vis tibi<sup>32</sup> fieri prohibetur, ut D. de via publica l. I [D. 43, 11, 1].

**CIIII. Actio vie reiecte.**<sup>33</sup>

Si in agrum vicini viam publicam quis reiecerit, tanti in eum *vie reiecte* accio datur, quanti eius interest, cuius fundo iniuria inrogata est, ut D. de via publica et itinere publico. [D. 43, 11, 3].

**CV. De fluminibus. Interdictum ne quid in flumine publico ripave eius fiat, quo peius navigetur.**<sup>34</sup>

Hoc interdicto prohibetur aliquid fieri vel immitti<sup>35</sup> in flumine publico ripave<sup>36</sup> eius, quo statio vel iter navigio<sup>37</sup> deterius fiat<sup>38</sup>, ut D. de fluminibus l. I [D. 43, 12, 1]. Quod si factum fuerit, per aliud interdictum restituitur<sup>39</sup>, ut D. eod. l. ead.<sup>40</sup> [D. 43, 12, 1].

**CVI. Interdictum ne quid in flumine publico fiat quo aliter aqua fluat.**<sup>41</sup>

In flumine publico ripave<sup>42</sup> eius aliquid<sup>43</sup> facere vel immittere<sup>44</sup>, quo aliter aqua fluat<sup>45</sup> quam priore estate<sup>46</sup> fluxit, per hoc interdictum prohibetur<sup>47</sup>, ut D. ne quid in flumine publico, in princ.<sup>48</sup> [D. 43, 13, 1 pr.]: quod, si factum fuerit, per aliud interdictum restituitur<sup>49</sup>, ut D. eod. l. ead.<sup>50</sup> [D. 43, 13, 1, 11-13].

*dictum n. quid fiat in f. p. v. e. q. peius non dividatur* C.; *Interdictum n. q. i. f. p. fiat q. p. na. V.* — <sup>35</sup> mitti C. — <sup>36</sup> *vel ripa* B. V. — <sup>37</sup> *navigii* B.; *navigatio* V. — <sup>38</sup> *fiat fit* B. — <sup>39</sup> *ei inserunt omnes codd.* — <sup>40</sup> l. I C., qui etiam quae sequuntur adiecit: « *Item utile interdictum competit, ne quid in mari vel litore quo portus statio iterve navigio deterius fiat. Sed si in flumine publico non navigabilis fiat, idem est. Item si in flumine publico factum, ut crescat vel aque cursus impediatur, utile interdictum competit, ne vis fiat ei quominus id opus, in quo a litore [lege quod in alveo] fluminis ripave eius factum sit, ut iter cursus fluminis impediretur, tollere demoliri purgare restituere viri boni arbitrio possit, ut D. e. t. [D. 43, 12] ».* — <sup>41</sup> Ita V. *omisso publico*; *Ne quid in flumine publico ripave eius fiat quo peius aqua fluat* B.; *Ne quid in flumine publico navigare liceat* C. — <sup>42</sup> *ripa* B. — <sup>43</sup> *aliquid post facere* ponit V., *post mittere [pro immittere]* C. — <sup>44</sup> *mittere* C. — <sup>45</sup> *aliter aqua profluat* B.; *aqua fluat aliter* V.; *aqua aliter fluat* C. — <sup>46</sup> *priorem estatem* B.; *priori estate* V.; *priori statu* C. — <sup>47</sup> *proibemur* B. — <sup>48</sup> *publico in princ.* omittunt B. V. *post flumine* B. *habet l.* — <sup>49</sup> *quod cum factum fuerit restituitur per aliud interdictum* C. — <sup>50</sup> l. ead. omittit V.; *t. e. habet* C. qui adiecit: « *et est hoc interdictum populare, ut D. e. ».*



**CVII. Interdictum ut in flumine publico navigare liceat.**<sup>1</sup>

Hoc interdicto<sup>2</sup> prospicitur<sup>3</sup> ne quis in flumine publico navigare prohibeatur. Item ut<sup>4</sup> per lacum, fossam, stagnum<sup>5</sup> publicum navigare liceat, interdictum datur. Interdictum quoque datur ne vis fiat appellenti<sup>6</sup> pecus ad flumen publicum ripamve<sup>7</sup> eius, ut D. ut in flumine publico<sup>8</sup> [D. 43, 14, 1]<sup>9</sup>. Sed si in mari piscari aut navigare prohibeatur, aut in campo ludere, vel<sup>10</sup> in balneo publico lavare, aut in theatro spectare, non hoc<sup>11</sup> interdicto, sed iniuriarum actione utendum est, ut D. ne quid in loco publico vel itinere publico l. II<sup>12</sup> [D. 43, 8, 2, 9].

**CVIII. Interdictum de ripa munienda.**<sup>13</sup>

Quominus tibi<sup>14</sup> in flumine publico ripave eius opus facere ripe agrive, qui<sup>15</sup> circa ripam est, tuendi<sup>16</sup> causa liceat, dum ne<sup>17</sup> ob id navigatio deterior fiat<sup>18</sup>, si dampni infecti in annos X arbitrato boni viri<sup>19</sup> caveris vel satisdederis<sup>20</sup>, aut per te non stat, per hoc interdictum vim<sup>21</sup> fieri pretor<sup>22</sup> vetat<sup>23</sup>, ut D. de ripa munienda [D. 43, 15, 1].

**CVIII. De vi et vi armata<sup>24</sup>. Interdictum Unde vi.**

Hoc interdictum proponitur ei<sup>25</sup>, qui de possessione fundi vel edium atroci vi deiectus est, per quod intra annum utilem<sup>26</sup> non tantum possessio restituenda est, sed etiam<sup>27</sup> quae tunc ibi<sup>28</sup> habuit<sup>29</sup>; post annum vero id quod ad eum pervenit. In heredem datur, ut ab eo turpe<sup>30</sup> lucrum extorqueatur<sup>31</sup>, ut D. de vi et vi armata<sup>32</sup> l. I<sup>33</sup> et l. II et III<sup>34</sup> [D. 43, 16, 1 et 2 et 3]<sup>35</sup> et heredi ceterisque successoribus, ut D. e. l. I, § hoc interdictum [D. 43, 16, 1, 44].

<sup>1</sup> Ita B.; *Ut i. f. p. n. l. interdictum V.*; *Ne quis prohibeatur in flumine publico vel stagno navigare C.* — <sup>2</sup> *interdictum B.* — <sup>3</sup> *cavetur C.* — <sup>4</sup> *Item ut B.*; *ut omittit C.* — <sup>5</sup> *stagnum B.* — <sup>6</sup> *ne vis ei fiat amplectendi B.*; *ne vis fiat ei ad pellendum V.*; *ne vis fiat appellanti C.* — <sup>7</sup> *ripave B.* — <sup>8</sup> *cui flumen pu. inserit B.* — <sup>9</sup> *Quae sequuntur extant tantum in B et V.*; *dubium est an sint Anselmino tr. buenda.* — <sup>10</sup> *aut V.* — <sup>11</sup> *hoc omittit V.* — <sup>12</sup> *l. I B.* — <sup>13</sup> *Ita B. V.*; *De ripa fluminis munienda C.* — <sup>14</sup> *tibi omittit C.* — <sup>15</sup> *eius qui C.* — <sup>16</sup> *muniendi V.* — <sup>17</sup> *ne omittit V.* — <sup>18</sup> *deteriorum navitio fiat B.*; *deterior navigatio fit C.* — <sup>19</sup> *arbitratu boni viri omittit C.* — <sup>20</sup> *satisdederit B. V.* — <sup>21</sup> *cum B.* — <sup>22</sup> *pretor omittunt B. V.* — <sup>23</sup> *veto B.* — <sup>24</sup> *De v. e. v. armata habet tantum B.* — <sup>25</sup> *ab eo C.* — <sup>26</sup> *utilem omittunt C. V.* — <sup>27</sup> *etiam omittit V.*; *etiam ea habet B.* — <sup>28</sup> *ibi omittit V.* — <sup>29</sup> *habebat V.* — <sup>30</sup> *ab eo omittunt B. V.*; *turpe omittit C.* — <sup>31</sup> *extorquatur B. C.* — <sup>32</sup> *arg. V.*; *ar. C.* — <sup>33</sup> *in pri. et § annus et § ult. [pr. § 39, § 48] inserit C.* — <sup>34</sup> *et l. III et IIII V.* — <sup>35</sup> *Quae sequuntur exstant tantum in C.* — <sup>36</sup> *I. u. possidentis V.*; *R. adicit C.* — <sup>37</sup> *pretor inserit V.* — <sup>38</sup> *Hic B. inserit: « A litis*

**CX. Interdictum Uti possidetis.**<sup>36</sup>

Hoc interdictum<sup>37</sup> tuetur possessionem rei immobilis ei, qui possidet<sup>38</sup> nec vi nec clam nec precario ab eo, qui possessionem inquietat, ut in Inst.<sup>39</sup> de interdictis [Inst. 4, 15, 4]. Cuius condempnatio fiet<sup>40</sup> quanti cuiusque interest<sup>41</sup> possessionem retinere, ut D. Uti possidetis. Si duo. [D. 43, 17, 3, 11].

**CXI. Interdictum de superficiebus.**<sup>42</sup>

Ei, qui<sup>43</sup> superficiem in solo alieno conduxit<sup>44</sup>, quominus ita fruatur sicut fruitur<sup>45</sup> non vi non clam non precario ab adversario<sup>46</sup> vis<sup>47</sup> fieri vetatur per hoc interdictum. Ei quoque, causa cognita, utilis accio in rem datur, si non ad modicum tempus superficiem<sup>48</sup> conduxit, ut D. de superficiebus l. I [D. 43, 18, 1].

**CXII. Interdictum de itinere actuque privato.**<sup>49</sup>

Quo<sup>50</sup> itinere actuque privato vel via hoc anno vel modico tempore huius anni, id est<sup>51</sup> non minus XXX diebus<sup>52</sup>, nec<sup>53</sup> vi nec<sup>53</sup> clam nec<sup>53</sup> precario ab illo<sup>54</sup> usus es iure servitutis, quominus ita utaris, hoc interdictum<sup>55</sup> vim fieri prohibet<sup>56</sup>, ut D. de itinere actuque pri. l. I [D. 43, 19, 1]. Preterea per aliud<sup>58</sup> interdictum vis fieri<sup>59</sup> prohibetur tibi<sup>60</sup> reficere volenti, ut D. eod. l. Inde. Ait Pretor<sup>61</sup> [D. 43, 19, 3, 11].

**CXIII. Interdictum de aqua cotidiana et estiva.**<sup>62</sup>

Ut<sup>63</sup> hoc anno<sup>64</sup> aquam, de qua agitur, non vi non clam non precario ab illo duxisti<sup>65</sup>, quominus ita ducas vim fieri pretor prohibet<sup>66</sup>, ut D. de aqua cotidiana et estiva<sup>67</sup> l. I [D. 43, 20, 1]. Preterea quominus<sup>68</sup> ita ducas<sup>69</sup> aquam estivam sicuti<sup>70</sup> duxisti priore<sup>71</sup> estate non vi non clam non precario ab adversario<sup>72</sup> vim fieri

*contestate tempore, vel alius nomine eius, licet eius subiectus non sit. Idem est in utrobi de re mobili ».* — <sup>39</sup> *Inst. C. B.*; *D. Inst. V.* — <sup>40</sup> *fit V.* — <sup>41</sup> *vite B.* — <sup>42</sup> *I. de superficie V.*; *I. de superfiteibus B.*; *De superficiebus C.* et in marg. B. — <sup>43</sup> *Si quis B.* — <sup>44</sup> *locavit habent B. V. et post superficiem ponunt.* — <sup>45</sup> *fruebatur B.* — <sup>46</sup> *adverso V.* — <sup>47</sup> *vim C.* — <sup>48</sup> *superficiem omittit V.* — <sup>49</sup> *Interdictum omittit C.* — <sup>50</sup> *Qui C.* — <sup>51</sup> *id est omittit C.* — <sup>52</sup> *Post diebus C. inserit: hoc interdictum vim fieri prohibet quominus ita utaris si non ab illo.* — <sup>53</sup> *non B. C.* — <sup>54</sup> *ab alio V.*, *ab illo hic omittit C.* — <sup>55</sup> *interdicto B.* — <sup>56</sup> *quominus i. u. h. i. v. f. prohibet hic omittit C.* — <sup>57</sup> *actuque B. actu pri. C. ac. pri. V.* — <sup>58</sup> *illud V.* — <sup>59</sup> *fieri vim C.* — <sup>60</sup> *vis prohibetur tibi fieri B.* — <sup>61</sup> *e. Inde C.*; *e. Id. V.* — <sup>62</sup> *Interdictum omittit C.* — <sup>63</sup> *Uti V.* — <sup>64</sup> *Ut in hoc B.* — <sup>65</sup> *ab illo duxisti omittit V.* — <sup>66</sup> *prohibet pretor B.* — <sup>67</sup> *et estica omittit B.* — <sup>68</sup> *vim fieri p. p. u. D. d. a. c. e. l. I. P. quominus omittit C.* — <sup>69</sup> *ita ducas omittit C.* — <sup>70</sup> *sicut V.* — <sup>71</sup> *priori C.*; *in priori V.* — <sup>72</sup> *post adversario C. nihil aliud habet quam: ut D. de rivis l. I.*

vetat pretor per aliud interdictum, ut D. eod. l. ead. [D. 43, 20, 1, 29]. Item si ex castello tibi aquam ducere<sup>1</sup> permissum est ab eo, cui<sup>2</sup> permittendi ius est, aliud interdictum datur, ut D. eod. l. ead. [D. 43, 20, 1, 38]<sup>4</sup>.

**CXIII. Interdictum de rivis<sup>5</sup>.**

Hoc interdictum vim<sup>6</sup> fieri vetat quominus<sup>7</sup> rivos, specus, septa<sup>8</sup> tibi reficere<sup>9</sup>, purgare<sup>10</sup> aque ducende causa<sup>11</sup> liceat, dum ne aliter<sup>12</sup> aquam ducas quam uti priore<sup>13</sup> estate duxisti non vi non clam non precario ab adversario, ut D. de rivis l. I [E. 43, 21, 1]<sup>14</sup>. Sed et<sup>15</sup> incile et fosse et putei hoc interdicto continentur, ut D. tit. eod. l. ead. [D. 43, 41, 1, 5].

**CXV. Interdictum de fonte.**

Quominus ita<sup>17</sup> utaris aqua ex fonte, lacu, puteo, piscina, sicut usus es<sup>18</sup> non vi non clam non precario ab adversario, interdictum datur<sup>19</sup>, ut D. de fonte [D. 43, 22, 1]. Preterea datur tibi interdictum<sup>20</sup>, ut ea<sup>21</sup> purgare reficere liceat, dum ne<sup>22</sup> aliter ea<sup>23</sup> aqua<sup>24</sup> utaris, ut D. e. l. ead. [D. 43, 22, 1, 6].

**CXVI. Interdictum de cloacis<sup>26</sup>.**

Ut liceat illi<sup>27</sup> cloacam, que ex<sup>28</sup> edibus illius in tuas edes pertinet<sup>29</sup> purgare et reficere, interdictum datur. Dampni tamen<sup>30</sup> infecti, quod vitio operis factum<sup>31</sup> erit, caveri iubet pretor, ut D. de cloacis l. I [D. 43, 23, 1]<sup>32</sup>. Deinde ait pretor: quod in cloaca publica<sup>33</sup> factum sive immissum habes, quo usus deterior eius fiat, restituatur<sup>34</sup>. Item ne quid fiat immitaturve<sup>35</sup> interdicatur, ut D. e. l. I [D. 43, 23, 1, 15]. De nova<sup>36</sup> quoque facienda interdictum datur, si is

<sup>1</sup> perducere B. — <sup>2</sup> quia B. — <sup>3</sup> eod. omittit V. — <sup>4</sup> B. et V. haec etiam adiciunt: « Tibi quoque reficere volenti [volenti reficere B.] datur aliud interdictum [interdictum aliud V.] ut D. eod. [omittit V.] l. ead. » Sed cum hoc interdictum de rivis sit, de quo sequens §, haec verba non puto esse Anselmini. — <sup>5</sup> ripis B. — <sup>6</sup> vim omittit C.; pretor vim V. — <sup>7</sup> quominus post specus C. post septa ponit B. — <sup>8</sup> septa omittit C.; scepta B. — <sup>9</sup> reficenti V. — <sup>10</sup> purgare omittit B. — <sup>11</sup> aque ducende causa omittit C. — <sup>12</sup> ne aliter omittit C. — <sup>13</sup> in priori C. — <sup>14</sup> Quae sequuntur non habet C. — <sup>15</sup> et omittit V. — <sup>16</sup> tit. eod. omittit V. — <sup>17</sup> ita omittunt B. V. — <sup>18</sup> est B. — <sup>19</sup> datur interdictum V. — <sup>20</sup> interdictum tibi datur C. — <sup>21</sup> eam C. — <sup>22</sup> ne omittunt B. V. — <sup>23</sup> ea omittit C. — <sup>24</sup> non inserit B. — <sup>25</sup> de fonte adicit B. — <sup>26</sup> Interdictum omittit C. — <sup>27</sup> ita Dig.; tibi B. V.; ei C. — <sup>28</sup> ex omittit V. — <sup>29</sup> cadet C. — <sup>30</sup> tamen omittit V. infecti dampni tamen habet B. — <sup>31</sup> factum omittit C. — <sup>32</sup> Quae sequuntur exstant tantum in C. et valde corrupta. Dubium est an sint Anselmini. — <sup>33</sup> Ita Dig. 43, 23, 1, 15; in publico C. — <sup>34</sup> restituas Dig. — <sup>35</sup> ita Dig.; fiat in via itinere C. — <sup>36</sup> nave C.

concesserit, cui viarum publicarum cura sit, ut D. e. l. ult. [D. 43, 23, 2].

**CXVII. Interdictum quod vi aut clam<sup>37</sup>.**

Quod vi aut clam in<sup>38</sup> solo fecisti<sup>39</sup>, id per hoc interdictum intra annum utilem restituere compelleris<sup>40</sup>, ut D. quod vi aut clam l. I. Semper<sup>41</sup> [D. 43, 24, 1 et 15]: in quo<sup>42</sup> lis<sup>43</sup> estimatur quanti actoris<sup>44</sup> interest, ut D. eod. l. ead. l. ead. [D. 43, 24, 15, 7]. In heredes<sup>46</sup> datur in id quod ad eos pervenit, ut D. l. ead. [D. 43, 24, 15, 3]<sup>48</sup>. Clam autem facere videtur non solum sciens, sed etiam qui estimare debeat<sup>49</sup> sibi controversiam futuram, quia non<sup>50</sup> resupinam eius opinionem exequi<sup>51</sup> oportet, ne melioris condicionis sint stulti quam periti, ut D. eod. l. Servius clam<sup>52</sup> [D. 43, 24, 4].

**CXVIII. Interdictum de precario.**

Hoc interdictum competit ei, qui rem aliquam mobilem vel<sup>53</sup> immobilem alii precibus concessit utendam<sup>54</sup> non facta designatione<sup>55</sup> ad quem usum<sup>56</sup> ea res postularetur. Debet autem res<sup>57</sup> restitui<sup>58</sup> in pristinam causam: quod si non fiat, ad interesse fit<sup>59</sup> condemnatio. Et generaliter est dicendum<sup>60</sup> solum dolum et culpam latam<sup>61</sup> venire in restitutionem<sup>62</sup>, ut D. de precario l. quesitum<sup>63</sup> [D. 43, 26, 8, 6].

**CXVIII. Interdictum de arboribus cedendis<sup>64</sup>.**

Que arbor ex edibus tuis in edes<sup>65</sup> illius impendet<sup>66</sup>, si per te stat quominus<sup>67</sup> eam adimas, tunc quominus<sup>68</sup> illi eam arborem adimere sibi que habere liceat vis fieri vetatur. Deinde que arbor<sup>69</sup> ex agro tuo in agrum illius impendet<sup>70</sup>, si per te stat quominus pedes XV<sup>71</sup>

— <sup>37</sup> Interdictum omittit C. — <sup>38</sup> in omittit C. — <sup>39</sup> fecisti omittit B. — <sup>40</sup> compellam C. — <sup>41</sup> Semper omittit C. — <sup>42</sup> qua B. — <sup>43</sup> vel pro lis C. — <sup>44</sup> auctoris V. — <sup>45</sup> tit eod. l. ead. B.; l. e. V.; e. l. semper C. — <sup>46</sup> heredem C. — <sup>47</sup> Ita C.; In heredes non datur, ut l. ead. B.; In h. d. i. i. q. a. e. p. u. D. l. e. omittit V. — <sup>48</sup> Quae sequuntur non habet C. Nescio an sint Anselmini tribuenda. — <sup>49</sup> dicat V. — <sup>50</sup> non omittit, lacuna relicta, V. — <sup>51</sup> opinionem ex re qui B. Digestorum verba etiam corrupta sunt. — <sup>52</sup> ut tit. eod. l. servus clam B.; ut D. e. servus clam V.; sed legendum est: Servius etiam eum clam. — <sup>53</sup> aliquam mobilem vel omittit V. — <sup>54</sup> co. utenda C. — <sup>55</sup> demonstratione B. — <sup>56</sup> usum omittit V. — <sup>57</sup> res omittunt B. C. — <sup>58</sup> reddere C. — <sup>59</sup> fiat C. — <sup>60</sup> dicendum est C. — <sup>61</sup> latam culpam C. V. — <sup>62</sup> restitutione B. C. — <sup>63</sup> Quod fit V. — <sup>64</sup> Interdictum omittunt B. C. cedendis omittit V. — <sup>65</sup> in edes omittit B.; edes omittit V.; in edibus C. — <sup>66</sup> impendit C. V. — <sup>67</sup> Quae sequuntur usque ad pedes XV etc. omittit C. — <sup>68</sup> eam adimas tunc quominus omittit V.; minus pro quominus habet B. — <sup>69</sup> arbor omittit V. — <sup>70</sup> impendit in agrum illius V. — <sup>71</sup> XV pedes C.



a terra eam <sup>1</sup> altius <sup>2</sup> coerceas <sup>3</sup>, tunc quominus illi ita <sup>4</sup> coercere <sup>5</sup> lignaque <sup>6</sup> sibi habere <sup>7</sup> liceat per aliud interdictum <sup>8</sup> vis fieri vetatur <sup>9</sup>, ut D. de arboribus cedendis <sup>10</sup> l. I [D. 43, 27, 1]. <sup>11</sup>

**CXX. Interdictum de glande legenda.** <sup>12</sup>

Fructus, qui ex illius agro in vicinum agrum cadunt, <sup>13</sup> quominus illi tertio quoque die <sup>14</sup> legere <sup>15</sup> auferre liceat vim fieri vetat pretor, ut D. de glande legenda <sup>16</sup> [D. 43, 28, 1].

**CXXI. Interdictum de libero homine exhibendo.** <sup>17</sup>

Hoc interdictum, quod adversus eum datur, <sup>18</sup> qui liberum hominem invitum <sup>19</sup> detinet, omnibus competit, ut D. de libero homine exhibendo <sup>20</sup> l. I <sup>21</sup> et III <sup>22</sup> [D. 43, 29, 1 et 3], <sup>23</sup> et perpetuum est, et, si reus condemnatus malit litis extimationem sufferre quam hominem exhibere, non est iniquum sepius interdictum dari vel eidem sine exceptione <sup>24</sup> vel alii, ut D. e. t. l. III [D. 43, 29, 3, 13 et 15].

**CXXII. Interdictum de liberis exhibendis.** <sup>25</sup>

Adversus eum, <sup>26</sup> qui eos <sup>27</sup> detinet <sup>28</sup> te invito <sup>29</sup> qui in tua sunt potestate <sup>30</sup>, interdictum competit, <sup>31</sup> per quod eos <sup>32</sup> exhibere compellitur. His exhibitis deducendi potestas <sup>33</sup> fieri debet per aliud interdictum. <sup>34</sup> Eadem interdicta marito competunt pro uxore sua, ut D. de liberis exhibendis. l. I et II et III [D. 43, 30, 1 et 2 et 3].

<sup>1</sup> a terram eatur B.; omittit, lacuna relicta, V. — <sup>2</sup> alterius B.; altius V. — <sup>3</sup> coerceas C.; deglabari w. id est coerceas V. — <sup>4</sup> ita omittunt B. V. — <sup>5</sup> coercere codd. — <sup>6</sup> ligna quoque B. — <sup>7</sup> abere B. — <sup>8</sup> per aliud interdictum omittit V. — <sup>9</sup> fieri vim vetat C. — <sup>10</sup> cesis B. — <sup>11</sup> Haec adiecit valde corrupta C. « § Item si radicibus arbor [lege arborum] in vicina [non bene hoc verbum legitur] area positus crescentibus fundamentis domus tue periculum afferatur presens [lege preses] interdictorum [lege ad exemplum interdictorum], quibus ostenditur nec [lege ne] per arboris quidem occasionem iure vero [lege vicino] nocere oportet [lege oportere], tamen [lege rem] ad suam equitatem rediget, ut D. [lege C.] de interdictis l. I. [C. 8, 1, 1] ». — <sup>12</sup> Interdictum omittunt B. C.; sed B. habet in margine Interdictum et cet. — <sup>13</sup> cadunt in agrum tuum C.; in (male legitur nescio utrum vicinum an tuum) cadunt V. — <sup>14</sup> illi tertio quo die B.; illi tertia die C.; illi eos die tercio V. — <sup>15</sup> et inserunt C. V. — <sup>16</sup> e. pro de glande legenda V. — <sup>17</sup> Interdictum omittunt B. C., sed de B. vide adnot. l. exhibendo scribunt C. V. — <sup>18</sup> Interdictum hoc quod datur adversus eum B.; hoc interdictum adversus eum datur C. — <sup>19</sup> ei C.; invitum non bene legitur in V. — <sup>20</sup> exhibendo C.; e. pro de libero homine exhibendo V. — <sup>21</sup> l. e. I. V. — <sup>22</sup> § hoc interdictum adiecit V. — <sup>23</sup> Quae sequuntur exstant tantum in C. — <sup>24</sup> Ita Dig. 43, 29, 3, 13.; vel ei dare exceptionem C. — <sup>25</sup> Interdictum omittit C.; exhibendis habent C. V.; de tabulis exhibendis B. sed in marg. habet. I. de liberis exhibendis item deducendis. — <sup>26</sup> eos C. — <sup>27</sup> eos omittit C. — <sup>28</sup> detinent C. —

**CXXIII. Interdictum utrobi.** <sup>35</sup>

Hoc interdictum <sup>36</sup> nichil differt <sup>37</sup> ab interdicto uti possidetis, nisi quod hoc <sup>38</sup> competit possessori rei mobilis, <sup>39</sup> ut D. utrobi <sup>40</sup> [D. 43, 31, 1].

**CXXIII. Interdictum de migrando.** <sup>41</sup>

Inquilino competit hoc interdictum, qui vult migrare, quominus <sup>42</sup> ei vis <sup>43</sup> fiat hominem abducenti, <sup>44</sup> qui <sup>45</sup> non est obligatus <sup>46</sup> domino pro pensionibus, <sup>47</sup> aut, si obligatus fuerit, <sup>48</sup> pensio iam soluta est, ut D. de migrando l. I [D. 43, 32, 1]. Competit etiam <sup>49</sup> hoc interdictum de aliis rebus, <sup>50</sup> que non ipsius fuerunt, sed <sup>51</sup> forte commodate <sup>52</sup> vel deposite <sup>53</sup> vel locate ei, <sup>54</sup> ut D. eod. <sup>55</sup> l. ult. [D. 43, 32, 2] <sup>56</sup>. Dum tamen si <sup>57</sup> ad certum tempus conduxit, si specialis pactio facta est ut non liceat <sup>58</sup> ante <sup>59</sup> discedere quam <sup>60</sup> totius temporis pensionem cogatur exsolvere. <sup>61</sup> Hoc de inquilino: nam colono hoc interdictum non competit, sed ei <sup>62</sup> extraordinem <sup>63</sup> subvenitur, ut D. eod. <sup>64</sup> [D. 43, 32, 1, 1 et 2].

**CXXV. Interdictum Salvianum.** <sup>65</sup>

Hoc interdictum <sup>66</sup> competit domino adversus colonum <sup>67</sup> ad persequendas eas res, que domino sunt tacite <sup>68</sup> obligate, ut D. de Salviano interdicto l. I <sup>69</sup> [D. 43, 33, 1].

**CXXVI. Preiudiciales acciones.** <sup>70</sup>

Hec <sup>71</sup> sunt ille, per quas queritur de aliquo, an sit <sup>72</sup> liber an servus, <sup>73</sup> item an sit <sup>74</sup> libertus <sup>75</sup> an ingenuus, <sup>76</sup>

<sup>29</sup> invitum C. — <sup>30</sup> potestate sunt V. — <sup>31</sup> datur C. — <sup>32</sup> eos omittit V. — <sup>33</sup> facultas B. V.; oportet estas scripserat C., sed postea potestas correxit. — <sup>34</sup> Quae sequuntur exstant tantum in B. V. In C. huic §, nullo spatio interiecto, adiecit sequens § ita: « ... aliud interdictum quod nichil ab interdicto uti possidetis » etc. — <sup>35</sup> de utrobi B.; Interdictum utrobi V. Rubricam hic omissam ad sequentem § apponit C. — <sup>36</sup> quod C. — <sup>37</sup> differt post possidetis ponit C. — <sup>38</sup> hoc interdictum C. — <sup>39</sup> possessori rei mobilis competit C. — <sup>40</sup> de utrobi B. — <sup>41</sup> Hanc rubricam non habet C., de quo vide adnotationem ad praecedentem rubricam. — <sup>42</sup> quo V. — <sup>43</sup> vis ei B. — <sup>44</sup> abducendi C. V. adducendi B. — <sup>45</sup> quod B. V.; quia C. — <sup>46</sup> est omittit C. qui habet obligatur a; obligaturus B. — <sup>47</sup> fundi inserit C. — <sup>48</sup> fuerit et C., fuit B. — <sup>49</sup> etiam omittit V. — <sup>50</sup> rebus omittit B., qui et inserit; rebus et V. — <sup>51</sup> si V. — <sup>52</sup> comodate C.; ei acomodate V. — <sup>53</sup> vel deposite omittunt C. V. — <sup>54</sup> ei omittit C. — <sup>55</sup> tit. eod. omisso D. B.; D. V. — <sup>56</sup> Quae sequuntur mendosa sunt; vide Dig. 43, 32, 1, 4. — <sup>57</sup> transit C. — <sup>58</sup> liceret V. — <sup>59</sup> ante ei C. — <sup>60</sup> quam omittit V. — <sup>61</sup> cogatur exsolvere pensionem V. — <sup>62</sup> ei omittit C.; si ei B. — <sup>63</sup> hordinem V. — <sup>64</sup> D. e. t. l. C.; D. t. e. V. — <sup>65</sup> De Salviano interdicto B. — <sup>66</sup> interdictum omittunt B. V. — <sup>67</sup> colonunum C. — <sup>68</sup> tacite omittit B.; ante domino ponit C. — <sup>69</sup> l. I omittit B. — <sup>70</sup> Int. preiudiciales V.; De preiuditiis B. qui in marg. habet: preiudiciales acciones. — <sup>71</sup> Hec B. V. — <sup>72</sup> an sit omittit C. — <sup>73</sup> sit inserit C. — <sup>74</sup> an sit omittit C. — <sup>75</sup> item an sit libertus omittit V. — <sup>76</sup> sit inserit C.

preterea an iste sit filius illius<sup>1</sup> an non, ut in<sup>2</sup> Instit. de accionibus § preiudiciales<sup>3</sup> [Inst. 4, 6, 13]. In quibus actoris partes<sup>4</sup> sustinet, qui<sup>5</sup> intentionem<sup>6</sup> habet,<sup>7</sup> ut D. de preiudiciis generaliter<sup>8</sup> [D. 44, 1, 12].

#### CXXVII. Accio ex stipulatu.<sup>9</sup>

Heec accio<sup>10</sup> competit ei, qui stipulatus est<sup>11</sup> aliquid<sup>12</sup> incertum sibi dari fierive,<sup>13</sup> ut in<sup>14</sup> Instit. de verborum obligationibus, in pr.<sup>15</sup> [Inst. 3, 15, pr.]. Pro dote quoque petenda<sup>16</sup> competit heec accio, et si<sup>17</sup> non intercessit<sup>18</sup> stipulatio,<sup>19</sup> et est bone fidei sive dos petatur sive repetatur, ut C. de rei uxorie accione [C. 5, 13, 1].

#### CXXVIII. Accio furti nec manifesti.<sup>20</sup>

Ei<sup>21</sup> cuius interest ex honesta<sup>22</sup> causa ratione<sup>23</sup> dampni heec accio competit, ut D. de furtis l. cuius et l. tum et l. si is cui<sup>24</sup> [D. 47, 2, 10 et 11 et 72 (71)], adversus eum, qui rem alienam sciens<sup>25</sup> contrectavit<sup>26</sup> animo lucri domino invito,<sup>27</sup> ut D. eod. l. I<sup>28</sup> [D. 47, 2, 1]. Duplatur<sup>29</sup> autem<sup>30</sup> rei estimatio<sup>31</sup> pro furto nec manifesto, ut in Instit. de furtis<sup>32</sup> [Inst. 4, 1, 5].

#### CXXVIII. Accio furti manifesti.<sup>33</sup>

Heec accio differt<sup>34</sup> a superiori, quia heec est pretoria<sup>35</sup> et datur in quadruplum, scilicet<sup>36</sup> adversus furem manifestum,<sup>37</sup> ut in<sup>38</sup> Instit. de perpetuis et temporalibus<sup>39</sup> accionibus [Inst. 4, 12, pr.] et de furtis<sup>40</sup> [Inst. 4, 1, 3 et 5?]. Preter has<sup>41</sup> acciones con-

dictio<sup>42</sup> furtiva<sup>43</sup> competit, per quam rem persequimur<sup>44</sup>, ut in Instit. de accionibus [Inst. 4, 6, 18].

#### CXXX. Accio de tigno iniuncto.<sup>45</sup>

In eum, qui alienum tignum<sup>46</sup> suis edibus vel vineis<sup>47</sup> iunxisse<sup>48</sup> convictus<sup>49</sup> est<sup>50</sup>, in duplum accio datur, ut D. de tigno iniuncto [D. 47, 3].

#### CXXXI. Si quis testamento liber esse iussus est. Accio in factum.<sup>51</sup>

Heredi<sup>52</sup> datur heec<sup>53</sup> accio in duplum<sup>54</sup> intra utilem<sup>55</sup> annum<sup>56</sup> ad furti similitudinem adversus eum, qui, cum liber esse<sup>57</sup> iussus esset<sup>58</sup> in testamento, post mortem domini, ante aditam<sup>59</sup> hereditatem, fecit quominus ex his bonis ad heredem aliquid<sup>60</sup> perveniret<sup>61</sup>, ut D. si quis testamento liber iussus<sup>62</sup> l. I [D. 47, 4, 1].

#### CXXXII. Accio arborum furtim cesarum.<sup>63</sup>

Adversus eum, qui furtim<sup>64</sup> arbores alterius ceciderit<sup>65</sup>, facienda<sup>66</sup> estimatio est<sup>67</sup> quanti domini intersit non ledi, ipsarumque<sup>68</sup> arborum pretio deducto, eius quod superest<sup>69</sup> dupli accio datur, ut D. arborum furtim cesarum l. <sup>70</sup> facienda et l. furtim<sup>71</sup> [47, 7, 8 et 7].

#### CXXXIII. Accio vi bonorum raptorum.<sup>72</sup>

In eum, qui aliquid rapuerit<sup>73</sup> vel hominibus a se coactis<sup>74</sup> dampnum dederit, in quadruplum cum ipsa re intra annum<sup>75</sup>, post annum<sup>76</sup> in simplum hec<sup>77</sup>

<sup>1</sup> illius omittit B. — <sup>2</sup> in omittit C. — <sup>3</sup> § preiudiciales omittunt B. V. — <sup>4</sup> partem V. — <sup>5</sup> quod B. V. — <sup>6</sup> int. emptione C. — <sup>7</sup> habent C. — <sup>8</sup> genera B. — <sup>9</sup> Accio ex stipulatu C.; De verborum obligationibus et in margine: actionem ex stipulatu B. — <sup>10</sup> Accio hec B. — <sup>11</sup> est omittit B. — <sup>12</sup> aliquid B. — <sup>13</sup> sibi dari fierive omittit C.; fieri iure B. — <sup>14</sup> in omittit C. — <sup>15</sup> in pri. omittunt B. V. — <sup>16</sup> pro dote prestanda et repetenda C.; Sed pro dote repetenda B. — <sup>17</sup> etiam si C. — <sup>18</sup> intersit V. — <sup>19</sup> in hoc casu inserit V. — <sup>20</sup> Accio furti non manifesti C.; De furtis B. qui tamen in margine habet: Accionem furti nec manifesti — <sup>21</sup> Si P. C. — <sup>22</sup> onesta V. — <sup>23</sup> ratio est C. — <sup>24</sup> l. cuius et l. cu. et l. si is C.; cuius. Si is cui V.; cuius B. — <sup>25</sup> sciens rem alienam C. — <sup>26</sup> contractavit B. C. — <sup>27</sup> lucrandi invito domino V. — <sup>28</sup> I omittit C. — <sup>29</sup> duplatur C. — <sup>30</sup> autem omittit B. — <sup>31</sup> estimatio et B. V.; estimatio C. — <sup>32</sup> D. de furtis in margine C. [D. 47, 2, 46, 2?]. Tit. de furtis in Inst. non exstat, sed de oblig. quae ex delicto nascuntur — <sup>33</sup> Tit. eod. accio furti mag. B. qui autem in marg. habet: Accionem furti manifesti; Rubricam omittit C. — <sup>34</sup> differt omittit V. — <sup>35</sup> que est pretoria V.; quia hec pretoria est B. — <sup>36</sup> sed B.; omittit V. — <sup>37</sup> s. m. (id est scilicet manifestum) V. — <sup>38</sup> in omittunt C. V. — <sup>39</sup> et temporalibus omittunt C. B. — <sup>40</sup> Ita B. et V.; omittit C. Aut est legendum de oblig. quae ex del. nasc., aut D. de furtis — Quae sequuntur habent tantum B. et V. Nescio an sint Anselmini. — <sup>41</sup> autem inserit B. — <sup>42</sup> condicio V.; conditio B. — <sup>43</sup> furti B. — <sup>44</sup> sequimur V.

— <sup>45</sup> Accio de tigno iniuncto, accio in factum C.; De tigno iniuncto B. — <sup>46</sup> tignum alienum V.; alienum omittit C. — <sup>47</sup> vel vicini V.; vel in tuis C. — <sup>48</sup> coniunxisse C.; iunxisse B. V. — <sup>49</sup> convictus B. — <sup>50</sup> fuerit. C. — <sup>51</sup> in factum omittit V. — B. habet: De actione in factum et in margine accionem in factum pre. — C hic habet rubricam § sequentis. Accio arborum furtim cesarum; sed vide adnotationem ad praecedentem rubricam. — <sup>52</sup> Heredibus B.; omittit C. — <sup>53</sup> hec omittit C. — <sup>54</sup> in duplum omittit C. — <sup>55</sup> utilem omittit C. — <sup>56</sup> intra utilem annum omittit V. — <sup>57</sup> esse omittunt B. V. — <sup>58</sup> etiam inserit B.; est habet C. — <sup>59</sup> adhitam C. — <sup>60</sup> aliquid ante ad heredem ponit C.; post perveniret B. — <sup>61</sup> deveniret C. — <sup>62</sup> liber iussus omittit V.; iussus omittit B. — <sup>63</sup> Accio omittit B. sed habet in margine: Accionem arborum furtim cesarum — C. hic habet rubricam § sequentis: Accio vi bonorum raptorum, sed vide adnotationem ad praecedentem rubricam. — <sup>64</sup> furti V. — <sup>65</sup> cecidit B.; ceciderunt C. — <sup>66</sup> facienti (?) C. — <sup>67</sup> estimatione B.; estimationem C. — <sup>68</sup> ipsorumque B.; ipsarum quoque V. — <sup>69</sup> quod superest omittit V. — <sup>70</sup> l. omittunt B. C. — <sup>71</sup> et l. furem C.; omittunt B. V. — <sup>72</sup> i' pro vi V.; Accio omittit B. sed cfr. adnot. 63; C. nullam habet rubricam, sed vide adnotationem ad rubricam praecedentem. — <sup>73</sup> rapuit C. B. — <sup>74</sup> de dolo inserit B. — <sup>75</sup> in quadruplum cum re ipsa intra annum C.; intra annum utilem in quadruplum B. — <sup>76</sup> annum omittunt B. C. — <sup>77</sup> hec omittit C.



accio datur<sup>1</sup>. In qua verum rei<sup>2</sup> pretium quadruplatur, non etiam quod interest, sive in bonis res sit sive non. Si tamen non in bonis, sed ex bonis, ut<sup>3</sup> puta commodata<sup>4</sup> vel pignorata<sup>5</sup> res sit, non<sup>6</sup> ut dominium accipiam, sed solum quod interest eam non rapi<sup>7</sup>. Si quis vero<sup>8</sup> rem suam rapuerit<sup>9</sup>, non hac<sup>10</sup> accione, sed aliter multabitur. Heredibus quidem datur; adversus<sup>11</sup> heredes, si locupletiores sint, cum alias conditio<sup>12</sup> furtiva<sup>13</sup> sufficiat, si quid ad eos pervenerit, ut D. de vi bonorum raptorum l. II [D. 47, 8, 2, 22, et 18, et 27].

**CXXXIII. Tit. eod. Accio in factum pretoria.**<sup>14</sup>

Cuius dolo malo in turba quid dampni factum esse dicetur<sup>15</sup>, in eum intra annum utilem in duplum, post annum<sup>16</sup> in simplum accio datur<sup>17</sup>, etiam si ipse turbam non coegit<sup>18</sup>, sed<sup>19</sup> adventu suo eam concitavit<sup>20</sup>, et dum criminaretur aliquem vel misericordiam<sup>21</sup> provocaret turba contracta est vel alius contraxit<sup>22</sup> vel ipse ex<sup>23</sup> turba fuit, ut D. e. l. 25<sup>25</sup> pretor [D. 47, 8, 4]. Turba X vel XV homines dicetur in rixa<sup>26</sup>, l. e. [D. 47, 8, 4, 3].

**CXXXV. Accio de incendio pretoria.**<sup>27</sup>

In eum, qui ex<sup>28</sup> incendio aliquid rapuerit<sup>29</sup> aut dampni quid<sup>30</sup> in his<sup>31</sup> rebus dederit, intra annum utilem quadruplum, post annum<sup>32</sup> in simplum accio datur, ut in D. de incendio ruina naufragio<sup>33</sup> l. I. [D. 47, 9, 1].<sup>34</sup>

**CXXXVI. Accio de ruina pretoria.**<sup>35</sup>

Hec accio superiori similis<sup>36</sup> est: D. eod. l. ead.<sup>37</sup> l. ead.<sup>38</sup> [D. 47, 9, 1].

<sup>1</sup> competit vel datur V. - Quae sequuntur desunt in C. qui tantum habet: ut D. de vi bon. rap. l. II. - <sup>2</sup> rei omittit B. - <sup>3</sup> ut omittit V. - <sup>4</sup> comodata V. - <sup>5</sup> vel pignorata omittit V. - <sup>6</sup> sive non B. - <sup>7</sup> venit adiciit B. - <sup>8</sup> vero omittit V. - <sup>9</sup> rapuit B. - <sup>10</sup> hac omittit V. - <sup>11</sup> Fortasse scribendum est non adversus; vide Dig. 47, 8, 27. - <sup>12</sup> condicio B. V. - <sup>13</sup> furtiva omittit V. - <sup>14</sup> Ita V.; E. t. B. Rubricas hinc usque ad finem omittit C. - <sup>15</sup> videtur V. - <sup>16</sup> annum omittit C. - <sup>17</sup> datur accio B. - ut D. e. pretor inserit V. - <sup>18</sup> etiam si ipse turbam non coegit omittit V. - coegerit C. qui reliqua huius § omittit, exceptis verbis ut D. e. pretor. - <sup>19</sup> sed si V. - <sup>20</sup> concitaverit V. - <sup>21</sup> misericordia V. - <sup>22</sup> contraxerit B. - <sup>23</sup> ipsa V. - <sup>24</sup> tit. eod. B. - <sup>25</sup> l. omittit V. - <sup>26</sup> rixa B. - <sup>27</sup> De incendio ruina naufragio et in margine Accionem de incendio p. B.; Incendio V.; rubricam omittit C. - <sup>28</sup> ex omittit V. - <sup>29</sup> rapuit B. C. - <sup>30</sup> dampni C.; dampnum B. V. - <sup>31</sup> his omittit V. - <sup>32</sup> annum omittunt B. C. - <sup>33</sup> ruina naufragio omittit B. - <sup>34</sup> t. e. adiciit B. Sed est, nisi fallor, pars rubricae § sequentis. - <sup>35</sup> pretoria omittit V.; Accionem de ruina pretoriam in margine B. Rubricam omittit C. - <sup>36</sup> similis superiori V. - <sup>37</sup> l. e. t. e. B. - <sup>38</sup> Qim; adiciit V. - <sup>39</sup> Accionem de naufragio rate nave expugnata in margine B.; Accio de naufragio et rate expugnate V. Rubricam omittit C. - <sup>40</sup> qq. (quaeque?) C. quoque quidam librarius correxit posteriori tempore; querenda B.; omittit V. - <sup>41</sup> erunt eadem B. - <sup>42</sup> quia B. V. - <sup>43</sup> qui vel omittit C. - <sup>44</sup> navis C.

**CXXXVII. Accio de naufragio et rate nave expugnata.**<sup>39</sup>

In hac accione quoque<sup>40</sup> eadem erunt<sup>41</sup> que in superioribus. Preterea hoc amplius quod<sup>42</sup> qui vel<sup>43</sup> unum ex clavis<sup>44</sup> ex naufragio abstulit<sup>45</sup> omnium nomine tenetur, et qui ex naufragio abstulit<sup>46</sup> tantundem fisco<sup>47</sup> dare<sup>48</sup> cogitur<sup>49</sup> quantum hec accio persequitur. Preterea corporaliter puniendi sunt pro personarum condicione et rerum qualitate, ut D. eod. quo. Pedius<sup>50</sup> [D. 47, 9, 3, et 4].

**CXXXVIII. Accio iniuriarum.**<sup>51</sup>

Ei<sup>52</sup> competit hec accio<sup>53</sup>, qui contumeliam passus<sup>54</sup> ab aliquo<sup>55</sup> ad animum statim revocavit: dissimulatione enim aboletur, ut D. de iniuriis. non solum. [D. 47, 10, 11, 1]. Utili quoque<sup>56</sup> anno tollitur<sup>57</sup>, ut C. de iniuriis l. 58 si non convicii<sup>59</sup> [C. 9, 35, 5] et D. quod metus causa l. 60 si cum<sup>61</sup> [D. 4, 2, 14, 2]. Nec heredi, nec in heredem datur, nisi lite contestata<sup>62</sup>, ut D. de iniuriis l. 64 iniuriarum [D. 47, 10, 13]. Lex quoque Cornelia ex<sup>65</sup> tribus<sup>66</sup> causis accionem iniuriarum dedit, ut D. eod. lex<sup>67</sup> Cornelia [D. 47, 10, 5]<sup>68</sup>; que perpetua est, sicut alie acciones<sup>69</sup> ex aliis legibus descendentes, ut in<sup>70</sup> Instit. de perpetuis et temporalibus<sup>71</sup> accionibus [Inst. 4, 12 pr.]. In summa sciendum est de omni iniuria<sup>72</sup> posse agi vel<sup>73</sup> civiliter, facta estimatione secundum gradum dignitatis et vite honestatem, vel<sup>74</sup> criminaliter<sup>75</sup> extra ordinem<sup>76</sup> pena imposita reo<sup>77</sup> ex causa et persona, ut D. eod. l. ult. [D. 47, 10, 45] et in Instit. tit. eod.<sup>78</sup> [Inst. 4, 4, 10].

- <sup>45</sup> abstulerit V. - <sup>46</sup> omnium n. t. e. q. e. n. abstulit-omittunt B. V. - <sup>47</sup> tantundem fisco omittit C. - <sup>48</sup> dare fisco V. - <sup>49</sup> tantum hic inserit C. - <sup>50</sup> Pedius omittit C. qui haec adiciit: et etiam quadruplum fisco prestatur et ita in octuplum fiet condemnatio, ut D. e. quo. in fi. [D. 47, 9, 3 in fine]. - <sup>51</sup> De iniuriis et in marg. Accionem iniuriarum pretoriam B. Rubricam omittit C. - <sup>52</sup> Qi V. - <sup>53</sup> accio omittit C. - <sup>54</sup> passus est C. - <sup>55</sup> ab aliquo si C. - <sup>56</sup> quoque omittit C.; post anno ponit B. - <sup>57</sup> B. hic inserit: « quod Martinus speciale dicit in vi [lege in iniuria] facta metu, Jacobus vero contra, ut eod. l. nec. [D. 47, 10, 32] et C. » etc. Vide Dissensiones dominorum Vet. coll. § 58, Rog. 29, Chis. Haenel. §. 170, Hugol. 364, 365, mea collectio Chis. § 54. - <sup>58</sup> l. omittit V. - <sup>59</sup> convicii omittit C.; convenit V. - <sup>60</sup> l. omittit C. - <sup>61</sup> sicut C. Legendum est Item si cum. - <sup>62</sup> nisi lite contestata habet tantum C. - <sup>63</sup> ut D. eod. B. - Verba: quod metus causa l. sicut. n. h. n. i. h. d. n. l. c. ut D. omittit V. qui pro de iniuriis habet e., ut B. - <sup>64</sup> l. omittunt B. V. - <sup>65</sup> aliis casibus ex V.; accionem ex C. - <sup>66</sup> inter tribus et causis B. inserit: scilicet cum quis se pulsatum verberatum domumve suam introitam - <sup>67</sup> lege C. - <sup>68</sup> esse dicat adiciit B. - <sup>69</sup> acciones alie B. - <sup>70</sup> in omittit C. V. - <sup>71</sup> et temporalibus omittit C.; prescriptis adiciit B. - <sup>72</sup> ex hac causa iniuriarum B.; ex o. i. V. - <sup>73</sup> vel omittit C. - <sup>74</sup> et B. - <sup>75</sup> facta inserit V. - <sup>76</sup> hordinem V. - <sup>77</sup> reo omittit C. - <sup>78</sup> et in Inst. tit. eod. omittit C.

**CXXXVIII. Sollicitatores alienarum nuptiarum.<sup>1</sup>**

Hii, etsi effectu<sup>2</sup> sceleris potiri non possunt, propter voluntatem perniciose<sup>3</sup> libidinis extraordinaria pena pro<sup>4</sup> arbitrio iudicis puniendi sunt, ut D. de extraordinariis criminibus l. I<sup>5</sup> [D. 47, 11, 1].

**CXXXX. Persuasores stupri.<sup>6</sup>**

Hii perfecto flagitio capite puniuntur; <sup>7</sup> imperfecto, <sup>8</sup> in insulam deportantur; corrupti <sup>9</sup> comites <sup>10</sup> summo <sup>11</sup> supplicio afficiuntur, ut D. <sup>12</sup> eod. l. I [D. 47, 11, 1].

**CXXXI. Que partum abegit opera data.<sup>13</sup>**

Hec est danda <sup>14</sup> in temporale <sup>15</sup> exilium, <sup>16</sup> ut D. eod. Divus <sup>17</sup> [D. 47, 11, 4].

**CXXXII. Qui persuasit servo ut fugeret ad statuas.<sup>18</sup>**

In hunc severe <sup>19</sup> extra ordinem animadvertitur, preter <sup>20</sup> actionem servi corrupti, qua <sup>21</sup> ipse <sup>22</sup> tenetur, ut D. eod. in eum <sup>23</sup> [D. 47, 11, 5].

**CXXXIII. Dardanarii.<sup>24</sup>**

Hii sunt qui annonam emunt, ut eam cariorem vendant; <sup>25</sup> quibus quandoque <sup>26</sup> negotiatione <sup>27</sup> interdicitur, quandoque relegantur: humiliores ad <sup>28</sup> opus publicum dantur, ut D. eod. annonam [D. 47, 11, 6].

<sup>1</sup> nuptiarum omittit V.; De extraordinariis criminibus et in marg.: *Colluctationes aliarum nuptiarum* habet B. Rubricam omittit C. — <sup>2</sup> effectum C. V. — <sup>3</sup> perniciose omittit C. — <sup>4</sup> pro omittit B. — <sup>5</sup> ut D. l. ult. et in *Inst. t. e. de ext. cri. l. IV.* — <sup>6</sup> Rubricam omittit C. — <sup>7</sup> *Hii p. f. c. puniuntur* omittit C. — <sup>8</sup> etiam flagitio inserit C. — <sup>9</sup> corrumpi V. — <sup>10</sup> comites corrupti V. — <sup>11</sup> summo omittit C.; supplicio summo habet V. — <sup>12</sup> D. omittit B. — <sup>13</sup> *Illam que partum abegit operam dando* in margine adiiicit B. Rubricam omittit C. — <sup>14</sup> damnanda C.; dampnata V. — <sup>15</sup> temporalem C.; temporali B. V. — <sup>16</sup> exilio B. V. — <sup>17</sup> D. omittit B.; D. de extraor. crimi. C. — <sup>18</sup> *Illum qui persuasit servo ut fugeret ad statuas* adiiicit in margine B. *Qui persuaserit servo ut fugeret ad statuam* V. Rubricam omittit C. — <sup>19</sup> servum C. — <sup>20</sup> hanc inserit C. — <sup>21</sup> quia B.; omittit C. — <sup>22</sup> sua forte inserit C. — <sup>23</sup> D. de extraord. crimi. me. C. — <sup>24</sup> Rubricam omittit C. — <sup>25</sup> vendat V., ut carius vendatur C. — <sup>26</sup> mo inserit C. — <sup>27</sup> negotiatio V. — <sup>28</sup> in V. — <sup>29</sup> Saccularii V.; in marg.: *Saccularios, irettarios* omissa littera d. (*directarios*) B.; rubricam omittit C. — <sup>30</sup> Qui omittit C. — <sup>31</sup> veritas C. — <sup>32</sup> in sacculos omittit C.; sclos habet V. — <sup>33</sup> suctus, V. — <sup>34</sup> excedens masculis partem subtrahentes extra ordinem punientur, ut D. e. saccularios C. — <sup>35</sup> *Hii sunt* C. *Item hii sunt* B. *Dietarii Item dietarii hii sunt* V. Lectionem valde corruptam secundum Dig. 47, 11, 7 restituere

**CXXXVIII. Saccularii.<sup>30</sup>**

Qui <sup>30</sup> vetitas <sup>31</sup> in sacculos <sup>32</sup> artes exercentes partem subducunt, <sup>33</sup> partem subtrahunt, <sup>34</sup> item directarii, <sup>35</sup> qui in <sup>36</sup> aliena cenacula se dirigunt furandi <sup>37</sup> animo, aut <sup>38</sup> ad tempus <sup>39</sup> in opus publicum dantur, aut fustibus castigantur, aut ad tempus <sup>40</sup> relegantur, ut D. eod. saccularios <sup>41</sup> [D. 47, 11, 7].

**CXXXV. Qui instrumenta aliena prodiderunt.<sup>42</sup>**

Hii <sup>43</sup> extra ordinem <sup>44</sup> puniuntur, <sup>45</sup> ut D. eod. l. ead. <sup>46</sup> [D. 47, 11, 8].

**CXXXVI. Qui scopulos agro inponunt.<sup>47</sup>**

Hanc rem presides solent exequi usque ad penam capitis, ut D. eod. l. ead. <sup>48</sup> [D. 47, 11, 9].

**CXXXVII. Qui aggeres rumpunt.<sup>49</sup>**

Hii extra ordinem <sup>50</sup> puniuntur pro condicione sua et admissi mensura; <sup>51</sup> quidam <sup>52</sup> metallo secundum suam dignitatem plectuntur, ut D. eod. l. ead. <sup>53</sup> [D. 47, 11, 10].

**CXXXVIII. Circulatores.<sup>54</sup>**

Hii sunt, qui serpentes circumferunt, <sup>55</sup> qui, <sup>56</sup> si cui ob eorum metum dampnum datum erit, <sup>57</sup> pro modo admissi <sup>58</sup> puniuntur, ut D. eod. l. ult. <sup>59</sup> [D. 47, 11, 11].

conatus sum. — <sup>36</sup> in omittit C. — <sup>37</sup> servandi C. — <sup>38</sup> et au V. — <sup>39</sup> et pro aut ad tempus C. — <sup>40</sup> ad tempus omittit C. — <sup>41</sup> saccularios B. V. le. C. — saccularios habet liber Florentinus. — <sup>42</sup> Ita non sine dubio ex coniectura posui. — *Qui aliena instrumenta prodidit* et in marg.: *Illum qui aliena instrumenta prodidit* B.; *Qui in sru'nta aliena prodier.* V. Rubricam omittit C. — <sup>43</sup> *Hii quoque* B. — <sup>44</sup> hordinem V. — <sup>45</sup> et quandoque in metallum dantur inserit C. — <sup>46</sup> D. e. le. C. — In Digestis typis impressis est l. 8. *Sunt praeterea*, secundum primam libri Florentini scripturam. — <sup>47</sup> *Illos qui scopulos agro alieno inponunt* habet in marg. B. et in rubrica *inponit* pro *inponunt*. — Rubricam et totam hanc § omittit C. — <sup>48</sup> Ita codices. In Digestis typis impressis est l. 9. *Sunt quaedam*, secundum primam libri Florentini scripturam. — <sup>49</sup> *Qui a. ru'p't.* et postea *Qui aggeres rumpunt* V.; *Qui agerres rumpunt* et in marg.: *Illos qui agerres rumpunt* B. Rubricam et totam hanc § omittit C. — <sup>50</sup> hordinem V. — <sup>51</sup> pro condicionem suam et amisi mensuram V.;... mensura admissi B. — <sup>52</sup> etiam inserit V. — <sup>53</sup> Ita codices. In Digestis typis impressis est l. 10. *In Aegypto*, secundum primam libri Florentini scripturam. — <sup>54</sup> *Tit. eod. circulatores* et in marg.: *Circulatores* B. Rubricam omittit C. — <sup>55</sup> secum ferunt C. — <sup>56</sup> quod C. — <sup>57</sup> datum dampnum, omisso erit, V. — <sup>58</sup> ommissi C. — <sup>59</sup> sunt l. ultima B.



CXXXVIII. **Crimen violati sepulcri.**<sup>1</sup>

Cuius dolo malo sepulcrum violatum esse dicetur, in eum in factum<sup>2</sup> iudicium datur, ut ei ad quem pertineat<sup>3</sup> quanti ob eam rem equum videbitur<sup>4</sup> condempnetur. Si nemo erit ad quem pertineat vel agere nolet,<sup>5</sup> quicumque agere volet, ei<sup>6</sup> C. aureorum accio<sup>7</sup> datur. Sed<sup>8</sup> si plures agere volent,<sup>9</sup> cuius<sup>10</sup> iustissima causa esse<sup>11</sup> videbitur, ei agendi potestas fiet. Si<sup>12</sup> in sepulcro dolo malo quis<sup>13</sup> habitaverit edificiumve aliud<sup>14</sup> quam<sup>15</sup> quod sepulcri causa factum sit<sup>16</sup> habuerit,<sup>17</sup> in eum CC. aureorum iudicium datur.<sup>18</sup> Que accio popularis est, ut D. de sepulcro violato l. III [D. 47, 12, 3]. In eum quoque, qui<sup>19</sup> in civitate<sup>20</sup> sepulcrum habuerit,<sup>21</sup> nisi lex municipalis hoc<sup>22</sup> permittat, XL aureorum pena, que fisco prestanda est, statuitur: eadem in magistratus,<sup>23</sup> qui hoc passi sunt: locus quoque<sup>24</sup> publicandus est.<sup>25</sup> ut D. eod. l. ead. [D. 47, 12, 3, 5]. Preterea qui cadavera spoliant, si<sup>26</sup> manu armata, capite plectuntur,<sup>27</sup> si sine armis<sup>28</sup> in metallum dantur,<sup>29</sup> ut D. eod. l. ead. [D. 47, 12, 3, 7]. Omnes etiam<sup>30</sup> sepulcorum violatores extra ordinem<sup>31</sup> puniuntur corporaliter, ut D. eod. l. ult. [D. 47, 12, 11].

CL. **Crimen concussionis**<sup>33</sup>.

Hoc crimen extra ordinem coercentur<sup>34</sup> et quod datum est restituitur<sup>35</sup>, ut D. de<sup>36</sup> concussionem l. I [D. 47, 13, 1].

CLI. **Crimen abigeatus**<sup>37</sup>.

Qui gregem abegit<sup>38</sup>, hoc crimine tenetur<sup>39</sup> et extra ordinem<sup>40</sup> punitur<sup>41</sup>, ut D. de abigeis l. I<sup>42</sup> [D. 47, 14, 1].

CLII. **Prevaricatores**<sup>43</sup>.

Prevaricari<sup>44</sup> est diversam partem adiuvari. Quod crimen publicum est, si iudicio prevaricatum<sup>45</sup> fuerit,

<sup>1</sup> De sepulcro violato et in marg.: *Crimen sepulcri violati* B. Rubricam omittit C. — <sup>2</sup> *sepulcrum deterius factum* C. — <sup>3</sup> *pertinet* B. — <sup>4</sup> *equum esse iudicabitur* V. — <sup>5</sup> *nolit* V.; *nollet* C. — <sup>6</sup> *ei* omittit B. — <sup>7</sup> *iudicium* C. — <sup>8</sup> *sed* omittit C. — <sup>9</sup> *volunt* C.; *velint* V. — <sup>10</sup> *quorum* C. — <sup>11</sup> *esse* omittit C. — <sup>12</sup> *Si vero* V.; *Sed si* C. — <sup>13</sup> *quis ante dolo malo ponit* C. — <sup>14</sup> *aliudve* B. C. *vel aliud* V. — <sup>15</sup> *quam* omittit V. — <sup>16</sup> *erit* C. — <sup>17</sup> *habitaverit* B. V. — <sup>18</sup> *dabitur* V. — <sup>19</sup> *quoque* V.; *qui* B.; *quoque qui* C. — <sup>20</sup> *hic quoque* inserit B. — <sup>21</sup> *habuit* B. V. — <sup>22</sup> *hoc lex municipalis* C. — <sup>23</sup> *magistratibus* C. — <sup>24</sup> *quoque* omittit C. — <sup>25</sup> *est* omittit V. — <sup>26</sup> *si* omittit C. — <sup>27</sup> *puniuntur* C. — <sup>28</sup> *si non armis* B. V. — <sup>29</sup> *dampnantur* C. — <sup>30</sup> *etiam* omittit B. — <sup>31</sup> *hordinem* V. — <sup>32</sup> *t. e.* B. — <sup>33</sup> *De concussionem* et in marg.: *Crimen concussionis* B. Rubricam omittit C. — <sup>34</sup> *cohercentur* B. C. — <sup>35</sup> *restituatur* C. — <sup>36</sup> *de* omittunt B. V. — <sup>37</sup> *De abigeis* et in marg.: *Crimen abigeatus* B. Rubricam omittit C. — <sup>38</sup> *abegerit* B. V. — <sup>39</sup> *tenebitur* B. — <sup>40</sup> *hordinem* V. — <sup>41</sup> *puniuntur* V. — <sup>42</sup> *D. et l. I* omittit C. — <sup>43</sup> *De prevaricatoribus*

ut de prevaricationibus<sup>46</sup> l. I et III [D. 47, 15, 1 et 3]. Alias<sup>47</sup> extraordinarium est, et<sup>48</sup> eo modo punitur, quo puniendus esset reus, nisi fuisset<sup>49</sup> absolutus, ut D. eod. l. penult<sup>50</sup> [D. 47, 15, 6].

CLIII. **Receptatores**<sup>51</sup>.

Qui latrones recipiunt eo modo puniendi sunt, sicut ipsi latrones, ut D.<sup>52</sup> de receptatoribus l. I [D. 47, 16, 1] et C. de his qui latrones<sup>53</sup> l. I [C. 9, 39, 1].

CLIII. **Fures balnearii**<sup>54</sup>.

Hi etiam puniuntur extra ordinem, ut D. de furibus balneariis l. I [D. 47, 17, 1].

CLV. **Fures nocturni**<sup>55</sup>.

Hii quoque extraordinaria pena<sup>56</sup> afficiuntur, ut D. eod. l. ead. [D. 47, 17, 1].

CLVI. **Effractoires**<sup>57</sup>.

Hii quandoque<sup>58</sup> capite, quandoque levius puniuntur, ut D. de effractoribus<sup>59</sup> l. I [47, 18, 1].

CLVII. **Expilatores**<sup>60</sup>.

Hii tamquam atrociores fures<sup>61</sup> graviter puniuntur, ut D. eod. l. ead. [D. 47, 18, 1].

CLVIII. **Crimen expilate hereditatis**<sup>62</sup>.

Qui<sup>63</sup> hereditatem nondum aditam expilaverint extra ordinem<sup>64</sup> puniendi sunt, ut D. de crimine expilate hereditatis. Divus [47, 19, 3].

et in marg.: *Prevaricatores* B. Rubricam omittit C. — <sup>44</sup> *Prevaricatio* V. — <sup>45</sup> *prevaricatus* C. — <sup>46</sup> *Ita* B.; *preva.* V.; *prevaricat.* C. — <sup>47</sup> *Aliud* C. — <sup>48</sup> *extrahordinarium est et* V.; *est extraordinarium et* C.; *extrahordinarium etiam* B. — <sup>49</sup> *fuert* B. — <sup>50</sup> *nult.* V. — <sup>51</sup> *De receptoribus* et in marg.: *Receptores* B.; *Receptatores. fures balnearii* V. Rubricam omittit C. — <sup>52</sup> *post D. V. habet tantum e. l. ult.* — <sup>53</sup> *latro. re.* C. — <sup>54</sup> *De furibus balneariis* et in marg.: *Fures balnearios* B. Hanc § omittit V.; sed de rubrica vide adnotationem ad precedentem rubricam. Rubricam omittit C. — <sup>55</sup> *Fures nocturnos* in margine B. omitta rubrica. Rubricam omittit etiam C. — <sup>56</sup> *pari* B. — <sup>57</sup> *De efractoribus* et in marg.: *Efractores.* B.; *Efractores* V. Rubricam omittit C., qui hanc § post sequentem ponit. — <sup>58</sup> *quoque* V. — <sup>59</sup> *de fratoribus* B.; *de efract.* V.; *de actoribus t'* C. — <sup>60</sup> Rubricam in margine ponit B.; omittit C. qui hanc § ante praecedentem ponit. — <sup>61</sup> *fures* omittit B. — <sup>62</sup> *De crimine expilate hereditatis* et in marg.: *Crimen expilate hereditatis* B. Rubricam omittit C. — <sup>63</sup> *ui* (omissa littera Q) V. — <sup>64</sup> *hordinem* V.

CLVIII. **Crimen stellionatus** <sup>1</sup>.

Hoc crimen obicitur his <sup>2</sup>, qui dolo quid fecerunt <sup>3</sup>, si aliud crimen non sit, quod <sup>4</sup> obiciatur, et <sup>5</sup> extra ordinem <sup>6</sup> puniuntur, ut D. stellionatus <sup>7</sup> l. II et III <sup>8</sup> [D. 47, 20, 2 et 3].

CLX. **Crimen termini moti** <sup>9</sup>.

Qui <sup>10</sup> terminos moverunt pecuniariter <sup>11</sup> pena aureorum L. quam in publico debent, et corporaliter extra ordinem <sup>12</sup> puniuntur, ut D. de termino moto l. I. agraria [D. 47, 21, 1 et 3].

CLXI. **Qui illicita collegia usurpaverint** <sup>13</sup>.

Hii <sup>14</sup> tenentur ea pena, qua tenentur qui hominibus armatis <sup>15</sup> loca publica vel templa occupasse iudicati sunt, ut D. de illicitis collegiis l. <sup>16</sup> qui illicitum <sup>17</sup> [D. 47, 22, 2].

CLXII. **Crimen maiestatis** <sup>18</sup>.

Hoc crimine tenentur, qui aliquid contra imperatorem vel rem publicam moliti sunt <sup>19</sup>. Cuius pena <sup>20</sup> est <sup>21</sup> anime amissio et <sup>22</sup> omnium bonorum confiscatio, ut in <sup>23</sup> Instit. de publicis iudiciis [Inst. 4, 18, 3] et C. ad legem Iuliam maiestatis l. <sup>24</sup> quisquis <sup>25</sup> [C. 9, 8, 5]. Quod crimen morte non estinguitur, si <sup>26</sup> hostili animo adversus <sup>27</sup> rem publicam vel principem <sup>28</sup> animatus sit, qui scilicet perduellionis reus est, ut D. ad legem Iuliam maiestatis l. ult. [D. 48, 5, 11] et C. eod. quisquis <sup>29</sup> [C. 9, 8, 5].

CLXIII. **Crimen adulterii** <sup>30</sup>.

Temeratores <sup>31</sup> alienarum nuptiarum gladio ultore puniuntur. Eandem penam patiuntur <sup>32</sup> qui cum masculis

nefandam exercent libidinem, ut in <sup>33</sup> Instit. de publicis iudiciis [Inst. 4, 18, 4], et C. ad legem Iuliam de adulteriis l. quamvis et l. cum vir <sup>34</sup> [C. 9, 9, 29 (30) et 30 (31)]. Adultere <sup>35</sup> vero constitutione nova competentibus vulneribus subacte <sup>36</sup> in monasterium mittuntur, <sup>37</sup> ut in Auth. tit. <sup>38</sup> ut nulli iudicum <sup>39</sup> [Nov. 134 c. 10]. Maritus iure mariti <sup>40</sup> uxorem <sup>41</sup> accusare potest intra LX. dies <sup>42</sup> utiles ex die divortii; <sup>43</sup> deinde <sup>44</sup> intra IIII <sup>45</sup> menses utiles <sup>46</sup> iure extranei, ita tamen ut quinquennium non pretereat ex die commissi criminis, ut D. <sup>47</sup> ad legem Iuliam de adulteriis l. <sup>48</sup> si maritus. l. <sup>48</sup> mariti [D. 48, 5, 4 et 30 (2)]. Adulter <sup>49</sup> vero intra quinquennium continuum <sup>50</sup> ex die commissi <sup>51</sup> criminis accusari <sup>52</sup> potest, ut D. eod. miles [D. 48, 5, 12 (11), 4].

CLXIII. **Crimen stupri** <sup>53</sup>.

Qui stuprum committunt, <sup>54</sup> si <sup>55</sup> honesti sunt, dimidia pars bonorum publicatur; <sup>56</sup> si humiles, <sup>57</sup> cum relegatione corpore <sup>58</sup> cohercentur <sup>59</sup>, ut in <sup>60</sup> Instit. de publicis iudiciis [Inst. 4, 18, 4]. Quod crimen non durat <sup>61</sup> ultra quinquennium continuum ex die commissi <sup>62</sup> criminis numerandum, <sup>63</sup> ut D. ad legem Iuliam de adulteriis. mariti [D. 48, 5, 30 (29), 6 et 7].

CLXV. **Crimen vis publice** <sup>64</sup>.

Qui vim cum armis intulerit, <sup>65</sup> deportatur <sup>66</sup> et omnia bona eius <sup>67</sup> publicantur, ut C. <sup>68</sup> ad l. Iuliam de vi publica seu privata <sup>69</sup>, si quis [C. 9, 12, 7].

CLXVI. **Crimen vis private** <sup>70</sup>.

Qui vim sine armis <sup>71</sup> intulerit <sup>72</sup> tertia parte bonorum multabitur, <sup>73</sup> ut in <sup>74</sup> Instit. de publicis iudiciis

<sup>1</sup> De crimine stellionatus et in marg.: *Crimen stellionatus* B. Rubricam omittit C. — <sup>2</sup> hii C. — <sup>3</sup> fecerint C. — ut eadem rem pluribus distraherent vel obligarent inserit V. — <sup>4</sup> qui B. C. — <sup>5</sup> et omittit V. — <sup>6</sup> hordinem V. — <sup>7</sup> de stellionatus B.; de cri. stellionatus V. De C. vide notam sequentem. — <sup>8</sup> C. post ut D. habet: de termino moto l. I agraria; quae verba in fine sequentis § leguntur. Finem huius § et reliqua § sequentis, praeter haec verba omittit C. — <sup>9</sup> De termino moto et in marg.: *Crimen de termino moto* B. De C. vide notam praecedentem. — <sup>10</sup> Crimen. vi V. — <sup>11</sup> pecuniaria V. — <sup>12</sup> hordinem V. — <sup>13</sup> usurpaverint omittit V. De collegiis et illicitis corporibus et in marg.: *Illos qui illicita collegia usurparit* B. Rubricam omittit C. — <sup>14</sup> Hii sunt qui V. — <sup>15</sup> ab hominibus V. — <sup>16</sup> l. omittunt B. C. — <sup>17</sup> illicitum C. illicite V. — *Quisquis illicitum* Dig. — <sup>18</sup> *Crimen magestatis* V.; De crimine magestatis et in marg.: *Crimen magestatis* B. Rubricam omittit C. — <sup>19</sup> moliti sunt vel rem publicam V. — <sup>20</sup> pena omittunt V. C. — <sup>21</sup> est omittit C. — <sup>22</sup> et omittunt B. V. — <sup>23</sup> in omittit C. — <sup>24</sup> l. omittunt B. V. — <sup>25</sup> si quis [C. 9, 8, 3] C. — <sup>26</sup> sed B. ut V. — <sup>27</sup> et adversus B. adversatus V. — <sup>28</sup> vel principem omittit V. — <sup>29</sup> Si quisquis B. — <sup>30</sup> De crimine adulterii et in marg.: *Crimen adulterii* B. Rubricam omittit C. — <sup>31</sup> Sollicitatores C. — <sup>32</sup> et pro eadem penam patiuntur V. — <sup>33</sup> in omittit C. — <sup>34</sup> Ita restitui... l. quavis l. cum vir

B.;... l. quatinus et l. cum vir V.; C. de adult. l. III et D. de adult. quod cum vir C. — <sup>35</sup> adultera C. — <sup>36</sup> competentibus subiecte penitentiis V.; criminibus detonsis C. — <sup>37</sup> mittitur C. — <sup>38</sup> in inst. Aut. V. <sup>39</sup> iudicium B. — <sup>40</sup> Mariti iure C. — <sup>41</sup> uxorem omittit V. — <sup>42</sup> dies LX C.; LXL dies V. — <sup>43</sup> ex divortii die V. — <sup>44</sup> deinde omittit C. — <sup>45</sup> IIII B. — <sup>46</sup> utiles omittit C. — <sup>47</sup> post D. C. nihil aliud habet quam e. t. l. miles. — <sup>48</sup> l. omittunt B. V. — <sup>49</sup> adultera B. — <sup>50</sup> continuum omittit B. — <sup>51</sup> comissi V. — <sup>52</sup> acusari V. — <sup>53</sup> De crimine stupri et in marg.: *Crimen stupri* B. Rubricam omittit C. — <sup>54</sup> committunt V.; committit B. — <sup>55</sup> relegantur et si V. — <sup>56</sup> bonorum parte publicata C. pars bonorum suorum publicatur V. — <sup>57</sup> si miles est C. — <sup>58</sup> cum relegatione corpore omittit V.;... corporis habet C. — <sup>59</sup> cohercetur C. — <sup>60</sup> in omittit C. — <sup>61</sup> durat omittit C. — <sup>62</sup> comissi V.; contracti C. — <sup>63</sup> numerantur (?) C.; mirandum B.; numerandum (?) V. — <sup>64</sup> De vi publica et in marg.: *Crimen vis publice* B. Rubricam omittit C. Hanc § post sequentem ponit V. — <sup>65</sup> cum armis vim intulerint C.; vim intulit cum armis V. — <sup>66</sup> deportantur C. — <sup>67</sup> et bona eorum C. — <sup>68</sup> D. C. V. — <sup>69</sup> seu privata omittit C. — <sup>70</sup> De vi privata et in marg.: *Crimen vis private* B. Rubricam omittit C. De V. vide adnotationem ad superiorem rubricam. — <sup>71</sup> sine armis vim B. — <sup>72</sup> intulit V. — <sup>73</sup> mulcabitur C.; mulcatur B. — <sup>74</sup> in omittit C.



[Inst. 4, 18, 8] et C. ad legem Iuliam de vi publica seu privata l. tutoris <sup>1</sup> [C. 9, 12, 2] et D. ad legem Iuliam <sup>2</sup> de vi privata l. I. <sup>3</sup> [D. 48, 7, 1].

**CLXVII. Lex Cornelia de sicariis et veneficis.** <sup>4</sup>

Homicidas <sup>5</sup> et <sup>6</sup> qui hominis occidendi causa <sup>7</sup> cum telo ambulat <sup>8</sup> et qui venenis et susurris <sup>9</sup> magicis homines occidunt <sup>10</sup> vel <sup>11</sup> mala <sup>12</sup> medicamenta vendunt, <sup>13</sup> humiliores capite, honestiores <sup>14</sup> deportatione <sup>15</sup> et omnium honorum publicatione <sup>16</sup> lex Cornelia <sup>17</sup> punit, ut in <sup>18</sup> Instit. de publicis iudiciis [Inst. 4, 18, 5] et D. ad legem Corneliam de sicariis eiusdem [D. 48, 8, 3].

**CLXVIII. Lex Pompeia de parricidiis.** <sup>19</sup>

<sup>20</sup> Parricida <sup>21</sup> virgis sanguineis verberatus, <sup>22</sup> deinde insutus culleo <sup>23</sup> cum cane et gallo gallinacio <sup>24</sup> et vipera et simia in vicinum mare vel amnem proiciatur, ut in <sup>25</sup> Instit. de publicis iudiciis [Inst. 4, 18, 6] et D. ad legem Pompeiam de parricidiis l. pena <sup>26</sup> [D. 48, 9, 9] et C. de his qui parentes occidunt [C. 9, 17, 1].

**CLXVIII. Lex Cornelia de falsis.** <sup>27</sup>

Pena falsi vel quasi falsi <sup>28</sup> deportatio est et omnium honorum publicatio; et si servus eorum quid ammisit ultimo supplicio <sup>29</sup> afficiendus est, ut D. ad legem Corneliam de falsis l. I <sup>30</sup> [D. 48, 10, 1, 13].

**CLXX. Lex Iulia repetundarum.** <sup>31</sup>

Qui <sup>32</sup> positus <sup>33</sup> in magistratu vel alio publico <sup>34</sup> officio pecuniam abstulit <sup>35</sup> ab his a quibus <sup>36</sup> non de-

<sup>1</sup> et C. a. l. I. d. v. p. s. p. l. tutoris omittit C.; et C. ad legem Iuliam de vi publica tutor. habet B.; et C. ad l. Iu. de i. p. tutor. V. — <sup>2</sup> de lege Iulia B. — <sup>3</sup> l. I omittit C. — <sup>4</sup> Ad legem Corneliam de sicariis et in marg.: Legem Corneliam de sicariis B. Rubricam omittit C. — <sup>5</sup> Omicidas V. — <sup>6</sup> et omittit B. — <sup>7</sup> qui et causa hominis occidendi V. — <sup>8</sup> ambulat V. — <sup>9</sup> susurris V. — <sup>10</sup> occidunt V.; occiderunt C. — <sup>11</sup> et C. — <sup>12</sup> alia V. — <sup>13</sup> vendiderunt C. — <sup>14</sup> capite prius insertum postea deletit C. — <sup>15</sup> deportationem B. — <sup>16</sup> publicationem B. — <sup>17</sup> de sicariis inserit V. — <sup>18</sup> in omittit C. — <sup>19</sup> lege Pompeia de parricidiis V.; Ad legem Pompeiam de parricidiis et in marg.: Legem Pompeiam de parricidiis B. Rubricam omittit C. — <sup>20</sup> Ita incipit V.: Lege Pompeia de parricidiis tenetur qui patrem aut matrem avum aviam, fratrem sororem, patruum amitam [scribe amitam], consobrinum consobrinam, uxorem virum, nurum socrum socerum generum, victricum privignum, patronum occiderit, cuiusve dolo malo factum fuerit. [confr. D. 48, 9, 1]. — <sup>21</sup> Parricida V. — <sup>22</sup> verberatur V. — <sup>23</sup> oculo insutus C. insutus in oculis V. — <sup>24</sup> gallinacio C. — <sup>25</sup> in omittit C. — <sup>26</sup> l. pena omittit C.; l. pena. ceci. habet B. — <sup>27</sup> Ad legem Corneliam de falsis et in marg.: Legem Corneliam de falsis B. Rubricam omittit C. — <sup>28</sup> vel quasi falsi omittit C. — <sup>29</sup> supplicio B. V. — <sup>30</sup> § ult. adicit V. — <sup>31</sup> ad legem Iuliam repetundarum

buit, <sup>37</sup> in quadruplum eam restituet, <sup>38</sup> et heredes infra annum conveniuntur, ut C. <sup>39</sup> ad legem Iuliam repetundarum l. I et II <sup>40</sup> [C. 9, 27, 1 et 2]. Ipse <sup>41</sup> quoque extra ordinem <sup>42</sup> punitur, <sup>43</sup> ut D. <sup>44</sup> ad legem Iuliam repetundarum l. <sup>45</sup> Lex Iulia <sup>46</sup> [D. 48, 11, 7, 3].

**CLXXI. Lex Julia de annona.** <sup>47</sup>

In eum, qui contra annonam publicam aliquid molitus est, pena XX aureorum statuitur, ut D. ad legem Iuliam de annona l. II [D. 48, 12, 2].

**CLXXII. Lex Julia peculatus.** <sup>48</sup>

Hac lege tenetur qui pecuniam sacram religiosam publicamve <sup>49</sup> abstulit interceptit <sup>50</sup>. Cuius pena est deportatio <sup>51</sup>, ut D. ad legem Iuliam peculatus l. III et IIII <sup>52</sup> [D. 48, 13, 3 et 4]. Et in heredem datur <sup>53</sup>, ut D. eod. l. ult. [D. 48, 13, 16 (14)], nec post <sup>54</sup> quinquennium intenditur <sup>55</sup>, ut D. eod. l. <sup>56</sup> peculatus [D. 48, 13, 9 (7)].

**CLXXIII. Lex Julia de sacrilegis.** <sup>57</sup>

Sacrilegi quandoque <sup>58</sup> bestiis dampnantur <sup>59</sup>, quandoque vivi exuruntur <sup>60</sup>, quandoque in <sup>61</sup> furca suspenduntur, ut D. ad legem Iuliam peculatus et de sacrilegis <sup>62</sup>, sacrilegii <sup>63</sup> [D. 48, 13, 7 (6)].

**CLXXIII. Lex Julia de residuis.** <sup>64</sup>

Hec loquitur de diversis capitulis, ut in <sup>65</sup> Instit. de publicis iudiciis <sup>66</sup> [Inst. 4, 18, 11]. Et qui ea lege tenetur <sup>67</sup>, multatur <sup>68</sup> tertia parte <sup>69</sup> amplius quam

et in marg.: Legem Iuliam repetundarum B. Rubricam omittit C. — <sup>32</sup> ui [omissa littera Q] C. — <sup>33</sup> est inserit C. — <sup>34</sup> publico omittit B. officio publico C. — <sup>35</sup> abstulerit V. — <sup>36</sup> cum pro ab his a quibus C. — <sup>37</sup> debuerit V. — <sup>38</sup> restituit B.; restituat V. — <sup>39</sup> D et C. V. — <sup>40</sup> III B. — <sup>41</sup> Ipsi V. — <sup>42</sup> hordinem V. — <sup>43</sup> puniuntur V. — <sup>44</sup> D. omittit C. — <sup>45</sup> repetundarum l. omittit V. — <sup>46</sup> l. I et II et lex Iulia C. — <sup>47</sup> De lege Julia de annona et in marg.: Legem Julia de annona B. Rubricam omittit C. — <sup>48</sup> Ad legem Iuliam peculatus et in marg.: Legem Iuliam peculatus B. Rubricam omittit C. — <sup>49</sup> Ita C., secundum Dig. 48, 13, 1 pr. Sacram et religiosam B.; sacram vel religiosam V, secundum Dig. 48, 13, 4 pr. — <sup>50</sup> abstulerit interceptit V.; abstulit interceptit B. — <sup>51</sup> deportatio est C. — <sup>52</sup> et IIII omittit C. — <sup>53</sup> et hereditatis C. — <sup>54</sup> post omittit C. — <sup>55</sup> intendit B. — <sup>56</sup> l. omittunt B. V. — <sup>57</sup> Ante hanc § V. ponit §. Calumniatores. — Ad legem Iuliam de sacrilegis et in marg.: Legem Iuliam de sacrilegis B. Rubricam omittit C. — <sup>58</sup> quoque B. V. — <sup>59</sup> dantur V. — <sup>60</sup> concremantur V. — <sup>61</sup> in omittit C. — <sup>62</sup> peculatus et omittunt B. C.; ad l. Iu. pe. et D. de sacri. habet V. — <sup>63</sup> sacrilegi codd. — <sup>64</sup> Ad legem Iuliam de residuis et in marg.: Legem Iuliam de residuis B. Rubricam omittit C. — <sup>65</sup> in omittit C. — <sup>66</sup> de vi publica B. — <sup>67</sup> tenentur B. — <sup>68</sup> mulctabitur in B. — <sup>69</sup> bonorum inserit C.; cum inserit B.

debeat <sup>1</sup>, ut D. de residuis l. II et III et l. hac <sup>2</sup> [D. 48, 13, 2 et 5 (4, § 3<sup>ss.</sup>) et 12 (10)]; et <sup>3</sup> heredem relinquit <sup>4</sup> obligatum <sup>5</sup>, ut D. eod. l. ult. [D. 48, 13, 16 (14)].

**CLXXV. Lex Julia ambitus.** <sup>6</sup>

Si <sup>7</sup> in municipio <sup>8</sup> contra hanc legem <sup>9</sup> magistratum aut sacerdotium quis <sup>10</sup> petierit, C <sup>11</sup> aureis <sup>12</sup> cum infamia punitur, ut D. ad legem Juliam ambitus <sup>13</sup> [D. 48, 14, 1].

**CLXXVI. Lex Favia de plagiariis.** <sup>14</sup>

Plagiarii <sup>15</sup> extra ordinem <sup>16</sup> puniuntur, ut D. ad legem Favianam de plagiariis l. ult. <sup>17</sup> [D. 48, 15, 7].

**CLXXVII. Calumpniatores.** <sup>18</sup>

Hii extra ordinem <sup>19</sup> pro qualitate admissi <sup>20</sup> puniuntur <sup>21</sup>, ut D. ad senatusconsultum Turpillianum l. <sup>22</sup> et in privatis <sup>23</sup> [D. 48, 16, 3].

**CLXXVIII. Tergiversatores.** <sup>24</sup>

Hii quoque <sup>25</sup> extra ordinem <sup>26</sup> sunt puniendi <sup>27</sup>, ut C. ad senatusconsultum Turpillianum l. II [C. 9, 45, 2].

**CLXXVIII. Qui mortem sibi ante sententiam consciverunt.** <sup>28</sup>

Horum bona fisco vendicantur, ut D. de bonis eorum qui ante sententiam l. ult. [D. 48, 21, 3].

<sup>1</sup> debeant C.; *debeat exegit* B. — <sup>2</sup> l. II et III et l. hac B. V.; l. II et III § II et l. hac C. — <sup>3</sup> et omittit V. — <sup>4</sup> relinquit C. — <sup>5</sup> obligatum relinquit B. — <sup>6</sup> Ad legem Juliam de ambitu et in marg.: *Legem Juliam de ambitu* B. Rubricam omittit C. — <sup>7</sup> Si omittit C.; *Hi* V. — <sup>8</sup> municipium C. — <sup>9</sup> contra hanc legem omittit V. — <sup>10</sup> qui C. — <sup>11</sup> in C. V. — <sup>12</sup> aureos C. — <sup>13</sup> de ambitu B. V. — <sup>14</sup> *Lex favia de plagis* V. Ad legem Juliam de plagiariis et in marg.: *Legem Juliam de plagiariis* B. Rubricam omittit C, qui § hanc cum superiori coniungit. — <sup>15</sup> dicuntur qui scientes servos alienos vel homines liberos vendunt, et inserit V. — <sup>16</sup> hordinem V. — <sup>17</sup> ad l. con. tur. l. II in priva. V. (Sunt verba in fine § sequentis). — <sup>18</sup> Hanc §. V. ante praecedentem « *lex Julia de sacrilegis* » ponit. — *Columniatores* V.; Ad senatusconsultum Turpillianum, et in margine *Calumpniatores* B. Rubricam omittit C. — <sup>19</sup> hordinem V. — <sup>20</sup> ammissi C. — <sup>21</sup> puniuntur non hic, sed ante *pro qualitate* ponit V. — <sup>22</sup> l. omittit V. De quo tamen vide etiam adnotationem in fine § praecedentis. — <sup>23</sup> l. II C. ex fine § sequentis. — <sup>24</sup> In margine B. — Hanc § omittit C. — <sup>25</sup> quoque omittit V. — <sup>26</sup> hordinem V. — <sup>27</sup> sunt puniendi extra ordinem B. — <sup>28</sup> Qui... consciverunt V.; *De his qui sibi mortem consciverunt* et in marg.: *Illos qui mortem sibi consciverunt*. B. Rubricam omittit C. — <sup>29</sup> Ita B. qui adiciit etiam in marg.: *Illos qui adversarium corrumpunt; Crimen hereseos* V, quae est rubricam sequentis §. Rubricam omittit C. — <sup>30</sup> Hii pro victi C.; *Hic pro victo* V. —

**CLXXX. De his qui adversarium corrumpunt.** <sup>30</sup>

Hic pro victo <sup>30</sup> habetur, preter quam <sup>31</sup> in sanguine <sup>32</sup>, ut D. de prevaricatoribus <sup>33</sup> l. ult. [D. 47, 15, 7].

**CLXXXI. Crimen hereseos.** <sup>34</sup>

Hoc crimen crimini maiestatis <sup>35</sup> simile est, et iisdem <sup>36</sup> modis punitur <sup>37</sup>, nisi quod <sup>38</sup> in hoc crimine delicti venia penitentibus non denegatur <sup>39</sup>, ut C. de hereticis et Manicheis l. <sup>40</sup> Manicheos et <sup>41</sup> l. Ariani <sup>42</sup> [C. 1, 5, 4 et 5].

**CLXXXII. Crimen apostasie.** <sup>43</sup>

Huius <sup>44</sup> criminis pena est <sup>45</sup> versari inter homines et hominum carere <sup>46</sup> suffragiis <sup>47</sup>. Quod crimen etiam <sup>48</sup> post mortem ab omnibus venientibus <sup>49</sup> ab intestato instaurari potest, ut C. de apostatis l. I et II et III et III <sup>50</sup> [C. 1, 7, 1 et 2 et 3 et 5]. Bona etiam <sup>51</sup> eorum publicantur, si vivi <sup>52</sup> de eo crimine a quolibet <sup>53</sup> convincantur <sup>54</sup>, ut C. eod. <sup>55</sup> l. III <sup>56</sup> [C. 1, 7, 4].

**CLXXXIII. Qui pupillam suam corruperit.** <sup>57</sup>

Hic deportatur <sup>58</sup> et omnia <sup>59</sup> bona eius <sup>60</sup> publicantur, ut C. si quis eam cuius tutor [C. 9, 10, 1].

**CLXXXIII. Mulier que servo suo se supponit.** <sup>61</sup>

Hec <sup>62</sup> capite punitur <sup>63</sup>, verberone tradendo <sup>64</sup> ignibus <sup>65</sup>, ut C. de mulieribus que servis propriis <sup>66</sup> [C. 9, 11, 1].

<sup>31</sup> quam omittit V. — <sup>32</sup> sanguinem V. — <sup>33</sup> allo. C. — <sup>34</sup> c' h' V., de quo vide adnotationem ad superiorem rubricam. *De crimine hereseos* et in marg.: *Crimen hereseos* B. Rubricam omittit C. — <sup>35</sup> *magestatis* B. V. — <sup>36</sup> male legitur in C.; *hisdem* V.; *his* B. — <sup>37</sup> puniuntur V. — <sup>38</sup> qui C.; *quia* B. — <sup>39</sup> Restitui ex coniectura secundum C. 1, 5, 4, 6. — *veniam non petentibus denegatur* B.; *veniam peccantibus non denegatur* C.; *veniam parentibus denegatur* V. — <sup>40</sup> l. omittunt B. V. — <sup>41</sup> et omittunt B. V. — <sup>42</sup> *Arri. V.; A. C.; Arrianos* l. — <sup>43</sup> *Crimen apostasie* V. De apostatis et in marg.: *Crimen apostatatus* B. Rubricam omittit C. — <sup>44</sup> *Cuius* B. — <sup>45</sup> est omittit C. — <sup>46</sup> *carrere* B. — <sup>47</sup> *suffragiis* V. — <sup>48</sup> et V. — <sup>49</sup> *succedentibus* C.; *ab heredibus* V. — <sup>50</sup> l. I et II et III B. et C.; l. I et II et III V. — <sup>51</sup> etiam omittit C. — <sup>52</sup> *si nil* (?) V.; et in iud. C. — <sup>53</sup> a quolibet omittit C. — <sup>54</sup> *conveniuntur* C.; *convincuntur* V. — <sup>55</sup> D. e. C.; C. *Si quis eam cuius tutor* V, sed hec verba postea deleta sunt. — <sup>56</sup> Ita codd. sed potius l. I laudanda esset. — <sup>57</sup> *De qui pupillam suam corruperit* et in marg.: *Illum qui corrumpit pupillam suam* B. *Rapt' se'imonial'* V. Rubricam omittit C. — <sup>58</sup> *Hii deportantur* B. C. — <sup>59</sup> omnia omittit C. — <sup>60</sup> eius bona V. — <sup>61</sup> *De muliere que servo suo se coniunxit* et in marg.: *Mulierem que servo suo se iunxerit* B. Rubricam omittit C. — <sup>62</sup> *Hii* B.; *Hoc* C. — <sup>63</sup> puniuntur B. C. — <sup>64</sup> *verberibus (tra?) denda* et C. — <sup>65</sup> *ignibus* B. — <sup>66</sup> C. e. t. V.; *propriis* omittit B.



CLXXXV. **Raptus virginum.**<sup>1</sup>

Raptores<sup>2</sup> virginum viduarum sanctimonialium<sup>3</sup> capite puniuntur et omnia bona eorum his<sup>4</sup> adiciuntur, ut C. de raptu virginum<sup>6</sup> [C. 9, 13, 1].

CLXXXVI. **Mathematici.**<sup>7</sup>

Hii et ceteri similes vel concremandi<sup>8</sup> sunt vel ultore gladio prosternendi<sup>9</sup>, vel ferali<sup>10</sup> peste absu- mendu<sup>11</sup>, ut C. de mathematicis l. nullus, l. nemo, l. multi<sup>12</sup> [C. 9, 18, 3 et 5 et 6].

CLXXXVII. **Lex Viscella.**<sup>13</sup>

Hec persequitur libertinos<sup>14</sup>, qui dicunt se<sup>15</sup> inge- nuos, ut C. ad legem Viscellam<sup>16</sup> [C. 9, 21, 1].

CLXXXVIII. **Qui ascribunt sibi in testamento.**<sup>17</sup>

Hii de crimine falsi tenentur, et ea que sibi ascribunt<sup>18</sup> petere non possunt, ut C. qui sibi ascribunt in testa- mento<sup>19</sup> l. III [C. 9, 23, 3].

CLXXXVIII. **Crimen false monete.**<sup>20</sup>

Hec falsi<sup>21</sup> species flammaram<sup>22</sup> deponit exustio- nem, ut C. de falsa moneta l. II [C. 9, 24, 2].

CLXXXIX. **Seditiosi.**<sup>23</sup>

Hii gravissimam penam merentur, ut C. de seditiosis l. I [C. 9, 30, 1].

<sup>1</sup> De raptu virginum et in marg.: Raptus virginum, viduarum, sanctimonialium. B. Rubricam omittit C. — <sup>2</sup> aptores (omissa littera R) V. — <sup>3</sup> sanctimonialium viduarum virginum C.; virginum sanctimonialium viduarum V.; virginum vel viduarum vel sanctimonialium B. — <sup>4</sup> eorum bona fisco V. — <sup>5</sup> D. V. — <sup>6</sup> mulierum C. — <sup>7</sup> Mathematicisci V.; Mathematicos in margine B. Rubricam omittit C. — <sup>8</sup> criminandi C. — <sup>9</sup> sunt inserunt B. C. — <sup>10</sup> ferali omittit C. — <sup>11</sup> consumendi V.; affiendi C. — <sup>12</sup> ut C. d. m. l. n. l. n. l. multi omittit C.; ut C. de mathe. l. nullus nemo, nulli V.; ut C. d. m. nullus, multi, nemo B. — <sup>13</sup> Ita V. Ad legem Iuliam Viscellam et in marg.: Legem Iuliam Viscellam B. Rubricam omittit C. — <sup>14</sup> liberos tantum V. — <sup>15</sup> se esse V. — <sup>16</sup> iul' de uis C. — <sup>17</sup> Illos qui ascribunt sibi in testamento in marg.: B. Rubricam omittit C. — <sup>18</sup> ascribunt C. — <sup>19</sup> qui sibi in testa- mento B.; quisquis in testamento V.; qui in testamento sibi asseri. C. — <sup>20</sup> De falsa moneta et in marg.: Crimen false monete B. Rubricam omittit C. — <sup>21</sup> falsas C. — <sup>22</sup> flammaram C. — <sup>23</sup> Sedi-

CLXXXIX. **Famosi libelli.**<sup>24</sup>

Hec species iniurie<sup>25</sup> capitalem meretur sententiam, ut C. de famosis libellis l. I<sup>26</sup> [C. 9, 36, 2 (1)].

CLXXXII. **Grassatores.**<sup>27</sup>

Hii capite puniuntur, ut D. de penis l. capitalium. § grassatores<sup>28</sup> [D. 48, 19, 28, 10].

CLXXXIII. **Qui insidiantur saluti dominorum.**<sup>29</sup>

Hii cremantur<sup>30</sup> igni, ut D. eod.<sup>31</sup> l. ead. § ign.<sup>32</sup> [D. 48, 19, 28, 11].

CLXXXIII. **Incendarii.**<sup>33</sup>

Hii puniuntur capite, ut D. eod.<sup>34</sup> l. eod. [D. 48, 19, 28, 12].

CLXXXV. **Famosi latrones.**<sup>35</sup>

Hii furca suspenduntur, ut D. eod. l. ead. § famosos<sup>36</sup> [D. 48, 19, 28, 15].

CLXXXVI. **Transfuge ad hostes.**<sup>37</sup>

Hii aut<sup>38</sup> vivi exuruntur, aut furca suspenduntur, ut D. de penis, si quis [D. 48, 19, 38, 1].

ciosi V.; De seditiosis et in marg.: Seditiosos B. Rubricam omittit C. qui hanc § post sequentem ponit. — <sup>24</sup> De famosis libellis et in marg.: Famosos libellos. Grassatores B. Rubricam omittit C. — <sup>25</sup> pes inure C. — <sup>26</sup> l. I omittit C. — <sup>27</sup> Illos qui insidiantur saluti dominorum in margine B. Rubricam omittit C. — Hinc usque ad finem rubricarum ordo in B. et V. (C. enim rubricas omittit) et ipsarum §§ series maxime turbantur. Ego restitui Digestorum locorum, qui in §§ laudantur, ordinem secutus. Codicum ordo, vel potius maxima confusio, ex adnotationibus apparebit. — <sup>28</sup> § crassa. B.; omittunt C. V. — <sup>29</sup> Incendarii V. Incendarios in margine B. Rubricam omittit C. — <sup>30</sup> concremantur B. — <sup>31</sup> t. e. V. — <sup>32</sup> § ign. omittunt C. V. — <sup>33</sup> Qui insidiantur saluti dominorum V. Qui huic § aliam (Auctores seditionis) anteponit. — Famosos latrones in margine B. — Rubricam omittit C. — <sup>34</sup> tit. eod. B. C. — <sup>35</sup> Transfuge ad hostes V. Rubricam omittit B. Totam § omittit C. — <sup>36</sup> § famosos omittit V. — <sup>37</sup> Latrones famosi V. Trans- fugas ad hostes in marg.: B. Rubricam omittit C. — <sup>38</sup> autem (?) C.

CLXXXVII. **Consiliorum nostrorum renuntiatores.**<sup>1</sup>

Hii eadem pena afficiuntur, ut D. eod.<sup>2</sup> l. ead.<sup>3</sup> § transfuge<sup>4</sup> [D. 48, 19, 38, 1].

CLXXXVIII. **Auctores seditionis.**<sup>5</sup>

Hii aut furca suspenduntur, aut bestiis subiciuntur, aut in insulam deportantur, ut D. tit. eod.<sup>6</sup> l. ead. § II<sup>7</sup> [D. 48, 19, 38, 2].

<sup>1</sup> Ita in margine B.; *Consiliet' nostrorum renuntiatores* V. Rubricam omittit C. — <sup>2</sup> *t. e. C.* — <sup>3</sup> *D. e. V.* — <sup>4</sup> § *transfuge* omittunt C. V. — <sup>5</sup> Ita B. et V. - V. autem hanc § ante illam « *Incendiarii* » supra ponit - Rubricam omittit C. — <sup>6</sup> *D.* omittit C. — <sup>7</sup> § *II.* omittunt C. V. — <sup>8</sup> *Non pro nondum* V. *Illos qui* etc. B. Rubricam omittit C. - Hanc § V. post sequentem ponit. B. supra ante « *Famosi latrones* ». — <sup>9</sup> *in insulam* omittit C.

CLXXXVIII. **Qui nondum viripotentes virgines corrumpunt.**<sup>8</sup>

Humiliores in metallum dampnantur, honestiores in insulam<sup>9</sup> relegantur aut in exilium mittuntur<sup>10</sup>, ut D. tit. eod. l. ead.<sup>11</sup> [D. 48, 19, 38, 3].

CC. **Qui abortionis aut amatorium poculum dant.**<sup>12</sup>

Hii, etsi dolo<sup>14</sup> non faciant<sup>15</sup>, tamen quia mali exempli<sup>16</sup> res est, quamquam nec mulier nec homo exinde perierunt<sup>17</sup>, humiliores in metallum, honestiores in insulam amissa parte<sup>18</sup> bonorum relegantur, ut D. tit.<sup>19</sup> eod. l. ead. [D. 48, 19, 38, 5].

— <sup>10</sup> *aut in exilium mittuntur* omittit V. — <sup>11</sup> *D.* omittit C. — <sup>12</sup> *D. e. V.* Qui in fine adicit: *finitur.* — <sup>13</sup> *aborcionis* pro *abortionis* V. *Illos qui aborationis aut amatorum poculum dant* in margine B. Hanc § omittit C. - V. hanc superiori § anteposit. — <sup>14</sup> *Hii qui aborcionis amatorium poculum dant et si dolo* V.; *Hii et solido* B. — <sup>15</sup> *faciunt* B. — <sup>16</sup> *exempli mali* V. — <sup>17</sup> *pena erit* V. — <sup>18</sup> *ammisso* B. — <sup>19</sup> *tit.* omittit B.





ABBREVIATIO INSTITUTIONUM

ET EXCERPTA

DE VERBIS QUIBUSDAM LEGALIBUS

EX COD. MS. TAURINENSI D. V. 19

ADDITIS

EXCERPTIS COD. VATICANI REG. 435

CURANTE


FRIDERICO PATETTA

## SIGNORUM EXPLICATIO

---

- Abb. id est Abbreviatio Instit. e cod. Taur. D. V, 19 sec. XII ex.*  
*V. id est De verbis quibusdam legalibus ex eodem codice.*  
*R. id est Excerpta cod. vat. Reg. 453 sec. XIII in.*  
*Schrader i. e. Iustiniani Institut. ed. Schrader, 1832.*  
*Krueger i. e. Iustiniani Institut. ed. Krüger, 1867.*  
*Huschke i. e. Iustiniani Institut. ed. Huschke, 1868.*  
*Edd. i. e. editiones modo dictae omnes.*  
*Theoph. i. e. Theophili Paraphrasis. ed. Ferrini.*  
*De siglis codicum Institutionum v. editionem Schraderi, XIX-XX.*  
*Gl. Taur. i. e. Glossae cod. Taurinensis D. III, 13. ed. Savigny, Krüger.*  
*Gl. Cod. Taur. D. III 13. i. e. Glossae ineditae e prioribus foliis eiusdem codicis (sec. XII).*  
*Gl. Col. i. e. Glossae e cod. munic. Col. Arch. 328. ed. Conrat, Arch. Giuridico, XXXIV, 108 segg.*  
*Gl. Boll. i. e. Glossae e cod. Taurin. D. V, 19, ed. Bollati (apud Savigny, St. del D. R. nel M. E. III. Append.)*  
*Gl. cod. Taur. D. V, 19 i. e. Glossae interlineares ineditae ex eodem cod.*  
*Gl. cod. Sess. i. e. Glossae ined. e cod. Institutionum Sessoriano 110 (sec. XI-XII), olim monasterii Casamarii*  
*Gl. Vat. Inst. i. e. Glossae ined. e cod. Inst. vaticano 8782 sec. XII ex.*  
*Gl. cod. vat. Pal. 771 i. e. Glossae ined. e cod. Inst. vat. Palatino 771 sec. XII.*  
*F. i. e. Excerpta cod. Parisini Cat. 4422. ed. Flach. Ét. crit. sur l'hist. du D. R. au M. A. p. 132. Haec eadem*  
*excerpta, inde a n.º 16, inveni etiam in cod. Inst. vat. Palat. 769 sec. XIII.*  
*Brach. i. e. Brachylogus ed. Böcking.*  
*Gl. Vat. Brach. i. e. Gloss. Vatic. Brachyl. ed. Böcking.*  
*Excep. P. i. e. Exceptiones Petri, ed. Savigny.*  
*Coll. Tub. } i. e. Tübinger Rechtsbuch, Grätzer Rechtsbuch, Collectio Pragensis, apud Schulte, Reb. drei in*  
*Coll. Gr. } Prager-handschr. enth. Canonen-sammlungen, Wien 1868, p. 175-221.*  
*Coll. Prag. }*  
*Gl. Excep. P. i. e. Glosse zu den Except. leg. rom. des Petrus. ed. Fitting, 1874.*  
*App. P. i. e. Petri Excep. leg. rom. appendices. ed. Fitting, Jurist. schriften des früh. M. A. 1876.*  
*V. leg. i. e. Libellus de verbis legalibus, e cod. Taur. D. V, 19. ed. Fitting, o. l.*  
*H. i. e. Codice Haenelii quae continentur, ed. Fitting, o. l.*  
*Fr. Prag. i. e. Fragmentum Pragense, ed. Fitting, o. l.*  
*Plac. i. e. Placentini summae Instit. exordium, ed. Fitting, o. l.*  
*Ulp. de ed. id est Ulpianus de edendo. (Cum Haenelii editio a. 1838 ad manus non esset, adhibui editionem a. 1809).*  
*Ep. Ex. id est Epitome Exactis Regibus, ed. Conrat, 1884.*  
*Lib. iur. flor. id est Das Florentinische Rechtsbuch, ed. Conrat, 1882.*  
*Glossar. Sal. Pap. ecc. id est Glossarium Salomonis, Papias, ecc. apud, Conrat, Ep. Ex. Addit. IV.*  
*Hugucc. id est Excerpta ex Huguccionis libro derivationum, apud Conrat, Ep. Ex. Add. IV.*  
*Cod. Vat. 3831 id est Excerpta ineditae canonum collectionis cod. vaticani 3831 sec. XII ex., olim ecclesiae*  
*Sidonensis. (f. 150º).*  
*De sign. verb. leg. id est De significatione verborum legalium, e Cod. Taur. D. V, 19 f. 84º-85º.*  
*Isid. Etym. id est Isidori Etymologiae. ed. Arevalus (Opera, t. III-IV).*  
*Du Cange id est Du Cange, Glossarium, ed. Henschel.*





f. 91. a.



### I. Incipit Prologus in Institutiones Iustiniani.

In initio Institutionum Iustiniani quattuor inquirenda sunt, nomen libri, materia, intentio, finis<sup>1</sup>. Liber iste dicitur liber institutionum vel elementorum vel ysagogarum<sup>2</sup>. Institutionum: quia<sup>3</sup> erigit animum in statum civilis iuris<sup>4</sup>, id est in eam animi positionem, in qua quis positus in iure civili plurimum potest, ut qui stat plus potest et fortior est quam qui sedet vel iacet: elementorum, quia sicut ex III<sup>or</sup> elementis<sup>5</sup> constituuntur corpora, ita ex III<sup>or</sup> huius libri partibus instituitur et informatur animus ad archana<sup>6</sup> iuris civilis: ysagogarum<sup>7</sup>, id est introductionum, quia hic introducitur quis ad scientiam legum: ysagoga enim grece introductio dicitur latine. Huius autem libri componendi haec fuit occasio<sup>8</sup>. Romani cives videntes suam urbem muris fundatam, legibus eam firmare voluerunt, elegeruntque decem iuris peritos, miseruntque Athenas, ut sibi leges

<sup>1</sup> Liber Papiensis. Praef. expos. (Mon. Germ. Hist. LL. IV, 290): Plac. 3: Glossa Boll. 1: H. V, 2: Fr. Prag. III, 1. Cfr. Fitting, Iur. Schrift. p. 98 seqq.; Conrat, Gesch. der Quellen, I, 156. — <sup>2</sup> Cfr. Plac. 4. In quodam cod. Institutionum Argentoratensi sec. XIII, qui perit, quaedam praemissa erant, quae, teste Schradero (Prodromus, p. 148), cum Prologo abbreviationis nostrae cognationem habere videbantur, a verbis incipientia: « Liber iste institutionum seu elementorum nomen habet ». Cfr. Conrat, o. c. II, 154. In catal. biblioth. ecclesiae Aquilegensis sec. XIV (Arch. stor. per Trieste etc. III, 64 seqq.) invenimus etiam « librum Institute » et deinde « librum Institutionum, qui incipit: Liber iste institutionum seu elemen-

Grecorum perscriberent Romamque deferrent; illi vero eas in decem tabulis eburneis scriptas reportarunt et pro rostris posuerunt in propatulo, ut esset copia eas inspiciendi, legendi et intelligendi: sed cum quaedam obscure dicta ibi essent, acceperunt a populo licentiam eas interpretandi et necessaria addendi. Quae autem addita sunt, in duobus tabulis conscripta sunt et ita fuerunt leges XII<sup>cim</sup> tabularum, sicque postea vocatae sunt. Sed quia non quiescit humanus animus, immo de minimis procedere semper vult ad maiora, adverterunt animum et studium ad antiquorum constitutiones et iura; sed usque adeo in infinitum excrevit scriptorum de iure civili multitudo, ut inde confusio et obscuritas nasceretur. Iulius<sup>9</sup> igitur Caesar, Pompeio devicto, postquam Romam rediit, primus eas abbreviare et in unum corpus redigere voluit, sed ante interemptus est. Iustinianus vero imperator, Romanis iam iugo fidei subiectis, cum ipse fidei christianae cultor existeret, dissonantiam legum et librorum iurisperitorum multitudinem intuens, omnia haec ad moderatam brevitatem redegit, atque omnium iurisperitorum volumina in quinquaginta digestorum libros mira et utili brevitate constrinxit, dehinc constitutiones imperiales in uno volumine coartavit, eumque codicem

torum nomen habet ». — <sup>3</sup> Cfr. Plac. 6-7. — <sup>4</sup> H. V, 1: Glossa Cod. Taur. D. III, 13; (institutiones) sic dictas quia in statu legentes ponunt. — <sup>5</sup> H. V, 18. — <sup>6</sup> Fr. Prag. I, 3: H. V, 8. — <sup>7</sup> Cfr. Plac. 12. — <sup>8</sup> Plac. 13-14: Fr. Prag. II, 4. — <sup>9</sup> Quae auctor de Julio Caesare scribit ex Isidoro (Etym. 5, 1, 5), quae de Iustiniano ex Paulo Diacono (Hist. Lang. I, 25) sumpta videntur. In hoc ipso Taurinensi codice extant « capitula libri hisidori de legibus » (i. e. Etym. V, 1-27) et ex Paulo Diacono « capitulum de libris legalibus ». Cfr. Fitting, o. c. 103 n. 28; Mommsen, Neues Archiv, III, 18 et 402; Conrat, Gesch. I, 322 seq.

Iustiniani appellavit: suas deinde sanctiones edidit, easque novellas constitutiones noncupavit: ad hos autem libros introductorium prescripsit librum istum, eumque librum institutionum vocavit, in quo breviter summa totius legalis scientiae continetur. Qui <sup>1</sup> tamen communem habet cum ceteris legalibus libris materiam, communem intentionem, communem finem, licet sint in eo quaedam specialia. Communis materia: iusticia et ius quod idem videtur esse in hoc quod conveniunt, quia utrumque precipit, prohibet, permittit et punit: sed differunt quia iusticiae Deus auctor est, iuris vero Deus hominem fecit auctorem <sup>2</sup>: item iusticia ad plura patet quam ius <sup>3</sup>. Verbi gratia, ut in vulgari insistam exemplo, resuscitati post triduum Lazari devoluta erat, sive ex testamento sive ab intestato, ad sorores suas eius hereditas: una ratione videtur ei restituenda hereditas, quia restituta erat et vita, quod maius erat; altera ratione non videtur ei restituenda, quia ad sorores iure translatum erat dominium. Hic de iure non invenies quid sit statuendum, iusticia tamen quid dicet inveniet, et sic singulis diebus formantur nova negocia <sup>4</sup>, in quibus locum habet iusticia sine iure. Communis <sup>4</sup> intentio est bonos homines ex doctrina et observantia legum facere; communis finis, fecisse: specialis <sup>5</sup> materia, antiquorum institutiones et sanctiones et praecipue Iustiniani nostri <sup>6</sup>: specialis intentio <sup>7</sup>, premittere introductionis elementa ad Codicem, ad librum Digestorum sive Pandectarum et ad novellas constitutiones: specialis finis <sup>8</sup>, ut per hunc institutionum librum quilibet informatus facilius caeteros legum libros intelligat et sic rei publicae gubernator postmodum existere valeat <sup>9</sup>. Hi enim qui legum peritia carent quomodo caeteros iura ignorantes regere prevalent? Verum illi iure aliis preferuntur, qui non solum vita sed etiam legum scientia alios antecellunt. Institutionum igitur IIII<sup>o</sup> libros in brevem summam redigens, causaque minorum id faciens, prolixa constrinxi, utiliora hic posui. Explicit.

## II. Incipit Abbrevisatio Institutionum Iustiniani.

Iusticia <sup>10</sup> est constans et perpetua voluntas ius suum unicuique tribuens. Iurisprudencia est divinarum atque humanarum rerum noticia, iusti atque iniusti scientia. Praecepta <sup>11</sup> iuris <sup>12</sup> sunt haec: honeste vivere, alterum non ledere, suum ius <sup>13</sup> cuique tribuere. Huius <sup>14</sup> studii

<sup>1</sup> Cfr. Plac. 23 seqq. — <sup>2</sup> Plac. 23: Cod. Vindob. 2176 et Cod. Monac. 3510 f. 78 (apud Conrat, o. c. I, 155). — <sup>3</sup> Fr. Prag. I, 1. Plac. 23. Cfr. Fitting. o. c. 105; Conrat, o. c. I, 154. — <sup>4</sup> Plac. 24. Cfr. H. V, 5. — <sup>5</sup> Plac. 25: H. V, 4. — <sup>6</sup> « Nostri » procul dubio additum est ad ex. Instit. Pro. 6 « Gaii nostri ». — <sup>7</sup> Plac. 25: H. V, 8. — <sup>8</sup> Plac. 26. — <sup>9</sup> Plac. 26: Inst. Pro. 7. — <sup>10</sup> Inst. I. 1. Pr. — <sup>11</sup> Inst. I. 1, 3. — <sup>12</sup> Inst.: Iuris praecepta. — <sup>13</sup> ius: omm. Codd. antiqui omnes et Edd. — <sup>14</sup> Inst. I. 1, 4. — <sup>15</sup> Ad: omm. Schra. ad fidem Cod. a. — <sup>16</sup> Inst. Dicendum est igitur de iure privato, quod trip. etc. — <sup>17</sup> tripertite collectum est. Est etc. (vel est trip. coll. Est) Codd. tantum non omnes: tripertitum est.

duae sunt positiones: publicum et privatum. Publicum ius est, quod ad <sup>15</sup> statum rei romanae spectat; privatum, quod ad singulorum utilitatem pertinet. Ius privatum <sup>16</sup> tripertite collectum est. Est <sup>17</sup> enim ex naturalibus preceptis, aut gentium, aut civilibus. Ius <sup>18</sup> naturale est quod natura omnia animalia docuit. Nam ius istud non humani generis proprium est, sed omnium animalium, quae in caelo, quae in terra, quae in mari nascuntur. Hinc descendit maris atque feminae coniugatio, quod <sup>19</sup> nos matrimonium appellamus; hinc liberorum procreatio et educatio. Videmus enim <sup>20</sup> caetera quaeque animalia istius iuris peritia censi. Ius <sup>21</sup> autem civile vel gentium ita dividitur. Omnes populi, qui legibus et moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utuntur. Nam quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium civitatis est, vocaturque ius civile, quasi ius proprium ipsius civitatis. Quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos peraeque custoditur, vocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes utuntur. Et populus itaque Romanus partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utitur. Sed <sup>22</sup> ius quidem civile ex unaquaque civitate appellatur, veluti atheniensium. Sic enim et ius quo populus romanus utitur, ius civile Romanorum appellamus, vel ius quirinum, quo Quirites utuntur. Romani enim a Quirino, id est Romulo <sup>23</sup>, Quirites appellantur. Sed quotiens non addimus nomen <sup>24</sup> cuius sit civitatis, nostrum ius significamus, velut <sup>25</sup> cum poetam dicimus, nec addimus eius <sup>26</sup> nomen, subauditur apud grecos egregius Omerus, apud nos Virgilius. Ius autem gentium omni humano generi commune est. Nam usu exigente et humanis necessitatibus gentes humanae quaedam sibi constituerunt. Bella enim <sup>27</sup> orta sunt, et captivitates secutae et servitutes, quae sunt iuri naturali contrariae <sup>28</sup>. Iure enim naturali ab initio omnes homines liberi nascebantur. Ex hoc iure gentium <sup>29</sup> omnes pene contractus introducti sunt, ut emptio, venditio, locatio, conductio, societas, depositum, mutuum et alii innumerabiles. Constat <sup>30</sup> autem ius Romanorum <sup>31</sup> aut ex scripto aut ex non scripto. Scriptum ius est lex, plebiscita, senatusconsulta, principum placita, magistratum edicta, responsa prudentium. Lex <sup>32</sup> est quod populus Romanus senatorio magistratu interrogante, veluti consule, constituebat, id est constitutum

Quid jus naturale.

Quid sit ius civile.

Quid jus gentium.

Quid ius Romanorum.

Que sint ex iure gentium.

Unde constet ius Romanorum.

Quid sit lex.

Collectum est, etc. Codd. a. 8, 12 a. Dig. Theoph. et edd. — <sup>18</sup> Inst. I, 2, Pr. — <sup>19</sup> Inst.: quam. — <sup>20</sup> enim. Codd. 6, 8, (14): etenim vell. et edd. — <sup>21</sup> Inst. I, 2, 1. — <sup>22</sup> Inst. I. 2, 2. — <sup>23</sup> id est Romulo: Glossa pervetusta: extat apud Theophilum, in antiquissimo cod. Bambergensi, in cod. Sess. et in gloss. Accurs. — <sup>24</sup> nomen: omm. Codd. 1, 10, 11 a. AA. et edd. — <sup>25</sup> Inst. sicuti (sicut). — <sup>26</sup> eius omm. nonnulli Codd. et edd. — <sup>27</sup> enim: Codd. 5, 6, 14, 24; etenim vell. et edd. — <sup>28</sup> Schrader: contraria: ad fidem Cod. 1. — <sup>29</sup> Inst. add. et: omm. tamen Codd. nonnulli. — <sup>30</sup> Inst. I. 2, 3. — <sup>31</sup> ius Rom.; Inst. ius nostrum. — <sup>32</sup> Inst. I. 2, 4.



confirmabat <sup>1</sup>. Ex senatoribus enim mos erat consules constituere duos. Plebiscitum est quod plebs plebeio magistratu interrogante veluti tribuno constituerebat. Plebs autem a populo eo differt, quo species a genere. Nam appellatione populi universi cives significantur, connumeratis etiam patitiis et senatoribus: plebis autem appellatione sine patitiis et senatoribus caeteri cives significantur. Senatusconsultum <sup>2</sup> est quod senatus iubet atque constituit. Principum <sup>3</sup> placita sunt quod imperatores constituunt, eaque legis habent vigorem. Populus enim in eos <sup>4</sup> omne suum imperium et potestatem concessit. Quodcumque igitur imperator per epistolam constituit, vel cognoscens in iudicio <sup>5</sup> decrevit, vel edicto precepit, legem esse constat. Haec sunt quae constitutiones appellantur. Magistratum <sup>6</sup> quoque edicta non modicam iuris obtinent auctoritatem. Hoc <sup>7</sup> etiam ius honorarium solemus appellare, quod qui honorem gerunt, id est magistratus, auctoritatem huic iuri dederunt. Responsa <sup>8</sup> prudentium sunt sententiae et opiniones eorum quibus permissum erat iura condere. Nam antiquitus constitutum <sup>9</sup> erat, ut essent qui iura publice interpretarentur, quibus a Cesare Augusto <sup>10</sup> ius respondendi datum est, qui iuris consulti appellabantur. Quorum omnium sententiae et opiniones eam auctoritatem tenebant, ut iudici recedere a responso eorum non liceret, ut est a principibus <sup>11</sup> constitutum. Ex <sup>12</sup> non scripto ius venit, quod usus comprobavit. Nam diuturni mores, non <sup>13</sup> contrarii rationi vel legi, per annos plurimos consensu utentium comprobati et confirmati <sup>14</sup>, pro lege habentur <sup>15</sup>.

### III. De iure personarum. <sup>16</sup>

Omne <sup>17</sup> autem ius, quo Romani utuntur <sup>18</sup>, vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones pertinet <sup>19</sup>. Summa <sup>20</sup>

<sup>1</sup> id est... confirmabat. Ex senatoribus... duos. *Glossa*. Cfr. *De verbis quibusd. legal.* 2: *Gloss. Boll.* 14. — <sup>2</sup> *Inst.* I, 2, 5. — <sup>3</sup> Principum... vigorem: *Inst.* I, 2, 6: Sed et quod principi placuit, legis habet vigorem. *Breviator ex sequenti periodo vel melius ex glossa hausisse videtur. In hoc ipso Taurin. cod. Instit. interlinearis glossa extat: (placuit) dum iura constituit.* — <sup>4</sup> *Inst.*: cum lege regia... populus ei et in eum. — <sup>5</sup> in iudicio: *Glossa*. Cfr. *Theoph.* (p. 12). — <sup>6</sup> *Inst.* I, 2, 7, Praetorum quoque etc. *Verbum Magistr. fortasse ex praec. § 3, sumptum. Cfr. et Theoph.* (p. 14, 15): *οἱ ἀρχοντες: τοῖς ἀρχουσιν.* — <sup>7</sup> hoc: *codd. fere omnes: haec. Codd. a. 1, 11, AA. et edd.* — <sup>8</sup> *Inst.* I, 2, 8. — <sup>9</sup> constitutum: *Codd. dett. nonnulli: institutum vell. et edd.* — <sup>10</sup> Augusto: *omm. Inst.* — <sup>11</sup> a principibus: *Glossa: Cfr. Theoph.* (p. 17): *ὡσπερ καὶ βασιλέως βωξ διατάξις.* — <sup>12</sup> *Inst.* I, 2, 9. — <sup>13</sup> non contrarii... plurimos: *Glossa Cfr. Gloss. Boll.* 18. *Gloss. cod. Taur. D. III, 13: dummodo non sint contra leges et rationes... per annos plurimos vel iudicio firmati... — 14 et confirmati: Glossa. — 15 pro lege habentur: Glossa: Inst. legem imitantur. — 16 Inst.* I, 3, Rubr. — <sup>17</sup> *Inst.* I, 2, 12. *Nota hanc paragraphum, quem Codd., teste Schradero, secundi tituli finem faciunt, tertio titulo adscribi, ut in Theoph. Ita etiam Cod. noster in Instit. Cfr. quae scripsit Ferrini ad Theoph. et Schrader ad h. l. — 18 quo Romani utuntur: Inst.: quo utimur. — 19 pertinet: post actiones Cod. 17: post res Cod. 19: post personas vell. et edd. — 20 Inst.*

igitur <sup>21</sup> divisio de iure personarum haec est, quod omnes homines aut liberi sunt, aut servi. Libertas <sup>22</sup> quidem est, ex qua et liberi vocantur, cuius <sup>23</sup> naturalis facultas est <sup>24</sup>, quod cuique facere libet nisi quod <sup>25</sup> vi aut iure prohibetur. Servitus <sup>26</sup> autem est constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subicitur. Servi <sup>27</sup> autem ex eo appellati sunt, quod imperatores captivos vendere iubent, ac per hoc servare non <sup>28</sup> occidere solent. Qui etiam mancipia dicti sunt, eo <sup>29</sup> quod ab hostibus manu capiuntur. Servi <sup>30</sup> autem aut nascuntur aut fiunt. Nascuntur ex ancillis nostris, fiunt aut iure gentium, id est ex captivitate, aut iure civili, cum homo liber maior XX <sup>31</sup> annis ad precium participandum se <sup>32</sup> venundari passus est. In <sup>33</sup> servorum conditione nulla differentia est. In liberis multae differentiae sunt. Aut enim ingenui aut libertini sunt <sup>34</sup>. Ingenuus <sup>35</sup> est is <sup>36</sup>, qui statim ut natus est, liber est, sive ex duobus ingenuis matrimonio est <sup>37</sup> editus, sive ex duobus <sup>38</sup> libertinis, sive ex altero libertino et altero ingenuo. Sed et si quis ex matre libera et patre servo nascitur, nichilominus ingenuus est <sup>39</sup>. Libertini <sup>40</sup> sunt qui ex iusta servitute manumissi sunt. Manumissio autem est datio libertatis. Nam quamdiu quis in servitute est, manus et potestati suppositus est, et manumissus liberatus <sup>41</sup> a domini <sup>42</sup> potestate. Manumissio <sup>43</sup> autem multis modis procedit <sup>44</sup>. Aut enim ex sacris constitutionibus, aut <sup>45</sup> in sacrosanctis ecclesiis, aut vindicta manumittuntur <sup>46</sup>, aut inter amicos, aut per epistolam, aut per testamentum, aut per <sup>47</sup> aliam quamlibet ultimam voluntatem. Servi <sup>48</sup> vero a dominis sepe <sup>49</sup> manumitti solent, adeo ut vel in transitu manumittantur, veluti cum pretor aut proconsul aut praeses in balneum vel in theatrum eunt <sup>50</sup>. Iustae <sup>51</sup> autem causae manumis-

Quid plebiscitum.

Quid inter plebem et populum.

Quid senatusconsultum.

Quid principum placita.

Quid magistratum edicta.

Quid responsa prudentium.

Quid ius ex non scripto.

f. 92 a. Quid sit libertas

Quid servitus.

Quare servi dicuntur.

Quod servi aut fiunt aut nascuntur.

Quid sit ingenuus.

Quid sit libertinus.

Quid manumissio.

Quot modis fit.

Ubi servi manumittantur.

Quae iustae causae manumittendi.

I, 3, Pr. — <sup>21</sup> igitur: *Inst.* itaque. — <sup>22</sup> *Inst.* I, 3, 1: Et libertas. — <sup>23</sup> cuius: *omm. Inst.* — <sup>24</sup> *Codd. fere omnes: eius: Codd.* 6<sup>r</sup>, 13: est. — <sup>25</sup> quod *Codd. Inst. fere omnes: quid 13, et alii nonnulli: si quid: Dig. Codd. 1. AA.* — <sup>26</sup> *Inst.* I, 3 § 2. — <sup>27</sup> *Inst.* I, 3, § 3. — <sup>28</sup> non *codd.* 8, 27: nec: *ceteri fere omnes.* — <sup>29</sup> eo *omm. Cod. optimi quique.* — <sup>30</sup> *Inst.* I, 3, § 4. — <sup>31</sup> se: *Codd. perpauci: vulgo: sese.* — <sup>32</sup> *Inst.* I, 3, § 5. — <sup>33</sup> sunt: *hoc loco habent codd.* 3, 10, 11, 13 (10) AA. Ep. T. — <sup>34</sup> *Inst.* I, 4, Pr. — <sup>35</sup> est is: *Codd.* 6, 8, 13 (6). — <sup>36</sup> est: *omm. antiq. Codd.: est editus Cod. 27: ed. est: ed. sit: sit ed. Codd. nonnulli.* — <sup>37</sup> duobus lib. *Theoph.* I, 4 Pr. *codd.* 4, 5<sup>r</sup>, 8 (13). Ep. T.: lib. duobus; *codd.* 9, 11, 13 (7). *Codd. antiquissimi omnes et edd. omm. v. duobus.* — <sup>38</sup> et: *Codd. fere omnes: omm. tamen edd.* — <sup>39</sup> *Inst.*: libera nascatur, patre servo, ingenuus nihilominus nascitur. *Cfr. tamen Theoph.* I, 4, Pr. — <sup>40</sup> *Inst.* I, 5, Pr. — <sup>41</sup> manumissus liberatus (*def. est*) *Codd.* 10<sup>r</sup>, 20<sup>r</sup>: man. liberatur *Theoph., optimi Codd. et edd.* — <sup>42</sup> a domini: *omm. edd.* — <sup>43</sup> *Inst.* I, 5, § 1. — <sup>44</sup> *Inst.*: multis a. m. man. pro. — <sup>45</sup> aut: *omm. codd. omnes, ut videtur, et sane nullo modo defendi potest.* — <sup>46</sup> manumittuntur: *omm. edd.; est autem hoc loco in codd.* 1, 4<sup>r</sup>, 6, (14), *alibi in Theoph. et codd.* 7, 9, 13 etc. — <sup>47</sup> per: *codd. quamplurimi: omm. tamen codd.* 1, 3, 10, (10) *et edd.* — <sup>48</sup> *Inst.* I, 5, § 2. — <sup>49</sup> sepe: *Codd.* 3, 10, (14): semper: *Theoph. edd.* — <sup>50</sup> eunt: *Cod.* 27.: eat, vadit, eant, iverint: *reliqui Codd.* — <sup>51</sup> *Inst.* I, 6, § 5.



sionis <sup>1</sup> hae <sup>2</sup> sunt, veluti si quis patrem, aut matrem aut filium, aut filiam <sup>3</sup>, aut fratrem sororemve naturalem <sup>4</sup>, aut pedagogum, nutricem, educatorem aut alumnum alumnamve <sup>5</sup>, collactaneum manumittat, aut servum procuratoris gratia habendi <sup>6</sup>, aut ancillam matrimonii causa, dum tamen intra V<sup>que</sup> <sup>7</sup> menses uxorducatur, nisi iusta causa id est valitudinis aut militiae <sup>8</sup> impediatur. Qui procuratoris gratia manumittitur non sit minor XVII annis <sup>9</sup>. Semel <sup>10</sup> autem causa approbata, propter quam manumittatur <sup>11</sup>, sive vera sive falsa sit, non retractetur <sup>12</sup>.

Quod manumissio non retractatur.

### III. De iure personarum II<sup>a</sup> divisio.

Sequitur <sup>13</sup> de iure personarum alia divisio. Nam quaedam personae sui iuris sunt, quaedam alieno iuri subiectae sunt. Rursus aliarum <sup>14</sup>, quae alieno iuri subiectae sunt, aliae in potestate parentum, aliae in potestate dominorum sunt. In <sup>15</sup> potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex iustis nuptiis procreavimus <sup>16</sup>. Nuptiae <sup>17</sup> autem sive matrimonium est viri et mulieris coniunctio, individuum vitae consuetudinem <sup>18</sup> continens. Qui <sup>19</sup> igitur ex te et uxore tua nascitur, in potestate tua <sup>20</sup> est. Item qui ex filio tuo et uxore eius, id est <sup>21</sup> nepos tuus et neptis, aequae in potestate tua sunt <sup>22</sup>, et pronepos et proneptis et deinceps <sup>23</sup>. Qui tamen ex filia tua nascuntur <sup>24</sup> in potestate tua <sup>25</sup> non sunt, sed <sup>26</sup> patris eius. Adoptio <sup>27</sup> autem duobus modis fit, aut principali rescripto, aut imperio magistratus. Imperatoris auctoritate adoptamus <sup>28</sup> eos easve, qui, quaeve sui iuris sunt. Quae species adoptionis dicitur arrogatio, quia <sup>29</sup> et adoptans <sup>30</sup> interrogatur an velit eum quem adoptat <sup>31</sup> sibi iustum <sup>32</sup> filium esse, et adoptatus <sup>33</sup> an id fieri patiatur. Imperio <sup>34</sup> magistratus

Quid nuptiae.

Qui liberi sint in potestate patris.

Quot modis fit adoptio.

Quid sit arrogatio.

Qui adoptentur.

<sup>1</sup> causae manumissionis: *Gaius* I, 39, et *Codd. nonnulli*: man. cau.: *edd.* — <sup>2</sup> hae: *Codd.* 3, 6 a. 8, 9, 10 etc.: *omm. edd. tamquam additamentum.* — <sup>3</sup> aut filiam: *Codd. dett. nonnulli*: *vulgo*: filiamve. — <sup>4</sup> naturalem: *Gai.* I, 19, et *Codd. perpauci* (*Cfr. etiam* D. XL, 2, 11): *edd. naturales.* — <sup>5</sup> adde: aut. — <sup>6</sup> gratia habendi: *Inst.* habendi gratia. — <sup>7</sup> quinque: *Inst.* sex. — <sup>8</sup> id est valitudinis aut militiae: *glossa.* — <sup>9</sup> *Inst.*: et qui man. proc. hab. gra. ne minor septem et de. an. manumittatur. — <sup>10</sup> *Inst.* I, 6, § 6. — <sup>11</sup> pro. quam man.: *glossa.* — <sup>12</sup> retractetur: *codd.* 4, 7, 10, 13, (15): *edd.*: retractatur. — <sup>13</sup> *Inst.* I, 8, Pr. — <sup>14</sup> aliarum: *lege*: earum. — <sup>15</sup> *Inst.* I, 9, Pr. — <sup>16</sup> procreavimus: *Gai.* I, 55 et *Codd. nonnulli*: procreaverimus: *edd. recent. ad fidem optimorum codicum et Dig.* I, 6, 3. — <sup>17</sup> *Inst.* I, 9, § 1. — <sup>18</sup> vitae consuetudinem: *Codd. quamplurimi*: cons. vitae *edd. et optimi Codd.* — <sup>19</sup> *Inst.* I, 9, § 3. — <sup>20</sup> *Inst.*: tua potestate. — <sup>21</sup> *Recte Inst.*: nascitur, id est. — <sup>22</sup> pot. tua sunt: *Codd. perpauci*: *vulgo*: tua sunt po. — <sup>23</sup> Adde « ceteri » ut in *Inst.* — <sup>24</sup> nascuntur... sunt. *Codd. omnes habent*: nascitur... est. *Pluralis tamen numerus invenitur in Theoph.* I, 9, p. 38. — <sup>25</sup> pot. tua: *Codd.* 10, 13: *vulgo*: tua pot. — <sup>26</sup> *Edd.*: in patris: in *def. codd.* 5, 4, 11, (9). — <sup>27</sup> *Inst.* I, 11, § 1. — <sup>28</sup> adoptamus: *Gai.* I, 99; *Dig.* I, 7, 2 pr.; *Theoph.*;

adoptamus <sup>35</sup> eos easve, qui quaeve in potestate <sup>36</sup> sunt, sive primum gradum liberorum obtineant, qualis est filius, filia, sive inferiorem, qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis. Adoptatio <sup>37</sup> per magistratum fit de his qui sunt alieni iuris; arrogatio per imperatorem, de his qui sui iuris sunt. Arrogatio id est adoptio: arrogator qui adoptat: arrogatus adoptatus. Minorem <sup>38</sup> natu non posse maiorem adoptare placet: adoptio enim naturam imitatur, et pro monstro est ut maior sit filius quam pater: debet itaque is qui sibi per arrogationem aut per <sup>39</sup> adoptionem filium facit, plena pubertate, id est X et VIII annis, precedere. Si <sup>40</sup> ab hostibus captus fuerit parens, quamvis servus hostium fiat, tamen pendet ius liberorum propter ius postliminii, quia ii <sup>41</sup> qui ab hostibus capti sunt, si reversi fuerint, omnia pristina iura accipiunt <sup>42</sup>. Dictum autem est <sup>43</sup> postliminium a limine et post. Unde eum, qui ab hostibus captus in fines nostros postea pervenit, postliminio reversum recte dicimus. Nam limina sicut in domibus finem quandam faciunt, sic et imperii finem limen veteres esse <sup>44</sup> voluerunt. Hinc et limes dictus est quasi finis quidam et terminus. Ab eo postliminium dictum est quod <sup>45</sup> ab <sup>46</sup> eodem limine revertatur <sup>47</sup>, quo amissus fuerat. Sed et qui captus <sup>48</sup> victis hostibus recuperatur, postliminio redisse estimatur <sup>49</sup>. Preterea <sup>50</sup> emancipatione quoque desinunt liberi in potestate parentum esse.

Per quos adoptetur.

De iure postliminii.

Unde dicitur postliminium.

f. 92. b.

### V. Quid sint tutores.

Fit etiam alia divisio <sup>51</sup> personarum <sup>52</sup>. Nam ex his personis, quae in potestate non sunt, quaedam vel in tutela vel curatione sunt <sup>53</sup>, quaedam vero <sup>54</sup> neutro iure tenentur. Est <sup>55</sup> autem tutela, ut Servius diffinivit <sup>56</sup>, ius <sup>57</sup> ac potestas in capite libero ad tuendum eum, qui propter

Quid sit tutela.

*Codd.* I, 20; *Krüger et Huschke*: adoptare quis potest: *vell. Codd. et edd.* — <sup>29</sup> quia et... patiatur: *glossa ex Dig.* I, 7, 2. Pr. — <sup>30</sup> *Dig.*: is qui adoptat rogatur, id est. — <sup>31</sup> *Dig.* adoptaturus sit. — <sup>32</sup> *Dig.*: iustum sibi. — <sup>33</sup> *Dig.* is qui adoptatur, rogatur. — <sup>34</sup> *Inst.* I, 11, § 1. — <sup>35</sup> *Perperam Schrader*: adoptare licet: *cum Theoph. et codd. perpaucis.* — <sup>36</sup> parentum: *addunt Codd. omnes praeter* 11: ἐτέρων: *Theoph.* — <sup>37</sup> adoptatio... adoptatus: *additamenta. Cfr. Gellium* v. 19, 1-4: *Theoph.* I, 11, (p. 50-51). — <sup>38</sup> *Inst.* I, 11, 4. — <sup>39</sup> aut per: *Inst.*: vel. — <sup>40</sup> *Inst.* I, 12, 5. — <sup>41</sup> *Inst.*: hi. — <sup>42</sup> *Inst.* recipiunt. — <sup>43</sup> *Inst.* est autem. — <sup>44</sup> *Inst.*: esse veteres. — <sup>45</sup> quod: *Inst.* quia. — <sup>46</sup> ab: *codd.* 11, 13, i: *omm. vell.* — <sup>47</sup> *Inst.* revertatur. — <sup>48</sup> captus: *glossa, quae in Theoph. et in omnibus codd. invenitur, cod. 1 tantum excepto, et AA.* — <sup>49</sup> *Inst.* existimatur. — <sup>50</sup> *Inst.* I, 12, 6. — <sup>51</sup> *Inst.* I, 13, Pr.: Transeamus nunc ad aliam divisionem. — <sup>52</sup> personarum: *omm. Gai.* I, 142, *Cod.* I. *Krüger et Huschke*: servant reliqui *codd. et edd.* — <sup>53</sup> *vulgo*: sunt vel in curatione, tamen *cod. 24 om. in, et cod. 156 habet*: vel incur. sunt. — <sup>54</sup> vero: *additam.*; *omm. codd. omnes.* — <sup>55</sup> *Inst.* I, 1, 3, 1. — <sup>56</sup> *lege*: diffinivit. — <sup>57</sup> ius: *ita procul dubio legendum, quamquam aliter Schradero visum sit.*: ius habet etiam *codex noster in Instit. nec non et glossa, quamvis Bollati ediderit*: vis.



etatem se defendere nequit, iure civili data ac permissa. Tutores <sup>1</sup> autem sunt qui eam vim ac potestatem habent, ex qua re ipsum <sup>2</sup> nomen ceperunt. Tutores appellantur <sup>3</sup> quasi tutores atque defensores, sicut editui dicuntur qui edes tuentur. Dari <sup>4</sup> autem potest tutor non solum paterfamilias, sed etiam filius familias: sed <sup>5</sup> et servus proprius testamento cum libertate recte tutor dari potest. Quid curatores. Dantur <sup>6</sup> etiam <sup>7</sup> curatores ab hisdem magistratibus, a quibus et tutores; sed curator testamento non datur, sed datus confirmatur decreto pretoris vel presidis. Masculi <sup>8</sup> puberes vel <sup>9</sup> feminae viripotentes usque ad XX<sup>mum</sup> V<sup>tum</sup> annum completum curatores accipiunt, Usque ad quot annos curatores dentur. qui licet puberes sint, adhuc tamen huius etatis sunt, ut negocia sua tueri non possint <sup>10</sup>. Ne <sup>11</sup> autem <sup>12</sup> pupillorum et eorum, quae <sup>13</sup> in curatione sunt negotia a tutoribus vel curatoribus consumantur, aut diminuuntur <sup>14</sup> curet <sup>15</sup> pretor ut et tutores et curatores <sup>16</sup> satisfiant, id est <sup>17</sup> satisfaciant vel iurent, vel fidem tribuant, sed hoc non omnes <sup>18</sup>. Nam tutores testamento dati satisfacere non coguntur, quia fides eorum et diligentia ab ipso testatore probata est. Item ex inquisitione tutores vel curatores dati satisfactione non onerantur, quia idonei electi sunt.

#### VI. De <sup>19</sup> capitis diminutione. <sup>20</sup>

Capitis diminutio est <sup>21</sup> prioris status commutatio: quae <sup>22</sup> tribus modis accidit. Nam aut maxima est, <sup>23</sup> aut media <sup>24</sup> aut minima. Maxima <sup>25</sup> est capitis diminutio, cum aliquis simul et civitatem et libertatem amittit, quod accidit his <sup>26</sup>, qui pene servi <sup>27</sup> efficiuntur atrocitate sententiae, vel libertis <sup>28</sup> ut ingratis circa patronos condemnatis, vel qui se <sup>29</sup> ad precium participandum venundari passi sunt. Media <sup>30</sup> est capitis diminutio cum civitas quidem amittitur, libertas vero retinetur, quod accidit ei, cui et <sup>31</sup> aqua et igni interdictum est <sup>32</sup>, vel ei, qui in insulam deportatus est. Minima <sup>33</sup> capitis diminutio

est, cum et civitas et libertas retinetur, sed status hominis commutatur, quod accidit his <sup>34</sup>, qui, cum sui iuris fuerunt, ceperunt alieno iuri subiecti esse, vel contra: si <sup>35</sup> filius familias emancipatus fuerit est capite diminutus: servus <sup>36</sup> autem manumissus capite non minuitur, quia nullum habet caput. <sup>37</sup>

#### VII. Quae sint res corporales, quae incorporales.

Quaedam <sup>38</sup> praeterea res corporales sunt, quaedam incorporales. Corporales <sup>39</sup> sunt hae <sup>40</sup>, quae natura sua <sup>41</sup> tangi possunt, veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum et denique aliae res innumerabiles; incorporales <sup>42</sup> sunt quae tangi non possunt, qualia sunt ea, quae in iure consistunt, sicut hereditas, usufructus, usus <sup>43</sup>, obligationes quoque modo contractae. Rusticorum <sup>44</sup> praediorum iura sunt haec: iter, actus, via, aquaeductus. Iter est ius eundi ambulandi hominis <sup>45</sup>, non etiam iumentum agendi vel vehiculum. Actus est ius agendi vel iumentum vel vehiculum. Itaque qui iter habet actum non habet; qui actum habet et iter habet, eoque uti potest etiam sine iumento. Via est ius eundi et agendi et ambulandi. Nam <sup>46</sup> iter et actum in se via continet. Est <sup>47</sup> autem VIII<sup>to</sup> pedum in latitudine, XVI<sup>cim</sup> in confractu. Aquaeductus <sup>48</sup> est ius aquae ducendae per fundum alienum.

#### VIII. De usufructu.

Usufructus <sup>49</sup> est ius alienis rebus utendi fruendi salva rerum substantia. Ius enim in corpore est <sup>50</sup>, quo sublato et ipsum tolli necesse est. Usufructus <sup>51</sup> a proprietate separationem recipit idque plurimis <sup>52</sup> modis accidit, ut ecce si quis <sup>53</sup> usum fructum legaverit; nam heres nudam habet proprietatem, legatarius usufructum. Et contra si fundum legaverit deducto usufructu, legatarius nudam habet proprietatem, heres vero usufructum.

<sup>1</sup> Inst. I, 13, 2. — <sup>2</sup> ipsum: *cod. I: ipsi vell.; ipsa: edd. ad fidem tantum Theoph. et Dig.* — <sup>3</sup> *vulgo: itaque appell. tut.* — <sup>4</sup> Inst. I, 14, Pr. — <sup>5</sup> Inst. I, 14, 1. — <sup>6</sup> Inst. I, 23, 1. — <sup>7</sup> Inst.: autem. — <sup>8</sup> Inst. I, 23, Pr. — <sup>9</sup> Inst.: et. — <sup>10</sup> possint: *codd. 1<sup>r</sup>, 4<sup>r</sup>, 19, Huschke, Krüger et cod. noster in Inst.: vulgo: possunt.* — <sup>11</sup> Inst. I, 24, Pr. — <sup>12</sup> Inst. tamen. — <sup>13</sup> Gai. I, 199: pupillorum et eorum qui; Inst. pupillorum pupillarumve, et eorum qui quaeve. *Lectionem abbreviationis nostrae ex vulgari ortam esse monet, ut videtur, illud: quae perperam positum pro eo quod est qui.* — <sup>14</sup> lege: deminuantur. — <sup>15</sup> curet: *codd. fere omnes. curat: codd. I, 2<sup>r</sup>, 8<sup>r</sup> et alii perpauci, nec non et edd. faventibus Gaio et Theoph.* — <sup>16</sup> Inst. add.: eo nomine. — <sup>17</sup> id est..... tribuant: *glossa.* — <sup>18</sup> non omnes: Inst. non est perpetuum. — <sup>19</sup> Inst. I, 16. — <sup>20</sup> Edd.: minutione: *ad fidem indicis titulorum codd. I, a.* — <sup>21</sup> Inst.: Est autem cap. dem. — <sup>22</sup> quae: Ep. T.: *vulgo: eaque.* — <sup>23</sup> Inst. add.: capitis diminutio. — <sup>24</sup> media: Inst.: aut minor, quam quidam mediam vocant. — <sup>25</sup> Inst. I, 16, 1. — <sup>26</sup> *vulgo: in his.* — <sup>27</sup> Inst.: servi

poenae. — <sup>28</sup> libertis.. ingratis.. condemnatis: *Inst. liberti.. ingrati.. condemnati.* — <sup>29</sup> se: *in codd. I, 17, 20, nec non et in edd. ante: venundari.* — <sup>30</sup> Inst.: I, 16, 2 minor sive media. *Cfr. tamen Theoph. I, 16, 2. (p. 71): Μέση capitis deminut. ἐστίν...* — <sup>31</sup> et: *omm. Inst.* — <sup>32</sup> est: *codd. perpauci: vulgo: fuerit.* — <sup>33</sup> Inst. I, 16, 3. — <sup>34</sup> Inst. in his. — <sup>35</sup> si... diminutus: *glossa quae in codd. quamplurimos irrepsit. Cfr. et Theoph.* — <sup>36</sup> Inst. I, 16, 4. — <sup>37</sup> Inst.: caput habuit. — <sup>38</sup> Inst. II, 2, Pr. — <sup>39</sup> Inst. II, 2, 1. — <sup>40</sup> Inst.: hae sunt. — <sup>41</sup> Inst. sui natura. — <sup>42</sup> Inst. II, 2, 2.; *add. autem.* — <sup>43</sup> usus: *omm. edd. ad fidem praecipue Gai Dig. et Theoph.* — <sup>44</sup> Inst. II, 3, Pr. — <sup>45</sup> hominis: *Codd. fere omnes: homini, Dig. 8, 3, 1. codd. I, 2<sup>r</sup>, 8<sup>v</sup>, I., Huschke.* — <sup>46</sup> Inst. add.: et: *omm. tamen codd. perpauci.* — <sup>47</sup> est autem... confractu: *glossa, ut videtur, ex Dig. VIII, 3, 8, satis inepte.* — <sup>48</sup> Inst. II, 3, Pr. — <sup>49</sup> Inst. II, 4, Pr. — <sup>50</sup> Inst. est enim ius in corpore. — <sup>51</sup> Inst. II, 4, 1. — <sup>52</sup> plurimis: *Krüger ad fidem Codd. antiquiss.: pluribus: Schrader, Huschke et Codd. dett.* — <sup>53</sup> Inst. add.: alicui.

Que sint res corporales.

Que sint incorporales.

De praediis rusticorum.

Quid sit iter.

Quid actus.

Quid via.

Quid aquaeductus.

Quid usufructus.

In quibus constituitur ususfructus.

Constituitur<sup>1</sup> autem ususfructus non tantum in fundo et edibus, verum etiam in servis et iumentis, ceterisque rebus, exceptis his, quae ipso usu consumuntur: nam haec neque naturali ratione neque civili accipiunt<sup>2</sup> ususfructum. Quo numero sunt vinum, oleum, frumentum, vestimenta, quibus proxima est pecunia numerata; namque in ipso usu assidua permutatione quodam modo extinguuntur. Finitur<sup>3</sup> autem ususfructus morte fructuarii, et duabus capitibus diminutionibus, maxima et media et non utendo per modum et tempus, veluti<sup>4</sup> per decennium vel vicennium, et<sup>5</sup> si dominus proprietatis ab usufructuario cedatur, et aliis quibusdam modis. Cum<sup>6</sup> autem totus<sup>7</sup> finitus fuerit ususfructus, revertitur scilicet ad proprietatem et ex eo tempore nudae proprietatis dominus incipit plenam habere in re potestatem.

### IX. De usucapionibus.

Usucapio est adquisitio domini per continuationem possessionis temporis lege definiti.<sup>9</sup>

Iure<sup>8</sup> civili constitutum fuerat, ut qui bona fide ab eo, qui dominus non erat, cum crediderit eum dominum esse, rem emerit vel ex donatione aliave<sup>10</sup> iusta causa acceperit, is eam rem, si mobilis erat, anno ubique, si immobilis, biennio tantum in italico solo usucapiebat<sup>11</sup>, ne rerum dominia in incerto essent. Constitutionem autem<sup>12</sup> super hoc promulgavimus, qua cautum est ut res quidem mobiles per triennium usucapiantur a<sup>13</sup> bonae fidei possessore, immobiles vero per longi temporis possessionem, id est inter presentes decennio, inter absentes XX annis usucapiantur, utrobique bona fide et quod res sine vicio sit. Et his modis non solum in Italia, sed in omni terra, quae Romano<sup>14</sup> imperio gubernatur, dominia<sup>15</sup> rerum iusta causa, id est iusto titulo<sup>16</sup>, possessionum<sup>17</sup> adquiruntur precedente<sup>18</sup>. Sed<sup>19</sup> aliquando, etiamsi<sup>20</sup> quis bona fide rem possederit, non tamen illi usucapio ullo tempore procedit, veluti si quis liberum hominem vel rem sacram vel religiosam vel servum alterius<sup>21</sup> possideat. Furtivae<sup>22</sup> quoque res et quae vi possessae sunt, nec si predicto longo tempore bona fide possessae fuerint, usucapi possunt.

Que res usucapi non possunt.

<sup>1</sup> Inst. II, 4, 2. — <sup>2</sup> Inst. recipiunt. — <sup>3</sup> Inst. II, 4, 3. — <sup>4</sup> veluti.... vicennium: glossa. — <sup>5</sup> et si... modis: summa Inst. II, 4, 3 in f. — <sup>6</sup> Inst. II, 4, 4. — <sup>7</sup> totus: additamentum, quod in multis codd. occurrit. — <sup>8</sup> Inst. II, 6, Pr. — <sup>9</sup> Dig. XLI, 3, 3. (Mod.) ubi tamen legitur: adiectio domini. — <sup>10</sup> Inst. add. qua: def. tamen in codd. nonnullis. — <sup>11</sup> usucapiebat: Codd. quamplurimi: optimi tamen: usucapiat. — <sup>12</sup> Inst. Et ideo const. — <sup>13</sup> a.... possessore.... utrobique.... vicio sit: glossa; similia apud Theoph. extare monet Schraderus — <sup>14</sup> Romano: Inst. nostro. — <sup>15</sup> dominia.... adquiruntur: codd. 6, 20, 27: dominium.... adquiratur: Krüger et Huschke: dominia.... adquirantur: Schrader. — <sup>16</sup> id est iusto titulo: glossa. — <sup>17</sup> possessionum: codd. 12, 24, 26. vulgo: possessionis. — <sup>18</sup> adq. prec.: vulgo: prec. acquir. — <sup>19</sup> Inst. II, 6, 1. — <sup>20</sup> Inst. add. maxime. def. tamen cod. 18. — <sup>21</sup> alterius: glossa, quam librarius, perinde ac si de variante lectione ageretur, inepte in textum immisit, omisso v. fugitivum, quod est in Inst. — <sup>22</sup> Inst. II, 6, 2. — <sup>23</sup> Inst. II, 7, Pr. — <sup>24</sup> Inst. II,

### X. De Donatione.

Est<sup>23</sup> etiam aliud genus acquisitionis: donatio. Donationum autem duo genera sunt: mortis causa et non mortis causa. Mortis<sup>24</sup> causa donatio est, quae propter mortis fit suspicionem<sup>25</sup>, cum quis ita donat ut, si quid ei humanitus contigisset, haberet is qui accepit, si autem supervivisset, qui donavit reciperet, vel si eum donationis penitisset, aut prior decesserit is cui donatum est<sup>26</sup>. Hae mortis causa donationes ad exemplum legatorum redactae sunt per omnia. Aliae<sup>27</sup> autem donationes sunt, quae sine ulla mortis cogitatione fiunt, quas inter vivos appellamus, quae omnino non comparantur legatis; quae, si fuerint perfectae, temere revocari non possunt. Perficiuntur autem cum donator suam voluntatem scriptis aut sine scriptis manifestaverit.

Duo genera donationum.

### XI. De Testamento.

Testamentum<sup>28</sup> ex eo appellatur, quod testatio mentis est. Sciendum<sup>29</sup> est olim<sup>30</sup> duo genera testamentorum in usu fuisse: quorum altero in pace et ocio<sup>31</sup> utebantur<sup>32</sup>, altero cum in preliis<sup>33</sup> exituri essent<sup>34</sup>. Ius<sup>35</sup> autem civile exigebat ut VII<sup>tem</sup> testibus adhibitis et subscriptione testium<sup>36</sup> ex edicto pretoris signacula testamentis imponerentur. Possunt<sup>37</sup> autem testes omnes ex uno<sup>38</sup> anulo signare testamentum. Sed<sup>39</sup> alieno quoque anulo signare licet<sup>40</sup>. Testes<sup>41</sup> autem adhiberi possunt hi, cum quibus testamenti factio est. Testamenti<sup>42</sup> factionem videtur habere cui licet facere testamentum aut de testamento adquirere. In<sup>43</sup> testibus autem non debet esse qui potestate testatoris est. Privilegium<sup>44</sup> militantibus datum est, ut, quoquo modo facta ab his testamenta rata sint. Quia<sup>45</sup> autem<sup>46</sup> plerumque parentes sine causa liberos suos in testamento<sup>47</sup> vel exheredant vel omittunt, inductum est ut de inofficioso testamento agere possint liberi, qui quaeruntur aut inique se exheredatos, aut inique preteritos. Heredem<sup>48</sup> enim<sup>49</sup> permissum erat instituere<sup>50</sup> tam liberos homines quam servos et<sup>51</sup> tam proprios quam

Duo genera testamentorum.

Qui testes sint.

Qui possint esse heredes.

7, 1. — <sup>25</sup> suspicionem: codd. 2, 3, 9 a. 12, 26: vulgo: suspicionem. — <sup>26</sup> est. cod. 26.<sup>a</sup>: vulgo sit. — <sup>27</sup> Inst. II, 7, 2. — <sup>28</sup> Inst. II, 10, Pr. — <sup>29</sup> Inst. II, 10, 1.: sed ut nihil antiquitatis penitus ignoretur, sciendum etc. — <sup>30</sup> Inst. add.: quidem: omm. tamen codd. nonnulli. — <sup>31</sup> vulgo: in otio. — <sup>32</sup> Inst. add. nonnulla. — <sup>33</sup> lege: in praelium. — <sup>34</sup> Inst. add. nonnulla. — <sup>35</sup> Inst. II, 10, 3:.... constitutum est, ut uno eodemque tempore, quod ius civile quodam modo exigebat, etc. — <sup>36</sup> Inst. addunt: quod ex constitutionibus inventum est, etc. — <sup>37</sup> Inst. II, 10, 5. — <sup>38</sup> ex: codd. 7, 13, 27, 30: vulgo: et. — <sup>39</sup> Inst. sed et: def. et codd. 4, 14, etc. — <sup>40</sup> Inst.: licet sign. — <sup>41</sup> Inst. II, 10, 6. — <sup>42</sup> Testamenti.... adquirere: glossa Taurinensi glossae 150 simillima. Cfr. etiam Theoph. (Ferrini, p. 157) Conrat, Gesch. I, 117. — <sup>43</sup> Inst. II, 10, 9. — <sup>44</sup> Inst. II, 11, 1: Id privilegium, quod etc. — <sup>45</sup> Inst. II, 18, Pr. — <sup>46</sup> autem: addit. — <sup>47</sup> in testamento: glossa. — <sup>48</sup> Inst. II, 14, Pr. Heredes... — <sup>49</sup> enim. addit. — <sup>50</sup> Inst. inst. perm. est. — <sup>51</sup> et: Codd. quamplurimi: omm. Krüger et Huschke ad fidem Codd. antiquiss.



alienos. Testamenta<sup>1</sup> iure facta infirmantur<sup>2</sup>, cum is, qui fecit testamentum, capite diminutus sit.

### XII. De Legatis.

Legatum<sup>3</sup> est donatio quaedam a defuncto relicta. Omnibus<sup>4</sup> autem legatis una fit<sup>5</sup> natura, ut<sup>6</sup>, quibuscumque verbis aliquid derelictum sit, liceat legatariis id persequi, non solum per actiones personales, sed etiam per in rem et per hypothecariam.

### XIII. De fideicommissis.

Fideicommissa<sup>7</sup> appellata sunt, quae fidei committebantur eorum, qui capere ex testamento poterant. Cum<sup>8</sup> igitur aliquis scripserit: Lucius Ticius heres meus<sup>9</sup> esto: poterit adicere: Rogo te, Luci Tici, ut, cum primum possis hereditatem meam adire, eam rem<sup>10</sup> Gaio Seio reddas, restituas. Ex<sup>11</sup> singulis quoque rebus, quae per fideicommissum relinquuntur, eadem retentio quae in legatis<sup>12</sup> permissa est. Potest<sup>13</sup> autem quis<sup>14</sup> singulas res per fideicommissum relinquere, veluti fundum, hominem, vestem, argentum, pecuniam numeratam<sup>15</sup>, vel ipsum heredem rogare, ut alicui restituat. Itaque<sup>16</sup> et legatarius et fideicommissarius non solum de ea re rogari potest, ut eam alicui restituat, quae ei relicta sit, sed etiam de alia, sive ipsius sive aliena sit. Hoc solum observandum est, ne plus quisque rogetur alicui restituere, quam ipse ex testamento ceperit<sup>17</sup>; nam quod amplius est inutiliter relinquatur.

### XIII. De intestato.

Intestatus<sup>18</sup> decedit, qui aut omnino testamentum non fecit, aut iure non fecit, aut id quod fecerat ruptum irritumve factum est, aut si<sup>19</sup> nemo ex eo heres existat.<sup>20</sup>

### XV. De obligationibus.

Obligatio<sup>21</sup> est iuris vinculum, quo necessitate astringimur alicuius solvendae rei, secundum iura nostrae civi-

tatis<sup>22</sup>. Omnium<sup>23</sup> autem obligationum summa divisio in duo genera deducitur<sup>24</sup>: namque aut civiles sunt aut pretoriae. Civiles sunt, quae aut legibus constitutae aut certe iure civili comprobatae sunt. Pretoriae sunt, quas pretor ex sua iurisdictione constituit, quae etiam honorariae vocantur. Sequens<sup>25</sup> divisio in III<sup>or</sup> species dividitur<sup>26</sup>. Aut enim ex contractu sunt, qui<sup>27</sup> consensus duorum in idem per verba expressus dicitur, aut quasi ex contractu<sup>28</sup>, aut ex maleficio, aut quasi ex maleficio. Eorum<sup>29</sup> quae ex contractu sunt<sup>30</sup> III<sup>or</sup> species sunt. Aut enim re contrahitur<sup>31</sup> aut verbis, aut litteris, aut consensu. Re<sup>32</sup> contrahitur obligatio, veluti mutui datione. Mutui autem obligatio in his rebus consistit, quae numero pondere<sup>33</sup> mensurave constant, ut<sup>34</sup> vino, oleo, frumento, pecunia numerata, aere, argento<sup>35</sup>, quas res aut numerando aut appendendo<sup>36</sup> aut metiendo<sup>37</sup> in hoc damus, ut accipientium fiant, et quandoque nobis non eadem<sup>38</sup> res sed aliae eiusdem naturae et qualitatis reddantur. Unde etiam mutuum appellatum est, quia ita a me tibi datur, ut ex meo tuum fiat. Et<sup>39</sup> ex eo contractu nascitur actio, quae vocatur condictio.

### XVI. De obligatione verborum.

Verbis<sup>40</sup> obligatio contrahitur ex interrogatione et responsione<sup>41</sup>, cum quid dari fierive nobis stipulamur. Ex qua duae proficiscuntur actiones, tam condictio, si certa sit stipulatio, quam ex stipulatu, si incerta. Quae hoc nomine inde utitur, quia stipulum apud veteres firmum appellabatur, forte a stipe<sup>42</sup> descendens. In<sup>43</sup> hac<sup>44</sup> olim talia verba tradita fuerunt: Spondes? Spondeo. Promittis? Promitto. Fideipromittis? Fideipromitto. Fidei iubes? Fidei iubeo. Dabis? Dabo. Facies? Faciam. Quali<sup>45</sup> lingua stipulatio concipiatur nichil interest, scilicet si uterque stipulantium intellectum huius linguae habeat. Omnis<sup>46</sup> stipulatio aut pure aut in diem aut sub conditione fit. Pure, veluti: V<sup>que</sup> aureos dare spondes? idque confestim peti potest. In diem, cum adiecta<sup>47</sup> die, qua pecunia solvatur, stipulatio fit, veluti:

Duo genera obligationum.

Quattuor genera contrahendi.

In tribus esse mutui obligationem.

Ex quibus verbis obligatio verborum contrahitur.

Unde stipulatio dicitur.

De verbis stipulandi.

Tribus modis fit stipulatio.

<sup>1</sup> Inst. II, 17, 4: Alio quoque modo testamenta etc. — <sup>2</sup> Inst. add. veluti. — <sup>3</sup> Inst. II, 20, 1. — <sup>4</sup> Inst. II, 20, 2: nostra autem constitutio... disposuit ut omnibus legatis etc. — <sup>5</sup> lege: sit. — <sup>6</sup> Inst. et. — <sup>7</sup> Cfr. Inst. II, 23, 1. — <sup>8</sup> Inst. II, 23, 2. — <sup>9</sup> meus: addit. — <sup>10</sup> rem: perperam add. — <sup>11</sup> Inst. II, 23, 5. — <sup>12</sup> quae in legatis: ex praecedenti periodo Inst. sumptum. — <sup>13</sup> Inst. II, 24, Pr. — <sup>14</sup> Inst. add. etiam. — <sup>15</sup> Inst. add. et: quod brevior noster ideo omisit, quia perperam post « restituat » om. vel legatarium etc. Def. tamen et codd. 24, 27. — <sup>16</sup> Inst. II, 24, 1. — <sup>17</sup> Librarius scripserat: exceperit. — <sup>18</sup> Inst. III, 1, Pr. — <sup>19</sup> aut si Codd. 1, 7, 9 (18) Cass. aut (om. si) Taur.? Cass.<sup>3</sup> et edd. — <sup>20</sup> existat: Cod. 19: extitit: codd. et edd. — <sup>21</sup> Inst. III, 13, Pr. — <sup>22</sup> Inst.: nostrae civ. iura. — <sup>23</sup> Inst. III, 13, 1. — <sup>24</sup> dividitur: codd. 4, 12: reliqui: deducitur (vel: did.) — <sup>25</sup> Inst. III, 13, 2. — <sup>26</sup> divid. codd. 4, 13, 25, 26. Cfr. adn.<sup>m</sup> 24. — <sup>27</sup> qui... expressus dicitur: glossa. — <sup>28</sup> aut quasi ex contractu: posterius additum sed

ab eadem manu. — <sup>29</sup> Inst. III, 13, 2. in f.: Harum (codd. perpauci earum.) — <sup>30</sup> quae ex... sunt. ex praecedenti periodo Inst. sumptum. — <sup>31</sup> contrahitur. Gai. III, 89. codd. 13, 23, 26: reliqui et edd. contrahuntur. — <sup>32</sup> Inst. III, 14, Pr. — <sup>33</sup> num. pond. Cod. 13: reliqui: pond. num. — <sup>34</sup> ut: Inst. veluti. — <sup>35</sup> Inst. add. auro. — <sup>36</sup> append. (adpend.): codd. tantum non omnes, Krüg. Huschke: pend.: Schrader cum Gaio et codd. perpaucis. — <sup>37</sup> app. aut met: Codd. 5, 6, 13, 17 (7): met. aut app.: reliqui. — <sup>38</sup> eadem: Gai. III, 90. Codd. 1 (ut Schradero quidem risum est) 5, 14...: eadem (vel haedem) rell. — <sup>39</sup> et: codd. tantum non omnes: omm. edd. ad fidem codd. 1, 10, 16, 19, 27. — <sup>40</sup> Inst. III, 15, Pr. — <sup>41</sup> responsione codd.: 2 et plerique. Gai. III, 92. Schrad. Husch.: responsu: Dig. Krüg.: responso: cod. 1. AA. — <sup>42</sup> stipe: Theoph.: stipite. Codd. Inst. omnes. — <sup>43</sup> Inst. III, 15, 1. — <sup>44</sup> add.: re. — <sup>45</sup> Inst. Utrum autem Latina an Greca vel qua alia lingua etc. — <sup>46</sup> Inst. III, 15, 2. — <sup>47</sup> adiecta.. qua: codd. 29, 30: adiecto... quo rell.

X aureos in <sup>1</sup> primis kal. martii dare spondes? Sub <sup>2</sup> conditione stipulatio fit, cum in aliquem casum differatur obligatio, ut, si aliquid factum fuerit vel non fuerit, stipulatio committatur. Loca <sup>3</sup> etiam inseri stipulationi solent, velut: Carthagine dare spondes? Non <sup>4</sup> solum autem res in stipulatione <sup>5</sup> deduci possunt, sed etiam factum <sup>6</sup>, ut <sup>7</sup> stipulemur aliquid fieri <sup>8</sup> vel non fieri.

**XVII. De stipulationibus.**

Quattuor stipulationes.

Que sint iudiciales.

Stipulationum <sup>9</sup> aliae iudiciales sunt, aliae pretoriae, aliae conventionales, aliae communes tam pretoriae, quam iudiciales <sup>10</sup>. Iudiciales sunt dumtaxat <sup>11</sup> quae a mero iudicis officio proficiscuntur, veluti de dolo cautio, quae <sup>12</sup> fit in restitutione rei, ut quis caveat se nichil fecisse quo res deterior sit; vel de persequendo <sup>13</sup> servo qui in fuga est, si <sup>14</sup> fugit sine culpa heredis, vel de restitutione precii <sup>14</sup>, si <sup>15</sup>

Que pretoriae.

heredis culpa fugit. Praetoriae <sup>16</sup> sunt, quae a mero pretoris officio proficiscuntur, veluti dampni infecti vel legatorum. Pretorias autem stipulationes sic exaudiri oportet, ut in his contineantur etiam ediliciae. Nam et hae a iurisdictione veniunt. Conventionales <sup>17</sup> sunt, quae ex conventionione utriusque partis concipiuntur, hoc est neque iussu iudicis, neque iussu pretoris, sed ex conventionione contrahentium: quarum totidem genera sunt quot pene dixerim rerum

Que conventionales.

contrahendarum. Communes <sup>18</sup> sunt stipulationes, veluti rem salvam fore pupilli. Nam et pretor iubet rem salvam fore et <sup>19</sup> pupillo caveri, et interdum iudex, si aliter expediri haec res non potest; vel de rato stipulatio exigitur <sup>20</sup>. Omnis <sup>21</sup> res, quae dominio nostro subicitur, in stipulatione <sup>22</sup> deduci potest, sive illa mobilis sive soli sit.

Que communes.

**XVIII. De fideiussoribus.**

Pro <sup>23</sup> eo qui promittit solent alii obligari, qui fideiussores appellantur, quos homines accipere solent, dum curant ut diligentius <sup>24</sup> cautum sit. In <sup>25</sup> omnibus autem obligationibus assumi possunt <sup>26</sup>, sive re, sive verbis, sive litteris, sive consensu contractae fuerint. Fideiussor <sup>27</sup> non tantum <sup>28</sup> obligatur, sed et <sup>29</sup> heredem obligatum relinquit. Si <sup>30</sup> plures sint fideiussores, quotquot erunt numero,

In quattuor suscipi fideiussores.

<sup>1</sup> in: codd. 17, 20, 29: omm. vell. - Martii: codd. quampl. et Theoph.: Martiis: codd. 1, 2, 7, 8. (11). AA. et edd. - <sup>2</sup> Inst. III, 15, 4. - <sup>3</sup> Inst. III, 15, 5. - <sup>4</sup> Inst. III, 15, 7. - <sup>5</sup> stipulatum (vel. stipulatu) codd. et edd. - <sup>6</sup> Inst.: facta. - <sup>7</sup> Codd. dett. nonnulli et edd. add.: si. - <sup>8</sup> aliquid fieri: codd. dett. nonnulli: fieri aliq. codd. vell. et edd. - <sup>9</sup> Inst. III, 18. Pr. - <sup>10</sup> Inst. III, 18, 1. - <sup>11</sup> dumtaxat omm. codd. non nulli et Theoph. - <sup>12</sup> quae fit... deterior sit: glossa. - <sup>13</sup> si... culpa heredis: glossa. - <sup>14</sup> vel... precii: Inst. restituendove pretio. - <sup>15</sup> si... fugit: glossa. - <sup>16</sup> Inst. III, 18, 2. - <sup>17</sup> Inst. III, 18, 3. - <sup>18</sup> Inst. III, 18, 4. - <sup>19</sup> et: perperam add. - <sup>20</sup> exigitur Codd. nonnulli: glossa. - <sup>21</sup> Inst. III, 19. Pr. - <sup>22</sup> stipulatione: Codd. 5, 9, 12, 13 (7) stipulationem vell. - <sup>23</sup> Inst. III, 20. Pr. - <sup>24</sup> Inst. add. sibi. - <sup>25</sup> Inst. III, 20, 1. - <sup>26</sup> Inst. add. id est. Omm. tamen et Dig.

in solidum singuli <sup>31</sup> tenentur. Olim <sup>32</sup> scriptura fiebat obligatio, quae nominibus fieri dicebatur, quae nomina hodie non sunt in usu. Dum <sup>33</sup> quaeri non potest, scriptura tamen quis <sup>34</sup> obligatur <sup>35</sup> et <sup>36</sup> nascitur condictio, cessante scilicet verborum obligatione.

**XVIII. De contractibus.**

Consensu <sup>37</sup> fiunt obligationes in emptionibus venditionibus, locatis, conductis, <sup>38</sup> societatibus, mandatis. Ideo <sup>39</sup> autem istis modis consensu dicitur obligatio contrahi, quia neque scriptura neque presentia omnimodo opus est, sed <sup>40</sup> sufficit eos qui negotium gerunt consentire, unde inter absentes talia quoque <sup>41</sup> negocia contrahuntur, veluti per epistolam aut per nuncium.

Obligatio ex consensu.

**XX. De emptione et venditione.**

Emptio <sup>42</sup> et venditio contrahitur simulatque de precio convenit <sup>43</sup>, quamvis nondum precium numeratum sit, ac ne arra quidem data fuerit. Nam quod arrae nomine datur, argumentum est emptionis et venditionis contractae.

Quando emptio et venditio contrahitur.

**XXI. De locato et conducto.**

Locatio <sup>44</sup> et conductio proxima est emptioni et venditioni contractae <sup>45</sup>, hisdemque iuris regulis consistunt. Nam ut emptio et venditio ita contrahitur, si de precio convenerit, sic etiam locatio et conductio ita contrahi intelligitur, si merces constituta sit. Et competit locatori quidem locati actio, conductori quidem <sup>46</sup> conducti. Mortuo <sup>47</sup> conductore intra tempora conductionis, heres eius eodem iure in conductione <sup>48</sup> succedit.

Quando locatio et conductio contrahitur.

**XXII. De societate.**

Societas <sup>49</sup> autem est conventio, veluti si duo inter se pacti sunt, ut ad unum quidem duae partes et dampni et lucri pertineant, ad alium tertia. Nam <sup>50</sup> et ita coire <sup>51</sup> posse societatem non dubitatur, ut alter pecuniam conferat alter non conferat et tamen lucrum inter eos com-

Quid sit societas.

XLVI, 1, 8, § 1. - <sup>27</sup> Inst. III, 20, 2. - <sup>28</sup> Inst. add. ipse. - <sup>29</sup> Inst.: etiam. - <sup>30</sup> Inst. III, 20, 4. - <sup>31</sup> in solidum singuli. Codd. 4, 17: singuli in sol. vell. et edd. - <sup>32</sup> Inst. III, 21. - <sup>33</sup> Inst.: sic fit, ut et hodie, dum etc. - <sup>34</sup> tamen quis: omm. Inst. - <sup>35</sup> ita codd. nonnulli: plerique tamen: obligetur. - <sup>36</sup> Inst. add.: ex ea. - <sup>37</sup> Inst. III, 22. Pr. - <sup>38</sup> Inst.: locationibus conductionibus. - <sup>39</sup> Inst. III, 22, 1. - <sup>40</sup> Inst. III, 22, 2. - <sup>41</sup> talia quoque: Inst. quoque talia, et recte. - <sup>42</sup> Inst. III, 23. Pr. - <sup>43</sup> convenit Cod. 7: convenerit (convenitur, conventum) vell. - <sup>44</sup> Inst. III, 24, Pr. - <sup>45</sup> contractae: codd. 10, 12, 21 (6) d. omm. vell. - <sup>46</sup> quidem cod. 29: om. 27: vero: vell. - <sup>47</sup> Inst. III, 24, 6. - <sup>48</sup> conductione codd. quamplurimi: conductionem Codd. 1, 11, 15, 16 (7) et edd. - <sup>49</sup> Cfr. Inst. III, 25, 1. - <sup>50</sup> Inst. III, 25, 2. - <sup>51</sup> coiri codd. 1, 5, 7, 8, (14) et ed.: coire codd. vell.



mune sit, quia sepe opera alicuius pro pecunia valet. Manet <sup>1</sup> autem societas eousque, donec in eodem <sup>2</sup> perseveraverint. At cum aliquis renunciaverit societati, solvitur societas, vel <sup>3</sup> etiam morte socii, vel si finis negotio impositus sit, aliisque pluribus modis.

### XXIII. De mandatis.

Quot modis  
mandatum fit.

Mandatum <sup>4</sup> contrahitur V<sup>que</sup> modis, sive sua tantum gratia aliquis tibi mandet, sive tua et sua <sup>5</sup>, sive aliena tantum, sive sua et aliena, sive tua et aliena. Si <sup>6</sup> tua tantum gratia <sup>7</sup> mandatum sit, supervacuum est mandatum, et ob id nulla ex eo obligatio nec mandati inter vos actio nascitur. Mandantis <sup>8</sup> tantum gratia intervenit mandatum, veluti si quis tibi mandet, ut negocia eius gereres, vel ut fundum ei emereres, vel ut pro eo sponderes. Tua <sup>9</sup> gratia <sup>10</sup> et mandantis veluti si mandet tibi, ut pecuniam sub usuris crederes ei. Aliena <sup>11</sup> tantum <sup>12</sup> causa intervenit mandatum, veluti si tibi mandet, ut Ticii <sup>13</sup> negocia gereres, vel ut Ticio fundum emereres, vel ut pro Ticio sponderes. Sua <sup>14</sup> et aliena, veluti si de communibus suis et Ticii negociis gerendis tibi mandet, vel ut sibi et Ticio fundum emereres, vel ut pro eo et Ticio sponderes. Tua <sup>15</sup> et aliena: veluti si tibi mandet, ut Ticio sub usuris crederes. Quod si <sup>16</sup> sine usuris credideris <sup>17</sup>, aliena tantum gratia intercedit mandatum. Mandatum <sup>18</sup> non suscipere cuilibet <sup>19</sup> liberum est: susceptum autem consummandum aut quam primum renunciandum est, ut <sup>20</sup> per seipsum <sup>21</sup> aut per alium eandem rem mandator exequatur. Mandatum <sup>22</sup> et in diem differri, et sub conditione <sup>23</sup> potest.

### XXIII. De obligationibus ex maleficio.

Quid sit furtum.

Quaedam <sup>24</sup> obligationes ex re nascuntur, id est ex maleficio, veluti ex furto aut rapina aut dampno aut iniuria. Furtum <sup>25</sup> est contrectatio rei <sup>26</sup> fraudulosa, vel ipsius rei vel etiam usus possessionisve eius <sup>27</sup>: quod

<sup>1</sup> Inst. III, 25, 4. — <sup>2</sup> adde: consensu. — <sup>3</sup> Cfr. Inst. III, 25, 5 segg. Breviator add. verba: vel... vel... aliisque pluribus modis. — <sup>4</sup> Inst. III, 26, Pr. — <sup>5</sup> tua et sua: codd. 2, 17, 20, 23: sua et tua rell. — <sup>6</sup> Inst. at si. — <sup>7</sup> Inst. add. tibi: omm. tamen Theoph. codd. 13 et alii nonnulli. — <sup>8</sup> Inst. III, 26, 1. — <sup>9</sup> Inst. III, 26, 2. — <sup>10</sup> gratia omm. codd. 1, 3, 6 (8) et edd.: habent rell. codd. et Theoph. — <sup>11</sup> Inst. III, 26, 3. — <sup>12</sup> tantum: Dig. XVII, 1, 2, § 2, codd. 11, 24, m.; autem (vel autem tantum etc.) rell.; ὅτι μόνον Theoph. — <sup>13</sup> Edd.: Titii. — <sup>14</sup> Inst. III, 26, 4. — <sup>15</sup> Inst. III, 26, 5. — <sup>16</sup> Krüger add. ut ad fidem Dig. et Theoph.: omm. Codd. omnes. — <sup>17</sup> credideris Codd. 2, 3, 11, 14 (10) T. etc.: crederes: Dig. Cod. 1 et edd. — <sup>18</sup> Inst. III, 26, 11. — <sup>19</sup> cuilibet. omm. Dig. Theoph. Codd. 1, 3, (8) etc. Krü. Hu.; cuiquam (teste Schradero) Cod. 2. — <sup>20</sup> Codd. 1, 27, T. Krü. Hu. add. aut. — <sup>21</sup> seipsum Cod. d. semetipsum rell. et edd. — <sup>22</sup> Inst. III, 26, 12. — <sup>23</sup> Adde fieri. — <sup>24</sup> Cfr. Inst. IV, 1, Pr. — <sup>25</sup> Inst. IV, 1, 1. — <sup>26</sup> Schrader et Codd. nonnulli: contractatio. — <sup>27</sup> Inst. eius poss. — <sup>28</sup> Inst. IV, 1, 2. — <sup>29</sup> quo... appellant.; Inst. qui (quod vel quo)... appellant

lege naturali prohibitum estmittere. Furtum <sup>28</sup> autem Unde dicatur. vel a furvo id est nigro dictum est, quod clam et obscure fit et plerumque nocte, vel a fraude, vel a ferendo, id est auferendo, vel a greco sermone, quo <sup>29</sup> phoras <sup>30</sup> appellant fures. Qui <sup>31</sup> res alienas rapit, tene- De rapina. tur quidem <sup>32</sup> furti. Quis enim magis alienam rem invito domino contrectat, <sup>33</sup> quam qui vi rapit? Ideoque recte dictum est eum improbum furem esse. Sed tamen propriam actionem eius delicti nomine pretor introduxit, quae appellatur vi honorum raptorum et est intra annum quadrupli, post annum simpli. Dampni <sup>34</sup> iniuriae actio De dampno. constituitur <sup>35</sup>, ut si quis hominem alienum alienamve vel <sup>36</sup> quadrupedem iniuria occiderit, quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, <sup>37</sup> tantum domino dare dampnetur. Quadrupedes <sup>38</sup> autem intelliguntur ut equi, muli, asini, boves, oves, caprae: non enim de canibus neque de feris bestiis cautum esse intelligimus. Iniuria <sup>39</sup> autem occidere intelligitur qui nullo iure occidit: itaque <sup>40</sup> qui latronem occidit, vel casu, non tenetur actione. Genera- De iniuria. liter <sup>41</sup> iniuria dicitur omne quod non iure fit. Specialiter alias contumelia, quae a contempnendo dicta est, alias culpa, alias iniquitas et iniusticia. Cum enim pretor vel iudex non iure contra quem pronunciat, iniuriam accepisse dicitur. Iniuria <sup>42</sup> autem committitur non solum f. 94. l. cum quis pugno utputa <sup>43</sup> aut fustibus cesus, vel etiam verberatus erit, sed etiam si cui convitium factum fuerit <sup>44</sup>, aliisque pluribus modis iniuriam fieri manifestum est.

### XXV. De actionibus.

Actio <sup>45</sup> nichil aliud est quam ius persequendi iudicio <sup>46</sup> Quid sit actio. quod sibi debetur, non <sup>47</sup> sua sed iudicis auctoritate. Omnium autem <sup>48</sup> actionum, quibus inter aliquos apud iudices arbitrosve de quacumque re quaeritur, summa divisio in duo genera dividitur <sup>49</sup>. Aut enim in rem sunt aut in personam. Nam unusquisque agit aut cum eo, Duo genera actionum. qui <sup>50</sup> obligatus est <sup>51</sup> ex contractu, vel ex quasi <sup>52</sup>, vel ex maleficio vel ex quasi, (Actiones <sup>53</sup> in personam Que sit actio in personam.

(appellatur vel appellantur). — <sup>30</sup> phoras: φῶρας Codd. quamplurimi: foras: Codd. 1, 27, 28, T. — <sup>31</sup> Inst. IV, 2, Pr. — <sup>32</sup> Inst. add. etiam: omm. tamen Codd. 13, 28. — <sup>33</sup> Schrader: contractat. — <sup>34</sup> Inst. IV, 3, Pr. — <sup>35</sup> Inst. add. per lege Aquiliam, cuius primo capite cautum est. — <sup>36</sup> vel: delendum. — <sup>37</sup> fuerit: Codd. quamplur. Schrader: fuit: Codd. 1, 4, 6 (10) T. Krü. Hu. — <sup>38</sup> Quadrupedes... intelligimus: Cfr. Inst. IV, 3, 1. — <sup>39</sup> Inst. IV, 3, 2. — <sup>40</sup> Cfr. Inst. IV, 3, 2-3. — <sup>41</sup> Inst. IV, 4, Pr. — <sup>42</sup> Inst. IV, 4, 1. — <sup>43</sup> Inst. puta: utputa codd. perpauci. — <sup>44</sup> Inst.: et denique aliis pl. mo. admitti iniuriam, etc. — <sup>45</sup> Inst. IV, 6, Pr. — <sup>46</sup> iudicio: Dig. edd. et codd. nonnulli: in iudicio rell. — <sup>47</sup> non sua... auctoritate: glossa. — <sup>48</sup> Inst. IV, 6, 1: autem: Codd. 4 (14) b, T.: om. rell. et edd. — <sup>49</sup> dividitur: Codd. perpauci: deducitur rell. et edd. — <sup>50</sup> Inst. add. ei: omm. tamen codd. 11, 11 a, 20, 24. — <sup>51</sup> Inst. add. vel. — <sup>52</sup> vel ex quasi... vel ex quasi: additam. extat etiam in Codd. 13, T. (omissis tamen v. ex... ex). — <sup>53</sup> Actiones... facere oportere: Cfr. Inst. IV, 6, 1.

sunt per quas actor intendit adversarium ei dare aut facere oportere <sup>1</sup>, aut <sup>2</sup> in dando tantum, aut <sup>3</sup> in condictione nomine mutui, aut in faciendo tantum, sicut cum agitur ad interesse, et aliis quibusdam modis.) aut cum eo agit, qui nullo iure ei obligatus est. Actiones <sup>4</sup> in rem sunt cum movet actor alicui de aliqua re controversia, veluti si rem corporalem possideat quis, quam Ticius suam esse affirmet, et possessor dominum se esse dicat. Nam si Ticius suam esse contendat <sup>5</sup>, in rem actio est. Possessio <sup>6</sup> enim parit actionem in rem adversario, sicut obligatio in personam. Omnis enim actio nascitur vel ex obligatione, et tantum est in personam, vel ex possessione, et tantum est in rem. Appellamus <sup>7</sup> autem in rem quidem actiones venditiones <sup>8</sup>, in personam vero actiones, scilicet <sup>9</sup> eas, quibus dare facere oportere intenditur, condictiones. Condicere enim est denunciare prisca lingua. Nunc vero abusive dicimus condictionem actionem in personam esse, qua actor intendit dari sibi oportere. Alia <sup>10</sup> divisio est quod quaedam actiones rei persequendae comparatae sunt gratia <sup>11</sup>, quaedam penae persequendae, quaedam mixtae sunt. Rei <sup>12</sup> persequendae causa comparatae sunt omnes in rem actiones; penae <sup>13</sup> persequendae causa, cum poenam <sup>14</sup> tantum persequitur quis actione furti. Sive enim manifesti agatur quadrupli, sive nec manifesti dupli cum <sup>15</sup> de sola poena agitur. Mixtam <sup>16</sup> autem causam quaedam actiones optinere videntur, tam in rem quam in personam, qualis est familiae herciscundae actio, quae competit <sup>17</sup> heredibus <sup>18</sup> de dividenda hereditate. Item communi dividendo, quae inter eos redditur, inter quos aliquid commune est, ut id dividatur. Item finium regundorum, quae inter eos agitur, qui confines agros habent. In quibus tribus iudiciis permittitur iudici item <sup>19</sup> alicui ex litigatoribus ex bono et aequo adiudicare, et si unius pars pergravari <sup>20</sup> videbitur, eum invicem certa pecunia alteri condemnare. Omnes <sup>21</sup> autem actiones vel in simplum vel in duplum vel in triplum vel in quadruplum condemnantur <sup>22</sup>. Ulterius enim nulla actio extenditur. In <sup>23</sup>

Que in rem.

Tribus modis actiones comparari.

Quid sit familiae herciscundae. Quid communi dividendo.

Quid finium regundorum.

Quot modis condemnantur actiones.

simplum agitur veluti ex stipulatione, et mutui datione, ex empto vendito, locato conducto, mandato, et <sup>24</sup> aliis quampluribus causis. In <sup>25</sup> duplum agimus, veluti furti nec manifesti, dampni iniuriae <sup>26</sup>, depositi <sup>27</sup> et legati, quod venerabilibus locis relictum est. In <sup>28</sup> triplum <sup>29</sup> cum quidam maiorem verae estimationis quantitatem in libello conventionis inseruit, ut ex hac causa viatores, id est executores litium, maiorem summam reportarent <sup>30</sup>. In <sup>31</sup> quadruplum <sup>32</sup>: veluti furti manifesti et de eo quod metus causa factum sit, et de <sup>33</sup> his executoribus litium, qui contra institutiones legum <sup>34</sup> a reis quicquam exegerint. Actionum <sup>35</sup> autem quaedam bonae fidei sunt, quaedam stricti iuris. Bonae fidei sunt ex empto vendito, locato conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, pro socio, tutelae, commodati et huiusmodi <sup>36</sup>. Stricti <sup>37</sup> iuris sunt ut in iudiciis. Curare <sup>38</sup> enim <sup>39</sup> debet iudex, ut omnimodo, quantum ei possibile sit, certae pecuniae vel rei sententiam ferat, etiam si de incerta quantitate apud eum actum est.

In duobus contineri actiones. Quid bonae fidei actio sit.

Quid stricti iuris.

### XXVI. De noxalibus actionibus.

Noxales <sup>40</sup> actiones sunt ex maleficiis servorum, si furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut dampnum dererint, aut iniuriam commiserint. De quibus <sup>41</sup> domino <sup>42</sup> permittitur aut litis estimationem sufferre, aut hominem noxae dedere. Noxa <sup>43</sup> autem est caput <sup>44</sup>, quod nocuit, id est servus. Noxia: ipsum maleficium, veluti furtum, dampnum, rapina, iniuria. Dominus <sup>45</sup> noxali iudicio servi sui nomine conventus, servum actori noxae dedendo liberatur. Namque <sup>46</sup> erat iniquum nequitiam eorum ultra eorum <sup>47</sup> corpora dominis dampnosam esse. Sunt <sup>48</sup> autem constitutae noxales actiones aut legibus aut edicto pretoris. Legibus: veluti furti nec manifesti <sup>49</sup>, dampni iniuriae <sup>50</sup>. Edicto pretoris: veluti iniuriarum et vi bonorum raptorum. Omnis <sup>51</sup> autem noxalis actio caput sequitur. Nam si servus tuus noxiam commiserit, quamdiu in <sup>52</sup> potestate sit <sup>53</sup>, tecum est actio. Sin autem <sup>54</sup> in alterius potestatem pervenerit, cum illo incipit actio

Unde noxales actiones.

Quid sit noxa.

Quid noxia.

Duobus modis constitui noxales actiones.

f. 95. a.

<sup>1</sup> Gai. Theoph. Schr. Hu. et Codd. nonnulli dare facere o.: Codd. l, b. Krü. dare aut dare facere op.: d. vel. f. o.; d. o. aut f. etc. Codd. perpauci: d. aut. f. o. rell. — <sup>2</sup> aut in dando tantum... ad interesse: glossa. — <sup>3</sup> lege: ut. — <sup>4</sup> Cfr. Inst. IV, 6, 1. — <sup>5</sup> Inst. intendat. — <sup>6</sup> Possessio... est in rem: Glossa ex Dig. — <sup>7</sup> Inst. IV, 6, 15. — <sup>8</sup> lege: vindicationes. — <sup>9</sup> scilicet T. et alii Codd. perpauci: om. rell. — <sup>10</sup> Inst. IV, 6, 16: sequens illa (alia) divisio etc. — <sup>11</sup> Inst.: gratia comp. sunt. — <sup>12</sup> Inst. IV, 6, 17. — <sup>13</sup> Penae... causa cum: addit. — <sup>14</sup> Inst. IV, 6, 18: Paenam etc. — <sup>15</sup> cum: delendum. — <sup>16</sup> Inst. IV, 6, 20: Quaedam act. mi. ca. optinere etc. — <sup>17</sup> lege: competit. — <sup>18</sup> Inst. coheredibus. — <sup>19</sup> lege: rem. — <sup>20</sup> pergravari Krü. Hu.: pergravare Schrader et codd. dett. nonnulli. — <sup>21</sup> Inst. IV, 6, 21. — <sup>22</sup> condemnantur: Inst. concepta sunt. — <sup>23</sup> Inst. IV, 6, 22. — <sup>24</sup> Inst. add. denique: om. Theoph. — <sup>25</sup> Inst. IV, 6, 23. — <sup>26</sup> Inst. add.: ex lege Aquilia. — <sup>27</sup> Inst. plures adhuc commemorant actiones in duplum conceptas, et postremo addunt: item ex legato, quod etc. — <sup>28</sup> Inst. IV, 6, 24. — <sup>29</sup> In triplum Cod. 13.: Tripli vero Codd. rell. et

add. — <sup>30</sup> reportarent: fortasse ex corruptela ortum: Inst.: sportalium nomine exegerint. — <sup>31</sup> Inst. IV, 6, 25. — <sup>32</sup> In quadr.: Inst.: quadrupli. — <sup>33</sup> Breviator, cum quaedam omisisset, satis inepte add.: et de scilicet ut quae sequuntur cum prioribus coniungeret. — <sup>34</sup> instit. legum: Inst. nostrae constitutionis normam. — <sup>35</sup> Inst. IV, 6, 28. — <sup>36</sup> et huiusmodi: add. Breviator, cum plura omis. — <sup>37</sup> stricti... iudiciis: addit. — <sup>38</sup> Inst. IV, 6, 32. — <sup>39</sup> enim: Inst. autem. Breviator autem hanc periodum perperam refert ad actiones stricti iuris. — <sup>40</sup> Cfr. Inst. IV, 8, Pr. — <sup>41</sup> Inst.: noxales actiones proditae sunt, quibus etc. — <sup>42</sup> Inst. add.: damnato. — <sup>43</sup> Inst. IV, 8, 1. — <sup>44</sup> caput: Inst. corpus. — <sup>45</sup> Inst. IV, 8, 3. — <sup>46</sup> Inst. IV, 8, 2. — <sup>47</sup> eorum: Inst. ipsorum. — <sup>48</sup> Inst. IV, 8, 4. — <sup>49</sup> nec manifesti Codd. 8, 15 b.: om. rell.: glossa similis Accursianae, ut animadvertit Schrader. Inst. add. lege XII Tabularum. — <sup>50</sup> Inst. add. lege Aquilia. — <sup>51</sup> Inst. IV, 8, 5. — <sup>52</sup> Inst. add. tua: om. Cod. 22. — <sup>53</sup> sit: Codd. tantum non omnes: Krü. Hu.; est Codd. 13, f. Theoph. Gai. Schrader. — <sup>54</sup> sin autem T.: si autem 6, 8 (7): si (om. autem) rell.



esse. At <sup>1</sup> si manumissus fuerit, directo ipse tenetur, et extinguitur noxae deditio.

**XXVII. De dampno animalium.**

Pauperies est dampnum quod fit ab animalibus.

Pauperies <sup>2</sup> est dampnum sine iniuria facientis datum. Neque <sup>3</sup> enim potest animal iniuriam fecisse dici, quod sensu caret. Animalium <sup>4</sup> nomine, quae ratione careant, si quidem lascivia aut fervore aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio <sup>5</sup> prodita est. Quae animalia si noxae dedantur, proficiunt reo ad liberationem, ut puta <sup>6</sup> si equus calcitrosus calce percusserit, aut bos percutere cornu <sup>7</sup> solitus aliquem leserit. Haec autem actio in his, quae contra naturam mansuetam moventur, locum habet. Caeterum, si naturalis sit feritas, cessat. Denique si ursus fugit a domino et sic nocuit, non potest quondam dominus conveniri, quia desinit dominus esse, ubi fera evasit.

**XXVIII. De interdictis.**

Tria genera interdictorum.

Interdictum <sup>8</sup> est forma vel exceptio verborum, qua pretor aut iubebat aliquid fieri, aut <sup>9</sup> prohibebat. Quod tunc maxime fiebat <sup>10</sup>, cum de possessione aut quasipossessione inter aliquos contendebatur. Interdictorum <sup>11</sup> autem aliud est prohibitorium, quo vetatur aliquid fieri, aliud restitutorium, quo restitui aliquid iubetur, aliud exhibitorium, per quod exhiberi aliquid iubetur. Exhibere <sup>12</sup> est rem in publicum deferre, ut ei qui agit sit copia experiendi. Interdicta tamen proprie dicuntur ea, quae prohibitoria sunt, quia interdicere est denunciare et prohibere. Restitutoria autem et exhibitoria proprie decreta vocantur. Interdicta <sup>13</sup> autem quaedam adipscendae possessionis causa comparata sunt, quaedam retinendae, quaedam recuperandae <sup>14</sup>.

<sup>1</sup> esse. At... *Theoph. et Codd. dett. nonnulli*: esse, aut *rell. et edd.* — <sup>2</sup> *Inst.* IV, 9, Pr. — <sup>3</sup> *Inst. nec.* — <sup>4</sup> *Haec, quae in initio tituli sunt, Breviator postposuit.* — <sup>5</sup> *Inst. add. lege duod. tabularum.* — <sup>6</sup> ut puta *Codd. tantum non omnes*: puta *Codd. 1, AA, et edd.* — <sup>7</sup> *Inst. cornu petere.* — <sup>8</sup> *Cfr. Inst.* IV, 15, Pr. (Erant autem interdicta formae atque conceptiones verborum, quibus etc.). — <sup>9</sup> *Inst. add. fieri: omm. Codd. dett. perpauca.* — <sup>10</sup> fiebat: *codd. 13, 17, 21 et alii nonnulli*: faciebat *rell. et edd.* — <sup>11</sup> *Cfr. Inst.* IV, 15, 1. — <sup>12</sup> exhibere... experiendi: *glossa ex Dig. X, 4, 2.* (Exhibere est facere in publico potestatem, ut ei qui agit experiendi sit copia). — <sup>13</sup> *Cfr. Inst.* IV, 15, 2. — <sup>14</sup> *Inst.*: recipiendae. — <sup>15</sup> *Gl. Vat. Inst.* I, 2, 1. ius civile... confirmavit. — <sup>16</sup> *Cfr. infra adn. 4.* — <sup>17</sup> *Cfr. Inst.* I, 2, 4: *Epit. Ex. Add. I, 11: App. P. I. 93.* — <sup>18</sup> *Abbrev. II (Inst. I, 2, 4): Ep. Ex. l. c.* (id est constitutum firmabat): *Cod. Taurin. D. III, 13 f. 3 gl. ad. Inst. I, 2, 4* (id est statutum a consule firmabat). — <sup>19</sup> *Abbrev. l. c.*: *Cfr. Cod. Taur. D. v. 19. gl. Boll. 13 et 14.* — <sup>20</sup> *Cod. Vercollens. Iuliani* (sec. X-XI) f. 5v: Lex est sive ad legendo sive ab eligendo: *Hugo in Cod. Vindob. 2142* (apud d'Ablaing, *Rechtsgel. Magaz. 7, 303 et Conrat, Gesch. der Quellen, 1, 86, n. 7*): *Glossar. Sal. s. v. lex.*: *Isid. Etym. V, 3...* nam lex a legendo vocata,

**DE VERBIS QUIBUSDAM LEGALIBUS**

1. Ius civile duobus modis dicitur, vel quod ipsa civitas constituit, <sup>15</sup> vel quod auctoritate sua confirmavit. <sup>16</sup> 2. Lex <sup>17</sup> est quod populus Romanus, senatorio magistratu disponente, cum consulibus constituerebat, vel <sup>18</sup> constitutum confirmabat. Ex <sup>19</sup> senatoribus enim duos consules singulis annis senatus constituerebat, qui consensu populi leges et iura decernebant. Lex <sup>20</sup> a legendo dicta, vel ab electione. Lex <sup>21</sup> autem aut rogatur, aut derogatur, aut subrogatur, aut abrogatur, aut obrogatur. Rogatur cum profertur. Derogatur, cum una pars ei detrahitur. Subrogatur, cum alia additur. Abrogatur cum aufertur. Obrogatur cum una addicitur, alia distrahitur. Lex <sup>22</sup> est commune preceptum, virorum prudentium consultum, delictorum, quae sponte vel ignorantia contrahuntur, coercitio, communis reipublicae sponsio. 3. Negocium <sup>23</sup> est ante controversiam motam. Causa est postquam controversia movetur. 4. Lis <sup>24</sup> est postquam iudex per narrationem audire cepit. Litis contestatio est cum per narrationem negotii iudex causam audire ceperit, apposita parte adversarii. 5. Decisio <sup>25</sup> est sententia altercationem litigantium dividens. 6. Sententia <sup>26</sup> est firma et indubitata responsio. 7. Allegatio <sup>27</sup> est rationis expositio, qua actor vel reus suam causam confirmat in iudicio. 8. Omnis actio <sup>28</sup> nascitur vel ex obligatione et tunc est in personam, vel ex possessione et tunc est in rem. Possessio enim parit actionem in rem adversario, sicut obligatio in personam. 9. Sanctiones <sup>29</sup> dictae sunt, quae poenam sanctiunt. 10. Contractus <sup>30</sup> est consensus duorum in idem per verba expressus. 11. Pactum <sup>31</sup> est duorum vel plurium in idem consensus. Pactum <sup>32</sup> dicitur inter partes ex pace conveniens scriptura,

quia scripta est: *Cod. Vat. Reg. 1023*; Lex dicitur a legendo, quia scripta est: *Hugucc. s. v. lex.* — <sup>21</sup> *Cfr. Ulpian. I, 3: Gloss. ad compilat. I: Ioan. Favent.: Hugucc.: Hugo, (apud Conrat, l. c.). Cfr. etiam Savigny, Gesch. des röm. R. III, 507; Conrat, Epit. Ex. CLXXXIX.* — <sup>22</sup> *Dig. I, 3, 1.: Fr. Prag. II, 49: Epit. Ex. VIII, 8; Add. I, 11: Cod. Taur. D. III, 13, f. 3. gl. ad. Inst. I, 2.* — <sup>23</sup> *Gl. Boll. 130: R. 119.* — <sup>24</sup> *Cod. 3, 1, 14 § 1; 3, 9, 1. un. Cfr. Gl. Boll. 130: R. 119.* — <sup>25</sup> *Gl. Boll. 33: Ep. Ex. Add. I, 21: Cfr. V. leg. 21: decisio dicitur quae propter aliquam litem decidendam fit: R. 32.* — <sup>26</sup> *Theoph. I, 2, 8: V. leg. 32: App. P. I, 98: F. 41: Gl. Boll. 17: Epit. Ex. Add. I, 15: Glossar. Is. Sal.: R. 121: Gl. Vat. Inst. I, 2, 8: Gl. Vat. Brach. 5: Lib. iur. flor. I, 8: Cod. Vat. 3831: Cfr. Fitting in Zeitschr. für Rechtsgesch. XII, 300: Conrat, Ep. Ex. CLXXXV.* — <sup>27</sup> *Cfr. Ep. Ex. V, 2: Hugucc.: V. leg. 2: R. 25.* — <sup>28</sup> *Cfr. Inst. IV, 6 § 1: Dig. XLIV, 7, 25 Pr.: H. I, 2-3: R. 22: Coll. Tub. 142, Coll. Gr. 61, Coll. Prag. 270: In rem actio non procedit ex aliqua obligatione, sed actiones in personam omnes ex obligatione procedunt.* — <sup>29</sup> *Cfr. Dig. 49, 19, 41: Inst. II, 1 § 10: V. leg. 21: Ep. Ex. VIII, 50: R. 32.* — <sup>30</sup> *Theoph. III, 13, § 2: Gl. Taur. 349: Gl. Col. 85: R. 21: V. leg. 6: Ep. Ex. VII, 1. Cfr. Fitting in Zeitschr. f. R. G. XII, 300: Conrat, Ep. Ex. CLXXII.* — <sup>31</sup> *Dig. 2, 14, 1 § 2: V. leg. 9: Lib. iur. flor. IV, 1, 2.* — <sup>32</sup> *Isid. Etym. V, 24, 18-19.*

Quod ius civile duobus modis dicitur.

Quid lex.

Quid negocium.

Quid lis.

Quid decisio.

Quid sententia.

Quid allegatio.

Quid sanctiones.

Quid contractus.

Quid pactum.

moribus et legibus comprobata. Et dictum pactum ex pace factum, ab eo quod est "pango", unde et pepigit fedus, id est pacem vel amicitiam spondit. Placitum quoque nolentes compellit, veluti ut quisque paratus sit in iudicium ad respondendum, quod nemo potest dicere pactum sed placitum. 12. Alienatio<sup>1</sup> est omnis actus, per quem dominium transfertur. 13. Stipulatio<sup>2</sup> est verborum conceptio ex quibus is, qui interrogatur, daturum vel facturum quod interrogatus est promittit. 14. Usucapio<sup>3</sup> est acquisitio domini per continuationem longae possessionis, vel alienae rei bona fide possessae per longum continuatio. Item. Usucapio est acquisitio domini per continuationem possessionis temporis lege definiti. In digestis usucapio large accipitur, id est pro usucapere et pro prescriptione. In institutis striete accipitur, usucapio in rebus mobilibus, praescriptio in rebus immobilibus. Usucapio<sup>4</sup> non interruptitur litis contestatione, quanquam usucapienti non prosit; non enim minus condempnatur. 15. Inficiatio<sup>5</sup> est rei debitae negatio. 16. Delator<sup>6</sup> est qui rem ad se non pertinentem defert ad publicam notionem. 17. Liber<sup>7</sup> Pandectarum seu digestorum dicitur, quia ibi tota legum scientia continentur. Pan enim totum, decten doctrina dicitur. Inde pandecta, id est totius doctrinae iuris consultorum scientia. Digesta dicuntur quia diversorum iurisconsultorum gesta ibi continentur, vel quia ibi digeritur, id est dividitur et partitur, tota legum noticia. 18. Tres sunt<sup>8</sup> animi motus: memoria preteritorum, scientia presentium, providentia futurorum. 19. Tribus<sup>9</sup> modis res extinguuntur: accessione, rei interitione, assidua permutatione, sicut in nummis. 20. Tria<sup>10</sup> sunt quae homines habent, civitatem, libertatem, familiam, et si quid horum

amiserint capitis diminutionem patiuntur. 21. Iustae causae<sup>11</sup> manumittendi sunt haec: si turpiter pupillus vixerit, si vitae patris insidiatus fuerit, si manus impias in patrem iniecerit. 22. Calumnia<sup>12</sup> est iurgium alienae litis a callendo, id est decipiendo dicta. 23. Crimen<sup>13</sup> multis modis accipitur, tum pro maleficio, tum pro accusatione, tum pro ipso iudicio. 24. Capitalia<sup>14</sup> generaliter dicuntur, quae quoquo modo caput de civitate eximunt. 25. Exceptio<sup>15</sup> est auxilium contra leges inventum, iure civili invalidum, naturali vero ratione virtutem habens. 26. Exhibere<sup>16</sup> est rem in publicum deferre, ut ei qui agit sit copia experiendi. 27. Exilium<sup>17</sup> est biennii, relegatio quin-quennii, deportatio in perpetuum. 28. Album<sup>18</sup> pretoris erat scriptum, in quo omnia seriatim erant scripta, deposita, et census redditiones. 29. Pretor<sup>19</sup> dicitur qui praeitor. 30. Obsequium<sup>20</sup> est quod naturaliter debetur ut patrono a liberto. 31. Officium<sup>21</sup> est quod homo debet homini ex ingenita benivolentia. 32. Fama<sup>22</sup> sive estimatio est dignitas quaedam a natura tributa, legibus et moribus comprobata, nec in aliquo diminuta, cuius merito quis potest quod homini concessum est. 33. Mutuum<sup>23</sup> est quod ex meo fit tuum in illis rebus, quae consistunt in quantitate, id est pondere, numero et mensura, recepturus tantumdem eiusdem naturae et bonitatis: pondere sicut in pecunia numerata: mensura sicut in vino, oleo et similibus. 34. Mysterium illud dicitur, in quo aliud agitur et aliud intelligitur, ut in sacrificio: ministerium, in quo nihil quam quod agitur. 35. Vindicta<sup>24</sup> genus est manumissionis, quae datur propter egregium factum, a vindice servo vitelli dicta, qui detexit proditionem filiorum superbi Tarquinii. 36. Stipendiaria<sup>25</sup> praedia dicta sunt militum stipendiis addicta, a stipe dicta, id est aere

Que sint iustae causae manumittendi.

\*Tria genera exiliorum.

In tribus mutuum constat.

Quid inter mysterium et ministerium.



legendum est enim « emancipandi » pro eo quod est « manumittendi ». — <sup>12</sup> *Isid. Etym.* 5, 26, 8: *Ep. Ex. Add.* 1, 4: *Glossar. Sal. Ab.* <sup>13</sup> *Ep. Ex. Add.* 1, 35. *Cod. Taur.* D. V. 19, f. 98 b: Crimen dicitur ipsum maleficio, sive delictum, quod ex animo fit, et accusatio criminum et ipsum iudicium. *Cfr. Gl. Vat. Inst. et Accurs. Gl. ad. Inst.* I, 26 *Pr.*: suspecti crimen, id est huius criminis accusationem... — <sup>14</sup> *Dig.* 48, 1, 2: *Ep. Ex.* VII, 12. — <sup>15</sup> *Cfr. Inst.* IV, 13. *Pr.*: *Theoph.*: *Brachyl.* 4, 29, 1: *Conrat. Ep. Ex.* CLXII. — <sup>16</sup> *Dig.* 10 4, 2: *Abb.* XXVIII: *App. P.* I, 66: *V. leg.* 7: *Ep. Ex.* V, 8: *F.* 44. — <sup>17</sup> *Dig.* 48, 22, 7 § 2: 18: *R.* 123; *Gl. Boll.* 85: *De sign. verb. leg.* (f. 85 col. 3): *Gl. Prag.* 103 *ad Petri Except.* I, 53: *App.* I, 18. *Cfr. Fitting ad h. l.* — <sup>18-19</sup> *Pro eo quod est omnia legendum est nomina. Cfr. Glossar. Sal. Leid.* 191 (1). *Pap.* — <sup>20</sup> *Cfr. R.* 126. — <sup>21</sup> *Cfr. infra* 64: *R.* 126. — <sup>22</sup> *Cod. Taur.* D. V. 19 f. 98 b. Caput est dignitas a natura tributa, qua quis potest quod homini concessum est, nec legibus nec moribus imminuta. — <sup>23</sup> *Inst.* III, 14, *Pr.*: *Ep. Ex. Add.* I, 55. — <sup>24</sup> *Dig.* I, 2, 2 § 24. *Theoph.* I, 5 (*ed. Ferrini p.* 25): *Gl. Boll.* 40: *Cod. Taur.* D. III, 13. *Gl. ad Inst.* I, 5 (vindicta)... a vindice servo vitelliorum, qui proditionem filiorum bruti romanis patefecit...: *Gl. Accurs. vindicta ad. Inst.* I, 5: *Ep. Ex.* II, 15 *et Conrat ad. h. l.* — <sup>25</sup> *Gl. Accurs. ad Inst.* II, 1 § 40: stipendiaria, scilicet quae militibus pro stipendiis dantur... *Cfr. etiam Theoph. et Gl. Taur.* 92: stipendiaria praedia appellantur. quae ad stipem, hoc est ad victum pauperum proficiebant....

<sup>1</sup> *Ep. Ex. Add.* I, 42, *om. tamen v. omnis.*: *Gl. Boll.* 231 *perperam de traditione*: traditio est omnis actus per quem transfertur dominium. — <sup>2</sup> *Dig.* 45, 1, 5 § 1: *H. IV.* 38: *Ep. Ex.* VII, 4. — <sup>3</sup> *Dig.* 41, 3, 3: *V. leg.* 10: *R.* 9: *App. P.* 31: *Ep. Ex.* VI, 76: *Add.* I, 41: *Coll. Prag.* 276: *Coll. Gr.* 81. — <sup>4</sup> *Cfr. ex. gratia Arndts, Pandekten*, § 163. *Anm.* 2. — <sup>5</sup> *Isid. Etym.* V, 26, 21: *Ep. Ex.* v, 17: *Glossar. Leid.* 191 (1) *v. inficior*: *Glossar. Pap. Sal. v. enfiteari.* — <sup>6</sup> *R.* 54, *De sign. verb. leg.* (f. 84 col. 4): Delator est qui publicat aliena negotia. — <sup>7</sup> *Cod. Taur.* D. III, 13, f. 2. *Gl. ad Inst. Proe. marg. adscripta*: Pandecte dicuntur in quibus tota legum doctrina continetur: pan enim grece latine totum: decten grece latine doctrina: inde pandecte dicuntur ille, in quibus tota legitima doctrina continetur: *Ibid. gl. interl. langobardico litterarum ductu*: pan id est totum: decta id est scientia vel doctrina: *Cod. Taur.* D. V. 19. *glossae interl. ad Inst. Pr.*: (*digesta*) ex diversis in unum gesta: (*pandectarum*) pan totum: decten doctrina: *Ep. Ex. Add.* I, 5: *Seb. Brant, Exposit. titul. leg. apud Stintzing, Gesch. der popul. Liter.* p. 456-57. — <sup>8</sup> *Ep. Ex. Add.* I, 3: *Gl. Accurs.* « providentia » *ad Inst. Pr.* § 1. — <sup>9</sup> *Gl. Taur.* 74: *Ep. Ex. Add.* I, 38. *Cod. Taur.* D. V, 19 f. 97 v: Tribus modis res extinguuntur: rei interitu ut domus exusta: assidua permutatione, ut pecunia numerata: aut per specificationem. — <sup>10</sup> *Dig.* 4, 5, 11. *Gl. Boll.* 106: *Gl. vat. Inst.* I, 16: *Ep. Ex. Add.* I, 28. — <sup>11</sup> *Est, ni fallor, glossa ad Inst.* I, 11, § 3 (vel vivus sine iusta causae eum manciperit):



modico, quod singillatim a singulis colligebatur ad opus stipendiorum militum. 37. Edificia <sup>1</sup> appellantur urbana predia. 38. Testamentum <sup>2</sup> est nostrae voluntatis iusta sententia de eo, quod quis post mortem sua facere vellet. Voluntas <sup>3</sup> testatoris alia in scriptis insinuat, alia memoriae testium mandatur. Ideoque duobus modis dicitur fieri testamentum: in scriptis, sine scriptura: si utrumque legitime factum est parem vim habet. Postea <sup>4</sup> omnes testes ante iudicem erunt, ibique quod attestatione audierint dicant et quod dixerint iurent. Septem <sup>5</sup> legitimi testes erunt et tabellarius, qui nomina heredum et dignitates eorum et indicia exprimat et ex quot unciis quemque instituat et quid cuique legatario vel fideicommissario relinquatur, quae omnia tabellarius coram testibus scribere debet, ut et testes subscribantur, et signacula tam testium quam tabellarii <sup>6</sup> sequantur. Sed ubi tabellarius non invenitur, octavus testis adhibebitur, per quem effectum capiat quod tabellario fuerat permissum. 39. Populus <sup>7</sup> est collectio multorum ad iure vivendum, quae nisi iure vivat, non est populus. 40. Cuius <sup>8</sup> iuris est res principalis, eiusdem sunt accessiones. 41. Legatum <sup>9</sup> est deliberatio hereditatis, qua testator ex eo, quod universum foret heredi, alicui quid collatum velit. 42. Delegare <sup>10</sup> est alium pro se debitorem constituere. 43. Peculium <sup>11</sup> est substantia personarum in potestate constitutarum, dictum peculium a pecudibus. 44. Hereditas <sup>12</sup> est quod invenitur in bonis defuncti, abducto aere alieno, impensis funeris, et precio manumissorum servorum, et debitis creditorum. 45. Hostes <sup>13</sup> sunt quibus populus R. bellum publice decrevit: caeteri vero predones aut latrones dicuntur. 46. Dediticii <sup>14</sup> sunt qui in vita sua erant servi, in morte liberi. 47. Tullius in libro de officiis. <sup>15</sup> Non est celare quia reticeas, sed quod tu scias id emolumenti tui causa velis eos, quorum interest, ignorare. 48. Eius nulla est actio cui propter

inopiam adversarii nulla actio stare potest. 49. Assidua frequentatio parit amicitiam. 50. Vulgo <sup>16</sup> conceptus dicitur, qui patrem suum monstrare non potest. 51. Exercitor <sup>17</sup> navis est, ad quem cotidianus usus pertinet navis. 52. Affinitas <sup>18</sup> est regularitas personarum ex nuptiis nobis coniunctarum, omni carens parentela. 53. Incestas <sup>19</sup> nuptias contrahentis poena est confiscatio bonorum omnium, cinguli spoliatio, verberatio, infamia. 54. Servitus <sup>20</sup> alia constituta, alia longo tempore quaesita; alia in voluntate ultima, alia inter vivos; alia necessaria, ut in familia herciscunde, alia voluntaria, quae fit pactio- nibus. 55. Sportula <sup>21</sup> est vile emolumentum, pro suo officio alicui datum. 56. Insula <sup>22</sup> dicta a salo, id est mari, quia ibi proprie dicitur esse. 57. Sica <sup>23</sup> est gladius anceps, in baculo reconditus. 58. Dignitas <sup>24</sup> est alicuius honesta cultu et honore et verecundia digna auctoritas. 59. Amplitudo est potentiae, aut maiestatis, aut aliquarum copiarum magna habundantia. 60. Amicitia est par voluntas alicuius erga aliquem rerum bonarum illius ipsius causa, quem diligit, cum eius pari voluntate. 61. Gloria <sup>25</sup> est frequens fama de aliquo cum laude. 62. Persona est rationabilis creaturae individua substantia. 63. Professio est scientia alicuius, in qua communis plurium assensus et ipse se profitetur prevalere. 64. Officium <sup>26</sup> est actus congruus uniuscuiusque personae secundum mores et instituta civitatis. 65. Ingenium dicitur quasi intus genitum, id est quaedam vis naturalis, qua aliquid cito percipitur. 66. Studium <sup>27</sup> est vehemens applicatio animi ad aliquid percipiendum cum magna voluntate. 67. Commentum est plurium studio vel doctrina in mente habitorum in unum collectio. 68. Natura est vis similia de similibus procreans in genere rerum. Vel secundum physicos, natura est naturalis elementorum complexio. Vel secundum Platonem, natura est ignis artifex quadam via subtili ad res sensibiles et insensi-

Quomodo apud Romanos testamentum fiebat.

Quot personae sunt in testamento.

Quid populus.

Quid legatum.

Quid peculium.

Quid hereditas.

Quid dediticii.

<sup>1</sup> Inst. II, 3, 1. — <sup>2</sup> Dig. 28, 1, 1. Gl. Boll. 336: Cod. vat. pal. 771. Gl. ad Inst. II, 10. — <sup>3</sup> Cfr. Inst. II, 10, 14. Cod. Inst. VI, 23, 21 § 2. VI, 23, 26. — <sup>4</sup> Haec a Cod. Inst. VI, 23, 31 sumpta videntur, ubi de testamentis rusticorum agitur. — <sup>5</sup> Haec procul dubio pertinent ad octavam const. Cod. VI, 22, scilicet ad testamenta caecorum. — <sup>6</sup> Cod. Ms. perperam: tabularum. — <sup>7</sup> Cod. Sess. 110. Gl. ad Inst. I, 2, 1 (civitatis) que est collectio hominum ad iure vivendum: Gl. vat. Inst. I, 2, 1. Populus est multitudo hominum ad iure bene vivendum collecta. Sed si collecta non ad iure vivendum, multitudo quidem est, sed non dicitur populus. — <sup>8</sup> Cfr. gl. Boll. 161. — <sup>9</sup> Dig. 30, 116. Pro « deliberatio » legendum esse « delibatio », pro « heredi » « heredis » vix est ut moneam. — <sup>10</sup> Dig. 46, 2, 11 Pr.: Ep. Ex. V, 3; Add. I, 65: De sign. verb. leg. (f. 84 col. 4). — <sup>11</sup> Except. Petri I, 67: Peculium dicitur substantia personarum in potestate minorum vel parentum constitutarum: Brachyl. 4, 25, 6: Gl. Col. 76. Quod ad etymol. cfr. Isid. V, 25, 5. — <sup>12</sup> Cfr. Inst. II, 22, § 3. — <sup>13</sup> Dig. 49, 15, 24: Ep. Ex. Add. I, 16 in f.: R. 89, 124: Cod. Taur. D. III, 13 f. 3 b.: Gl. Boll. 180. — <sup>14</sup> Cod. Bamb. P. I, 11 f. 54, col. 2.<sup>a</sup>: Cod. Taur. D. v. 19 f. 98 a: Ep. Ex. II, 14; Add. I, 22: Gl. Boll. 32: Accurs. Gl. ad Inst. I, 5, § 3, dedititiorum numero: Fitting, Iur. Schr. p. 15. — <sup>15</sup> Cicer. De off. III, 13 (57):

App. P. I, 80: De sign. verb. leg. (f. 84 col. 4): Fitting, Iur. Schr. p. 35-36. — <sup>16</sup> Cfr. Inst. I, 10 § 12; III, 5, § 4; Gl. Col. 17: Acc. Gl. vulgo ad Inst. III, 10 § 12. — <sup>17</sup> Inst. IV, 7 § 2: Gl. ad excep. P. 342: Ep. Ex. III, 41; Add. I, 70: De sign. verb. leg. (f. 85 col. 2) — <sup>18</sup> R. 1; F. 45: Gl. Boll. 63: Cod. Taur. D. III, 13 f. 6 a; Cod. Sessor. 110 f. 89: Gl. vat. Inst. I, 10, 6: Gl. Col. 16: Accurs. Gl. affinitatis ad Inst. I, 10, 6: Cod. Taur. D. v. 19 f. 96 b.: Cod. vat. 3831: Cod. vat. Pal. 769 f. A. Nota quod affinitas est reg. pers. ex carnali copula proveniens omnis (!) carens parentela: Ep. Ex. Add. I, 23 in f. etc. — <sup>19</sup> Authentica ad Inst. I, 10 § 12 (Schradet p. 781) quam invenimus ex. gr. in codd. Taur. D. III, 13, Taur. D. v. 19 (Gl. Boll. 69 et f. 98 b.), Vat. Pal. 771 etc. — <sup>20</sup> Cfr. ex. gr. Arndts, Pandekten § 188-189. — <sup>21</sup> Cfr. R. 46. — <sup>22</sup> Isid. Etym. XIV, 6, 1. Glossar. Sal.: Gl. Accurs. ad Inst. II, 1, 21 Insula. — <sup>23</sup> Cfr. R. 65. — <sup>24</sup> Cod. Taur. D. III, 13. Gl. ad Inst. I, 16, 5: Dignitas est honesta auctoritas alicuius digna cultu honore et reverentia. — <sup>25</sup> Gl. Vat. Inst. I, 25: Cod. vat. 3831: Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. — <sup>26</sup> Cfr. R. 126. — <sup>27</sup> App. P. I, 86: Cod. Cantabr. O, 7, 40 f. 183 (apud Flach, Études, p. 310): Gloss. vat. Inst. I, 1, 4. Studium est v. an. ap. ad aliquam rem agendam cum magna assiduitate: Glossar. Pap.: Fitting, Iur. Schrif. p. 34.

biles procreandas vadens. 69. Diffinitio<sup>1</sup> est oratio brevis ac lucida, quae id quod diffinit breviter explicat quid sit. 70. Descriptio<sup>2</sup> est qualitatum informatio, veluti florum quorundam depictio. 71. Mors<sup>3</sup> dicta quod sit amara, vel a morsu primi hominis appellatur. 72. Postliminii<sup>4</sup> est ius, secundum quod his, qui in captivitate detenti sunt, res eorum, etiam si longo tempore ab aliis possessae fuerint, restitui iubentur. 73. Suffecti<sup>5</sup> consules dicebantur substituti loco aliorum consulum infra spacium sui consulatus defunctorum, unde in 1.<sup>o</sup> Cod. cum duo consules alter ferro, alter morbo perisset, suffectum consulem negabant posse habere comitia, id est festa novi consulis. 74. Causarum<sup>6</sup> alia dicitur iudicium, alia iusticia, alia negocium, alia iurgium, alia lis. 75. Causa<sup>7</sup> est res, quae habet in se controversiam in dicendo positam cum certarum personarum interpositione. 76. Provincia est quae habet X vel XI civitates et unum regem<sup>8</sup> et totidem minores potestates, et unum metropolitanum et totidem suffraganeos. 77. Territorium<sup>9</sup> est universitas agrorum intra fines uniuscuiusque civitatis constitutorum: quod ab eo quidam dictum aiunt, quod magistratus eiusdem loci intra eos fines terrendi vel summovendi ius habent. 78. Diocesis grece, gubernatio dicitur latine. 79. Cimiterium dicitur quasi cinisterium, eo quod cineres mortuorum ibi sternantur. 80. Ius belli est ubi bellum iure geritur, quod est vel ex edicto, vel quia factae iniuriae ulciscantur. 81. Thomas erat cartula, in qua erant scripta ea, quae ad fidem pertinebant. 82. Emunitas est loci religio. Immunitas est indempnitas. 83. Causa aeclesiastica alia est criminalis, alia spiritualis, alia pecuniaria. Criminalis: ut de aeclesiastico crimine; de qua causa aeclesiasticus iudex semper cognoscit, quisquis a quoquam pulsetur. Spiritualis ut de sacramentis aeclesiae, sicut de decimis, de officiis, de oblationibus et similibus, et hoc idem observatur, quod in priori. Pecuniaria; ut de rebus secularibus, veluti de iumentis et pecoribus, et istud de ea observatur, quod de prioribus duabus. 84. Notarii dicuntur a notis, qui ea, quae in concionibus vel in causis vel episcorum sermonibus dicebantur, notis excipiebant, unde et Gregorius in omel. « Sic excipiatur ut loquimur ». Idem etiam exceptores vocantur. Ponuntur in decretis et pro acolitis, eo quod soliti erant notas facere, id est lectiones terminare.

<sup>1</sup> Cod. vat. 3831: Diffinitio est brevis ac lucida oratio etc. — <sup>2</sup> Cod. vat. 3831: Descriptio tamquam quibusdam coloribus depictio. — <sup>3</sup> Isid. Etym. XI, 2, 31. Cfr. adnot. Arevali. — <sup>4</sup> Cfr. R. 80: Accurs. Gl. postliminii Inst. I, 12, 5. — <sup>5</sup> Prisciani Inst. Cfr. Mommsen in Zeitschr. für Rechtsgesch. 13, 203: Fitting ibid. 299 n. 6: Conrat, Ep. Ex. CXCHL. — <sup>6</sup> Cfr. supra 3: R. 117, 119. — <sup>7</sup> Cfr. supra 3, 74. — <sup>8</sup> Fortasse legendum est rectorem. Cfr. Ep. Ex. I, 17..... nam et regna redacta erant in provincias, quarum rectores dicebantur presides. — <sup>9</sup> Dig. 50, 16, 239 § 8: Cod. vat. 1026 sec. XIII in. (Collectio canon. cardinalis Gregorii) f. ultimo: Quid sit territorium. Territ. etc.: Ep. Ex. VI, 1: R. 8.

EXCERPTA CODICIS VATICANI REG. 435

1. Affinitas est personarum regularitas nulla parentela coniunctarum: sic enim coniunguntur parentes mulieris viro et vice versa. 2. Adoptio est quedam gratuita electio, veluti cum naturalem *eligit* sibi quis in filium datum tamen a patre. Arrogatio dicitur eadem electio, que tum fit, cum quis eligit in filium, qui sui iuris est. 3. Manumissio est datio libertatis, cum quis *servum* suum libertate donat. Emancipatio est de manu emissio: proprie tamen fit cum pater filium, quem in potestate habuit, proprii iuris facit. 4. Pupilla dicitur XIII annos habens: adultus a XIII annis usque ad XXV annos. Maior est qui hanc etatem excessit: minor est qui infra XXV annos est. 5. Tutor dicitur qui tuetur pupillum postquam de manu patris emittitur: curator qui eius causam gerit, quem adultum supra diximus: hinc tutela, hinc cura. 6. Paterfamilias dicitur quilibet cuiuslibet etatis, dummodo sui iuris sit. Filius familias est qui alieni iuris est, scilicet patris. 7. Alluvio est latens incrementum. 8. Territorium est alicuius civitatis agrorum universitas. Fundus est alicuius mansio cum accessionibus. Accessio est aliquid adiacens: predium est unus ager. 9. Usucapio est acquisitio domini per continuationem temporis lege diffiniti: veluti, cum quis accipit aliquam rem iusto titulo, non tamen a domino, quia ipse qui rem tradit non facit accipientem dominum, ideo continuatio temporis facit eum dominum. 10. Titulus est possidendi initium, veluti emptio donatio et his similia. 11. Prescriptio est alieni iuris exclusio, veluti, cum aliquam rem inconcusse bona fide pro qua ab alio pulsari posses detines, vel cum de causa ab aliquo pulsari posses, per diuturnum eius silentium securitatem capis: veluti si debitum michi debuisti vel quid michi promisisti, si triennio sileam, amplius interpellare non possum. 12. Testamentum est quasi testatio mentis, id est ultimum elogium, vel ultimus sermo, vel ultima voluntas, qua quis de rebus suis disposuit. Testator est qui facit in fata cedens testamentum. 13. Heres est qui succedit in universum ius, quod defunctus habuit. Hereditas est ius

<sup>1</sup> Cfr. V. 52. — <sup>2</sup> V. leg. 25. Cfr. Ep. Ex. II, 21, *eligit*: Cod. alligat. — <sup>3</sup> V. leg. 25. Cod. filium suum in libertatem donat: V. leg. *omitt.* tamen fit. — <sup>4</sup> V. leg. 23. Cfr. Ep. Ex. II, 22-24. — <sup>5</sup> V. leg. 24. Cfr. Ep. Ex. II, 25: *Fitting, Iur. Schr. p. 42: Conrat, Ep. Ex. CXCH-CXCHL.* — <sup>6</sup> V. leg. 23. Cfr. Ep. Ex. II, 16. — <sup>7</sup> Ep. Ex. VI, 68. *De sign. verb. leg. l. c. A. est latens aquae incr.* — <sup>8</sup> V. leg. 46: Ep. Ex. VI, 1. *De sign. verb. leg. (f. 84 col. 3).* Cfr. V. 77. — <sup>9</sup> V. leg. 10. — <sup>10</sup> V. leg. 3. Cfr. Ep. Ex. VI, 75. — <sup>11</sup> V. leg. 16, *sileam: cod. silens. Perperam, ni fallor, Fitting pro triennio scripsit tricennio; nam auctor excerpti usucapionem rei mobilis cum actionis praescriptione confundit.* — <sup>12</sup> V. leg. 26: Ep. Ex. II, 27. — <sup>13</sup> V. leg. 30. Cfr. Ep. Ex. II, 28.



universitatis. 14. Legatum est quod alicui relinquitur non ut heredi. Legatarius est qui legatum accipit. Legatur autem cum testator dicit: Instituo te heredem, illi hoc relinquo. Relictum illud legatum dicitur. 15. Fideicommissum dicitur relictum illud, quod testator relinquit heredi dicens: Fidei tue committo, ut des illi illud. 16. Lis conflictus in causa dicitur. Contestatio litis est initium utrimque contentionis. 17. Actio est ius perseguendi in iudicio quod sibi debetur. 18. Exceptio est accionis elisio, veluti cum dico te debere X, que promisisti, tu respondes non debere « quia tu michi remisisti ». Dicitur dilatoria exceptio, que differt causam, veluti cum ostendo non debere hoc reddere, vel hoc non tempore: peremptoria est, cum dico me non debere, quia tu remisisti, et dicitur peremptoria, quia non solum differt causam, sed penitus perimit eam. 19. Stipulatio est quedam obligatio de eo quod unus interrogat et alter promittit; veluti cum dico « promittis michi hoc? » tu dicis « promitto », et dicitur stipulatio a stipula. Est proprie stipula imum arboris terre contiguum; hinc itaque alludit vocabulo. Nam, sicut illud firmissimum, quod est ita firmitus debet teneri et valere. 20. Obligatio est iuris vinculum, quo necessitate astringimur alicuius rei solvende, veluti cum ex promissione mea vel alio pacto astringor, ut necessario habeam illud solvere. 21. Contractus est duorum vel plurium in idem consensus, veluti cum nobis complacet consentimus, ut ego tibi aliquid donem vel vendam vel apud te deponam, et dicitur contractus quia simul contrahimus nos, tu precium rei augens, ego vero minuens, et tandem in idem consentimus. 22. Actio alia in rem alia in personam: que in rem est vindicatio dicitur, que in personam condictio appellatur. Et vindicatio est cum vindico rem, id est dico rem meam esse: condictio est cum personam pulso, id est cum dico alicui debitori meo « te oportet dare vel facere » et hic est ordo. Primum contrahimus, cum in venditionem per conditionem convenimus et consentimus, et ex contractu obligamur, ego tibi et tu mihi, et ex obligatione agimus, ut tu mihi et ego tibi faciam quod convenit, et post accionem superest *exactio*, scilicet cum *exigimus* quod nobis per actionem deberi monstravimus. 23. Transactio est cum ex actione contrahimus ad amicabilem compositionem, et dicitur transactio quasi actionis translatio vel transitus. 24. Sententia alia diffinitiva, alia interlocutoria, alia

conventionalis. Diffinitiva dicitur, que totam causam determinat et ponit finem negotio, veluti cum iudex absolvit vel condempnat: interlocutoria dicitur illa, quam iudex interloquendo profert: conventionalis, qua iudex convenit aliquem. 25. Allegatio est utriusque partis assertio. Allegare dicitur qui rationes inducit ad commodum sue cause. 26. Executio est iudicati perfectio, veluti cum uni adiudicatur aliquid, statim missi executores mancipant effectui, id est iubent et cogunt hoc ei tribui, cui quid per sententiam adiudicatum est. 27. Citatio est ad ius incitatio vel invitatio, veluti cum quis conqueritur de aliquo et apud iudicem deposita querimonia, iudex misso edicto citatorio vocat eum, in quem agere desiderat qui conquestus est, et dicitur hoc edictum citatorium quando iudex vocat eum tantum: quando autem addit dicens « si die prefixo non venerit quasi contumax condempnabitur » tunc dicitur edictum peremptorium, quia perimit causam ei, qui contempnit venire. 28. Licitatio est quando plures quasi litigantes rem alter alteri plus offerendo *preripere contendit*, et dicitur *licitatione vincere qui plus offerendo* rem sibi preoccupat. 29. Actor dicitur ab agendo qui petit et pulsat alium. Reus dicitur non tantum a reatu, sed a re, que ab eo prestanda petitur. Advocatus est qui verba facit pro actore vel reo: dicitur etiam patronus. 30. Procurator est qui mandato domini aliquod procurat negotium. Gestor negotiorum est qui sine mandato, volens amicis subvenire laboribus, aliquid administrat. Mandatarius dicitur qui mandata alicuius suscipit. 31. Donatarius dicitur qui donum suscipit. 32. Constitutio dicitur proprie que ab imperatore constituitur, et est alia que dicitur sanctio, alia que decisio. Sanctio dicitur que sanguinis penam minatur si secus quam constitutum est factum fuerit. Decisio dicitur que propter decidendam causam aliquam vel litem promulgata est. Promulgatio est nova constitutio vel inventio. Compositio est de veteribus aliqua exceptio. 33. Possessio alia naturalis alia civilis detentio. Naturalis est quando corpore incumbimus: civilis est quando vel animo tantum nos retinemus, vel alius nostro nomine nobis tenet, veluti id quod servus meus tenet, vel is cui locavi vel comodavi, vel apud quem deposui. Et possessio est aliquando separata a dominio: possidet enim multociens qui non dominus est et viceversa. Evincitur enim iuste iustus dominus in iudicio possessorio, qui alias de dominio

f. 41, col. 3.

f. 41, col. 4.

f. 42, col. 1.

<sup>14</sup> V. leg. 27: Ep. Ex. II, 34. — <sup>15</sup> V. leg. 28: Ep. Ex. II, 34. — <sup>16</sup> V. leg. 8: Cfr. Ep. Ex. V, 57. — <sup>17</sup> V. leg. 7: Cfr. Ep. Ex. IX, 1. — <sup>18</sup> V. leg. 18: Cfr. Ep. Ex. VI, 78. — <sup>19</sup> Alias definitiones habet V. leg. 4 et Ep. Ex. VII, 4. — <sup>20</sup> Cfr. V. leg. 7, qui tamen ex Inst. III, 13. Pr. non ex excerptis nostri procedit. — <sup>21</sup> V. leg. 6: Cfr. Ep. Ex. VII, 1. — <sup>22</sup> Dig. 44, 7, 25: V. leg. 6. Cod. .... superest actio.... cum agamus.... monstramus. Emen- davi ad fidem V. leg. — <sup>23</sup> V. leg. 14: Cfr. Ep. Ex. VII, 2. — <sup>24</sup> V. leg. 32: Ep. Ex. VI, 80. — <sup>25</sup> V. leg. 2: Ep. Ex. V, 2. —

<sup>26</sup> V. leg. 38: Cfr. Ep. Ex. VI, 82. — <sup>27</sup> V. leg. 36: Ep. Ex. VI, 69. — <sup>28</sup> V. leg. 37: Ep. Ex. V, 28. Cod. alteri altero. Quae cursivis litteris expressa sunt in cod. exciderunt: restitui ad fidem V. leg. — <sup>29</sup> V. leg. 2: Ep. Ex. III, 62-63. — <sup>30</sup> V. leg. 29: Cfr. Ep. Ex. III, 24. — <sup>31</sup> V. leg. 29. — <sup>32</sup> V. leg. 21-22: Ep. Ex. VIII, 49-50. Cfr. etiam Ep. Ex. V, 54-55: Fr. Prag. III, 2. Post secus quam Codex add. contra quod. — <sup>33</sup> V. leg. 54. Cod. vel his cui.... quia dominus.... V. leg. corruptus est, sed nunc facile restitui potest.

litigans de iure victor est futurus. Adipiscimur autem possessionem, veluti interdicto quorum bonorum, vel quorum legatorum. 34. Interdictum dicitur quod inter duos est, veluti unde vi et utrobi et uti possidetis etc. quibus *inter* contententes de possessione aliqua pretor ponit finem litigio. Interdictio quasi prohibitio, sicut cum pretor alicui interdicit vel bonorum suorum amministrationem, ut prodigo, vel aqua et igne, ut fit per ingratitude dampnatis circa patronos. Bonorum autem possessio dicitur hereditas delata filio emancipato. Interdictum quorum bonorum est quedam verborum conceptio a pretore data inter hunc, cui defertur hereditas, et illum, qui rem hereditariam tenet. Similiter interdictum quorum legatorum *est* illa conceptio, que proponitur inter heredem et legatarium, qua conceptione revocatur possessio legatorum, ut heres possit deducere trebellianum, si falcidia locum habet; id est quarta pars, que secundum legem falcidiam heredi debetur, apud ipsum resideat. 35. Interdictum retinende possessionis est uti possidetis, et utrobi, quorum alterum, id est uti possidetis, ad immobilia, alterum, id est utrobi, ad mobilia pertinet: has autem verborum conceptiones *profert* pretor inter illos, quorum uterque dicit se possidere, de re immobili sic dicens « uti possidetis *alter ab altero* non vi non clam non precario ita possidete » id est, quicumque vestrum non vi non clam non precario habet ab altero, ipse solus possideat; qui autem vi vel clam vel precario *habet*, ipse alteri restituat. Interdictum recuperande possessionis est unde vi. Est autem verborum conceptio, quam pretor profert iubens illuc restitui, unde vi deiectus est. Hec sunt que frequentatur in iudicio possessorio, id est in lite contententium de possessione. Petitorium est iudicium separatum ab isto iudicio. In petitorio enim lis est de proprietate cum quis dicit vel suam rem esse vel sibi deberi. 36. Senodochium est domus hospitio peregrinantium deputata. Orphanotrophium est locus ubi aluntur orphani. Brephotrophium est locus ubi recipiuntur quilibet infantes; senon ubi recipiuntur senes infirmi. Nosochomium est locus ubi iuvenes egroti aluntur. Asisterium est locus ubi recipiuntur vidue vel quelibet vetule, que sacris assistunt ecclesiis. 37. Peculium dicitur pusilla substantia separata a dominicis rebus, data filio vel servo. Peculium aliud castrense, aliud paganicum. Castrense dicitur quod miles acquirit in castris,

unde et quasi castrense dicitur quod clericus in ordine vel advocatus in advocacione querit. Paganicum aliud profecticum, aliud adventicium: profecticum est quod de rebus patris vel domini proficiscitur: adventicium est quod aliunde pervenit. 38. Ususfructus est ius utendi rebus alienis, salva rerum substantia: sed quia hereditas est ius et obligatio, ad removendum hec et similia dicit « utendi »; sed quia superficiarius, qui habet nudum ius, utitur, ideo addit « fruendi »; sed quia dominus rei utitur et fruitur, et non habet usumfructum, ideo dicit « de rebus alienis »; et quia sunt quedam, que usu consumuntur, in quibus ususfructus non potest constitui, ideo dicit « salva rerum substantia » veluti frumentum et oleum et similia. Si queratur de superficiario et emphiteotecario et colono an sint fructuarii, quia fruuntur utuntur, dicimus quia non, quia fruuntur utuntur rebus alienis, *sed quomodo domini intelliguntur*. Si enim cadunt de possessione, licebit eis agere actione in rem, quod non liceret nisi quomodo domini intelligerentur. Hac autem stipulatione constituitur ususfructus: promitto tibi per me non fieri quo minus utaris fruaris. Usus est ius tantum fruendi. 39. Tabellarius vel tabellio dicitur persona publica sacramento astricta in civitate, que rationes scribit, et in acta redigit. Acta vero dicuntur scripture negotiorum aliquorum ordinem continentes. Argentarius dicitur, qui calculos conficit, id est qui rationes in scriptura redigit, conferens accepta et data numulariis; vel argentarii dicuntur ipsi numularii. Antapoca est scriptura, quam habet ille cui solutum est. Apoca est scriptura continens ea, que soluta sunt; quam habet ille qui solvit loco cautionis. 40. Cautio est generale nomen promissionis, sed alia nuda est et dicitur *pollicitatio*, alia fideiussoria et dicitur satisfactio, alia per scripturam et dicitur cyrographum. 41. Ipotheca vel pignus est res supposita obligationi, et dicitur ipotheca proprie de immobilibus, pignus proprie de mobilibus, quasi de pugno datum. Ipothecarius dicitur qui rem in pignore tenet. 42. Incile dicitur ubi aqua primum ex capite ducitur, dictum incile ab incidendo, cum terra incidatur, ut aqua alias ducatur. Castellum dicitur ubi aqua collecta usui reservatur. 43. Menianum dicitur idem quod vestibulum, quia menibus heret. 44. Duplomite dicitur uti qui dietam duplicat. 45. Heremodicium dicitur iudicium ab aliqua parte desertum, dictum ab

f. 42, col. 2.

f. 42, col. 4.

f. 42, col. 3.

f. 43, col. 1.

<sup>34</sup> V. leg. 55. Cod. inter duorum... et cum quibus contententes (om. inter)... cum fit. Pro trebellianum V. leg. habet turbelianum. *Intellige*: quartam trebellianicam. — <sup>35</sup> V. leg. 56. Cod. ... potest pretor... possidetis alterum non... precario vim alteri. — <sup>36</sup> V. leg. 59: Cfr. Ep. Ex. I, 54-57. Cod. Orphanotrophium... Bephotrochium... — <sup>37</sup> V. leg. 47: Ep. Ex. VI, 66. — <sup>38</sup> *Haec paragraphus cum V. leg. (11) et Ep. Ex. (III, 28) nullam cognationem habere videtur. Cfr. contra Lib. iur. flor. IV, 19, 2-3. Cod. si quomodo (pro nisi). Quae exciderunt ad sensum restitui, et cursivis litteris exprimi curavi. In definitione usus pro « fruendi » videtur legendum « utendi ».* — <sup>39</sup> V. leg. 19: Ep. Ex. I, 58-59; VI, 39. De signis verb. leg. (f. 84 col. 3). Argentarius dicitur

numularius... — <sup>40</sup> V. leg. 20: Ep. Ex. VI, 42. Cod. .... dicitur positio. V. leg. Ep. Ex. pollicitatio. — <sup>41</sup> V. leg. 50: Ep. Ex. VI, 40-41. Post ipotheca proprie Cod. perperam add. pignus — <sup>42</sup> Ep. Ex. VI, 22: De sign. verb. leg. (f. 84 col. 3) Cistellum est ubi etc. — <sup>43</sup> Ep. Ex. VI, 5: De sign. verb. leg. (f. 84 col. 3). Menianum dicitur idem quod vestibulum, quia menibus adheret. Cod. Memanum.... heri. — <sup>44</sup> Ep. Ex. V, 59: De sign. verb. leg. (f. 85 col. 2). Duplomite dicitur unius diei et noctis iter continuum. — <sup>45</sup> De sign. verb. leg. (f. 84 col. 3). Heremodicium..... terminatur; Ulp. de ed. 3. Est autem heremodicium ab alterutra parte desertum iudicium. Cod. veluti die (om. si)... lis expiratura...



heremo et iudicio; veluti *si* die fatali pretereunte lis expirat, heremodicio terminatur. 46. Sportule dicuntur prestationes quedam facte a clientibus in apparitores, id est munus, quod victus prestat his, qui citant partes et faciunt *in* iudicia apparere, unde apparitores dicti sunt. 47. Executores dicuntur qui sententias exeuntur. 48. Tubuli dicuntur foramina, quibus fumus emittitur. 49. Cuniculi dicuntur fenestre, quibus vapor balnei erumpit. 50. *Sceva* qui promptiorem habet levam quam dexteram. 51. Instrumentum duobus modis dicitur: uno modo quicquid causam instruit, velud testes, scriptura etc.: alio modo quicquid domum instruit, ut dolia, tabule etc. 52. *Acor est* nitor vini et mucor similiter. 53. Apotheca dicitur locus ubi aliquid reponitur servandi causa; unde Bibliotheca librorum repositio. 54. Delatio dicitur aliorum negotiorum publicatio: unde delator dicitur qui aliena negotia publicat. 55. Nota dicitur infamie macula. 56. Pragma dicitur scriptum; pragmatica sanctio dicitur constitutio habita prius deliberatione proposita. Annotatio dicitur constitutio sine aliqua institutione vel inquisitione probata.... quod adiacet alicui, ut quod secundum animum est, ut capistrum equo. 57. Consistorium idem quod pretorium. Tribunal locus dicitur, ubi ius de more dicitur. Pretorium dicitur ubicumque quilibet prefecturam tractare solet cum servientibus sibi de negotiis et operibus. De plano dicitur fieri quod pretor vel iudex loquitur vel facit alias quam in consistorio. 58. *Ferna* dicitur dos, id est quod uxor solet dare viro. *Anteferna* dicitur id, quod traditur a viro uxori, quod etiam dicitur propter nuptias donatio. *Parafernalia* dicuntur alia bona mulieris viri regimini subdita, non dominio eius subiecta. 59. Honorarium dicitur donum, quod datur advocatis pro patrocinio. 60. Postulare dicitur qui coram iudice desiderium suum vel amici sui proponit. 61. *Cliens* dicitur qui necessaria cause procurat, veluti patronos

f. 43, col. 2.

<sup>46</sup> *Ep. Ex. I, 62: De sign. verb. leg. (f. 85 col. 1)*. Sportulae dicuntur prestationes, id est dona quedam facta apparitoribus, scilicet his qui faciunt coram iudice apparere, unde apparitores dicuntur. Sportula erat vas minimum, in quo solebat aliquid offerri publicano, id est bedello, nomine honoris reddito pro aliquo negotio: *Ulp. de ed. 2*. Sunt vero apparitores qui apparere faciunt litigantes coram iudice, ex eo dicti apparitores quod apparere faciunt. — <sup>47</sup> *Ep. Ex. I, 61*. — <sup>48</sup> *Ep. Ex. VI, 20: De sign. verb. leg. (f. 85 col. 1)*. Tubuli etc. *Cod. Tabuli...* — <sup>49</sup> *Ep. Ex. VI, 21: De sign. verb. leg. (l. c.)* Cuniculi dicuntur viae subterraneae vel fenestrae, quibus vapor balnearum erumpit. — <sup>50</sup> *Ep. Ex. III, 53: De sign. verb. leg. (l. c.)* Sceva dicitur etc. *Cod. Scena...* — <sup>52</sup> *Cfr. Ep. Ex. VI, 48. Fortasse pro « nitor » legendum est vitium.* — <sup>53</sup> *Ep. Ex. VI, 38: Isid. Etym. VI, 3, 1.* — <sup>54</sup> *V. 16: De sign. verb. leg. (f. 84 col. 2)*. Delator est qui publicat aliena negotia. Item delatores sunt qui in iudicio produnt alios (*Cfr. Ep. Ex. III, 65*). — <sup>56</sup> *V. leg. 21: Ep. Ex. VIII, 51-52. Inter « probata » et « quod adiacet » quaedam exciderunt.* — <sup>57</sup> *Ep. Ex. VI, 29; V, 60.* — <sup>58</sup> *De sign. verb. leg. (f. 85 col. 3)*, antiferro dicitur donatio propter nuptias. *Taur. Cod. D. v. 19. f. 99 a.* Para dicitur iuxta, ferna dos. Inde paraferna di-

perquirendo, sportulas prestando, cautionem fideiussoriam faciendo. 62. Venatores dicuntur qui in mari deiecta vel lapsa extrahere solent. 63. Corpus est quelibet congregatio plurium unius officii, veluti pastorum, canonicorum, navicularum. 64. Sequela est id quod *sequitur* aliud. 65. Sicarii dicuntur qui cum sica, id est gladio, pergunt, insidiando vite alicuius. 66. Expilator est qui aliquid furatur de bonis vacantibus post mortem testatoris, antequam heres insit hereditati. 67. Abigei dicuntur qui greges vel armenta abigunt furandi causa. 68. Iurisdictio est potestas cum necessitate iuris retinendi, vel equitatis statuende. 69. Rem deducit in iudicio qui ita deducit, ut questionem sua petitione *possit* terminare. 70. Levir dicitur mariti *frater*. *Glos* uxor dicitur fratris. 71. *Ruta cesa* dicuntur, que fundo non adherent. *Ruta* dicuntur que radicibus evelluntur. *Cesa* dicuntur que incisione quadam a solo separantur. 72. *Consequentia litterarum* dicitur consequens ordo litterarum; veluti cum aliquis scribit sine titulis. 73. *Captio* dicitur deceptio. 74. *Cancellare* dicitur scriptum damnare ducendo pennam per litteras. *Circumductum* scriptum est circumductione quadam dampnatum. *Expunctum* est scriptum suppositis punctis dampnatum. *Depunctum* dicitur distinctum. 75. *Defunctio* est liberatio, unde defungitur qui liberatur ab aliquo debito, quo tenebatur. 76. *Deductio* est separatio. 77. *Passim* id est mixtim. 78. *Absque delectu* fit quod fit sine differentia. 79. *Capitis diminutio* est status mutatio, *ut cum* qui liber est fit servus, vel qui civis non civis vel exul in toto. 80. *Postliminium* dicitur ius quoddam, quo restituitur in universum ius pristinum, qui evadens manus hostium ad limen postea revertitur. Inde postliminium quia, postquam ad limen revertitur, omnia recuperat. 81. *Vi bonorum raptorum* est nomen actionis, qua persequimur id, quod per rapinam nobis ablatum est, si ita mobile sit: si autem immobile, per interdictum

f. 43, col. 3.

cuntur ea, quae ad dotem pertinent. — <sup>59</sup> *Ep. Ex. I, 29.* — <sup>60</sup> *Ep. Ex. I, 30. Cfr. V. leg. 40.* — <sup>61</sup> *Cfr. Ep. Ex. I, 31. Fortasse nonnulla exciderunt: quae enim hic de cliente profertur, procuratori magis conveniunt.* — <sup>62</sup> *Quod ad hanc verbi significationem illustrandam conferat non habeo. Tamen in charta Roberti comitis Arvern. ann. 1284 (apud Du Cange Glossarium v. venari) « venari » accipitur pro « piscari ».* — <sup>63</sup> *Ep. Ex. I, 50.* — <sup>64</sup> *Ep. Ex. VI, 43. Cod. .... quod est super aliud.* — <sup>65</sup> *Cfr. Ep. Ex. IV, 11; V. 57. Cod. Sicani ....* — <sup>66</sup> *Ep. Ex. IV, 7: Cod. Taur. D. V, 19 f. 99 a.* Expilatae hereditatis crimen committitur antequam hereditas possideatur. — <sup>67</sup> *Cfr. Ep. Ex. IV, 4. Cod. Taur. D. V, 19 f. 99 a.* Abigei dicuntur qui pecora ex pascuis vel ex armentis subtrahunt, et abigendi studium quasi artem exercentes, equos vel boves de armentis abducentes. *Cfr. Poll iuris (apud Flach, p. 182).* — <sup>69</sup> *Cod. ... possit term.* — <sup>70</sup> *Dig. 38, 10, 4 § 6: Ep. Ex. III, 14. Cod. om. « frater ».* — <sup>71</sup> *Cfr. Ep. Ex. VI, 28. Cod. .... aderunt.* — <sup>72</sup> *Ep. Ex. VI, 73.* — <sup>73</sup> *Ep. Ex. VI, 67. Cfr. V. leg. 9.* — <sup>74</sup> *Ep. Ex. I, 34-35. Cod. .... Expungium... Depungium.* — <sup>75</sup> *Ep. Ex. VI, 70.* — <sup>76</sup> *Cod. Deductio...* — <sup>79</sup> *Ep. Ex. VI, 74. Cod. .... velud quilibet est....* — <sup>80</sup> *Cfr. V. 72.* — <sup>81</sup> *Cfr. Inst. IV, 2: Ep. Ex. IX, 72.*

unde vi recuperatur. 82. Mediastinus dicitur ille, cuius ars vel officium determinatum non est, sed mediam habet operam. 83. Atriarius dicitur custos atrii. 84. Parabolani dicuntur medici... quorum nomina memorie litterarum tradita in scriniis reservantur. 85. Iusticia est tacita conventio in adiutorium multorum inventa. 86. Ethimologia est origo vocabulorum, cum vis nominis et verbi per interpretationem colligitur. 87. Matrimonium est viri et mulieris coniunctio quibusdam sollempnitatibus additis. 88. Depositum est pignus commodatum ad tempus, quasi diu positum. Deponere quis videtur, cum aliquid metu furti incendii naufragii apud alium causa custodie deponit. 89. Hostes sunt quibus bellum publice romanus populus decrevit, vel *ipsi* populo romano. 90. Decretum est quod in sinodo a sanctis patribus de aliquo negotio diiudicatum est, vel statutum seu confirmatum. 91. Capitulum a loco dicitur, in quo regulares viri canonici vel monachi pro preteritis viciis corrigendis et futuris precavendis securius conveniunt. Capitulum dicitur quasi capitis titulum, id est signum. 92. Regula dicitur quia breviter rem narrat. 93. Privilegium est quod aliquem a iure communi privat, vel immunem facit. 94. Simbolum grece latine collatio, vel signum, vel inditium. Collatio dicitur conferentia vel conductio verborum in unum facta. Signum dicitur quia is qui verba profert, ostendit ea ad deum pertinere. Inditium dicitur quia ibi indicatur fides catholica. 95. Hymnus est canticum laudantium deum: si ergo sit laus et non dei, non est hymnus, sed si in laude sit et cantetur, est hymnus; et si non cantetur et in laude dei sit, non est hymnus. 96. Apocripha grece, latine secreta; unde liber apocriphus id est secreto legendus: unde etiam apocripharius dicitur secreto legatus. 97. Consultatio est quando iudex de aliquo negotio disputat et principem quid super eo iuris sit interrogat. 98. Diocesis dicitur a « dios » quod est dies vel lumen, et « cesis » quod est celum. Inde diocesis illu-

f. 43, col. 4.

f. 44, col. 1.

minata pars sive divisio in quo comprehenditur totus episcopatus: vel diocesis dicitur territorium uniuscuiusque baptismalis ecclesie. 99. Spectacula vocantur voluptates, que non per semet ipsa inquinant, sed per ea que illic geruntur: dicta spetacula, quod ibi puplice prebeatur inspectio. Hec ludicra dicuntur, quod *in* ludis gerantur, aut in scenis ludorum. 100. Paranimphi dicuntur consanguinei custodes sive servitores sponse, dicti a « pari » quod est iuxta et « linpha » quod est aqua. 101. Catecuminus dicitur pro eo, quod adhuc doctrinam fidei audit necdum baptismum recepit. Item dicitur catecuminus quasi minus catholicus, id est universaliter bonus. Item catecuminus dicitur adultus vel instructus. 102. Exorcismus latine coniuratio dicitur, vel increpatio adversus diabolum ut discedat. 103. Comedi sunt qui variorum acta hominum aut gesta cantabant, atque supra virginum et mores meretricum in suis fabulis exprimebant. 104. Neophitus grece latine novellus et rudis fidelis vel nuper renatus interpretatur. 105. Embolis dicitur excrecens annus. 106. Seriniarii qui custodiunt serinium. 107. Fiscus dicitur regius saccus et translato vocabulo omnia dominia regie *maiestatis* fisci dicuntur. 108. Extraordinarium *ius* dicitur quod scriptis non est comprehensum. 109. Contignatio est tingnorum coniunctio vel contignatio dicitur *tegmen*, unde *due edes sub contignatione* id est sub uno tengmine dicuntur posite. 110. Pedamenta dicuntur ea, quibus vinea fulcitur. 111. Sarta tecta dicuntur integra. 112. Originalia sunt prima et autentica scripta. Rescripta ad exemplum originalium fiunt. 113. Ordinarii iudices dicuntur quia iurisdictionem habent, id est officium ius dicendi. Pedanei sunt qui ex officio non iudicant sed ab aliis missi iudicant: qui et delegati vocantur. *Iudex* (?) etiam arbiter dicitur. 114. Compromissarii dicuntur illi in quos partes compromittunt in solidum. 115. Non solvendo dicitur qui non potest solvere. 116. As dicitur aliquod totum habens XII partes vel asses... 117. Lis et causa

f. 44, col. 2.

<sup>82</sup> Cfr. Ep. Ex. II, 6. — <sup>83</sup> Ep. Ex. II, 12. — <sup>84</sup> Ep. Ex. I, 51: De sign. verb. leg. (f. 85 col. 2). Parabolani sunt medici. Cod. Parabolarii... Post. v. medici, quaedam exciderunt. Reliqua, ni fallor, ad magistros scriniarum pertinent. Cfr. Ep. Ex. I, 36. — <sup>85</sup> Cod. Iustitia nisi... — <sup>86</sup> Isid. Etym. I, 29, 1. — <sup>87</sup> Cfr. Inst. I, 9 § 1: Gl. Boll. 7 Cod. auditis. — <sup>88</sup> Isid. Etym. V, 25, 19. Cod. .... cum aliquis .... — <sup>89</sup> Dig. 49, 15, 24. Cfr. V. 45, R. 124. Cod. vel alicui populo decrevit romano. — <sup>91</sup> Cfr. Du Cange s. v. capitulum (tom. II, 150) et Glossar. Pap. quod ibi laudatur. — <sup>93</sup> V. leg. 39. — <sup>94</sup> Cfr. Isid. Etym. VI, 19, 57. — <sup>95</sup> Isid. Etym. VI, 19, 17. — <sup>96</sup> Cfr. Isid. Etym. VI, 2, 51. — <sup>97</sup> Cfr. ex. gr. Dig. 4, 4, 11, § 2 (Ulp.). — <sup>98</sup> Cfr. V. 78: Guil. Brito. (apud Du Cange v. diocesis II, 862) diocesis proprie est baptismalis ecclesie territorium et gubernatio. Ad etymologiam illustrandam nihil habeo. — <sup>99</sup> Isid. Etym. XVIII, 16, 1. Cod. .... ibi ludi .... aut in cenis. Verbum ludorum, perperam additum, est initium sequentis paragr. Isidori. — <sup>100</sup> Cfr. Ep. Ex. III, 9: Du Cange v. paranimpha. paranimphus. De etymologia nihil inveni. — <sup>101</sup> Isid. Etym. VII, 14, 7. Cod. ... adustus. — <sup>102</sup> Isid. Etym. VI, 19, 55. — <sup>103</sup> Isid. Etym.

XVIII, 46, 1. — <sup>104</sup> Isid. Etim. VII, 14, 6. — <sup>105</sup> Cfr. Isid. Etym. VI, 17, 23. — <sup>106</sup> Cfr. Ep. Ex. I, 36. — <sup>107</sup> V. leg. 53. Cfr. Ep. Ex. V, 30; Hugucc.: Glossar. Pap. Sal.: Isid. Etym. XX, 9, 7. Cod. regie militie. — <sup>108</sup> Cfr. V. leg. 31: ordinarium ius est quando in legibus ordinatum invenitur, extraordinarium quando non invenitur. Cod. scriptum: om. ius. — <sup>109</sup> Ep. Ex. VI, 8, ad cuius fidem lacunam explevi. — <sup>110</sup> Ep. Ex. VI, 10: De sign. verb. leg. (f. 85 col. 1). Pedamenta dicuntur, quibus vites sustentantur. — <sup>111</sup> Ep. Ex. VI, 6. Cod. Sarta... — <sup>112</sup> In cod. haec cum priori parag. coniunguntur. Om. etiam sunt. Verbum Rescripta facile corruptum est. Nonne legendum: Descripta sunt quae...? Verbum originalia in hac significatione tantum apud recentiores invenitur. teste Du Cange. (v. originale I. t. IV, p. 734). — <sup>113</sup> V. leg. 31: Ep. Ex. I, 25, 26. Cod. Is etiam arbiter... quae fortasse ad iudicem compromissarium pertinent. Cfr. Brach. IV, 5, 1: Iurisdietio est iuris (vel ius) dicendi ius: H. IV, 66. — <sup>114</sup> V. leg. 31: Ep. Ex. I, 28. — <sup>115</sup> Gl. Boll. 37. — <sup>116</sup> Cfr. Ep. Ex. VI, 64. Cod. assis. In fine quaedam exciderunt, aut certe verba « vel asses » perperam addita sunt. — <sup>117</sup> Cfr. V. 4, 74, 75, 83. R. 16, 45, 119.



idem sunt, sed lis dicitur antequam veniat in presentiam iudicum; in presentia vero dicitur causa. 118. Actori incumbit probatio, nisi per presentationem presentis status accidat neganti, id est per instrumentum vel per saisinam; quia si aliquod istorum habeat non oportet eum probare, qui habet, sed non habenti quod iniuste habeat. Actor actionem, replicationem et triplicationem probat, reus exceptionem et duplicationem et quadruplicationem, quia equum est actorem et reum his probationibus adiuvari, si in aliquo sentiant se gravari. Factum negantis per rerum naturam nulla est probatio. 119. Negotium est ante controversiam motam: causa est post controversiam motam: lis est postquam per narrationem et responsionem iudex causam audire cepit. 120. Ius est preceptum vivendi, quod constituitur a tribus; a communi natura, a rationali natura, a civitate, id est a re publica. Ius generaliter dicitur omnium gentium, lex specialiter. Ius naturale est quod non oppinio sed in natura ius affert, secundum Isidorum. 121. Sententia est firma et indubitata responsio; oppinio est cum dubitatione prolata responsio. 122. Ius gentium est quia naturali ratione inductum et sic diffinitur: ius gentium est industria humana naturali ratione inducta et ideo dicitur ius non simpliciter, quia inductum est industria et natura. Naturale ius sic diffinitur: naturale ius est condicio rebus creatis ab ipsa divina dispositione inposita, et ideo dicitur simplex ius, quia non ex industria hominum, sed ex sola divina

f. 44, col. 3.

f. 44, col. 4.

<sup>118</sup> Dig. 22, 3, 2: Inst. IV, 14: Cod. Inst. IV, 19, 23 in f.: V. leg. 18: Ep. Ex. VI, 79. Quod ad probationem per saisinam cfr. Du Cange sub. h. v. (VI, p. 32, col. 3) ... ut per saisinam pacificam ius superioris domini... claresceret: ... ut ius suum per saisinam pacificam probaretur. — <sup>119</sup> Cfr. supra V. 117: Ulp. de ed. 7. Fit autem hoc per narrationem utriusque partis iudice audiente. — <sup>120</sup> Cfr. Isid. Etym. V, 3 et seqq.: Gl. Vat. Inst. I, 2 Pr. Isidorus. Ius.... ius in naturam affert. Tamen, quae Isidoro tribuitur iuris naturalis definitio, in eius operibus non invenitur. Cod. om. non. — <sup>121</sup> V. 6: Gl. Col.: Gl. Boll. 17: Gl. Vat. et Accurs. Gl. opinio ad Inst. I, 2, § 8: Ep. Ex.

dispositione inductum est. 123. Relegatio fit ad tempus; deportatio fit in perpetuum. 124. Hostes sunt quibus imperator bellum decrevit. 125. Purus locus dicitur non sacer, non sanctus, non religiosus. 126. Officium est actus persone congruus, quem natura vel lege necesse est adimplere. Quod natura est dicitur pietas, ut in patrem et filium: quod lege exigitur obsequium dicitur, ut inter libertum et patronum. 127. Crimen maiestatis duobus modis dicitur: contra rempublicam et contra imperium. Contra imperium dicitur crimen perduellionis, quoniam hoc solo casu concedit lex humana duellum fieri. Perduellio dicta quasi duellum, quia in duas partes populus romanus dividebatur. 128. Necessitas est maior vis, cui resisti non potest. 129. Novatio est prioris debiti in aliam obligationem civilem vel naturalem transfusio. 130. Compensatio est debiti et crediti invicem inter se contributio. 131. Ferruminatio dicitur per eandem materiam confusio, ubi non potest facile discerni ubi se iungunt materie. 132. Pauperies est dampnum sine iniuria facientis datum. 133. Inter sententiam et rem iudicatam hoc interest, quod sententia dicitur iudicium acceptum dum dubium est an rescindatur appellatione sententia: res iudicata dicitur postquam corroborata est taciturnitate X dierum. 134. Metus est instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio. Metum accipiendum ait Labeo non quemlibet timorem, sed maioris mali: ideoque quod metus causa fit ratum non habetur.

Add. I, 15. — <sup>122</sup> Cf. Dig. I, 1, 9. Inst. I, 2, § 1. — <sup>123</sup> Cfr. V. 27. — <sup>124</sup> Cfr. R. 89. — <sup>125</sup> Dig. II, 7, 2, § 4. — <sup>127</sup> Cfr. Isid. Etym. V, 26, 26. Gl. Accurs. ad Inst. III, 1, § 5 perduellionis. De duello auctor sequitur opinionem Placentini. (Cfr. Patetta, Le ordalie p. 418-19). Cod. Perduellio dictus.... — <sup>128</sup> Gl. Col. 86 a. — <sup>129</sup> Dig. 46, 2, 1. Pr.: Ep. Ex. VII, 9. Cod. prioris meriti. — <sup>130</sup> Dig. 16, 2, 1: Gl. Col. 134: V. leg. 12. — <sup>131</sup> Cfr. Dig. 6, 1, 23, § 5: Ep. Ex. VI, 90: De sign. verb. leg. (f. 85 col. 2). — <sup>132</sup> Inst. IV, 9: Ep. Ex. VI, 97: V. leg. 49. — <sup>133</sup> V. leg. 34: Ep. Ex. VI, 81: Iustin. novella 23. — <sup>134</sup> Dig. 4, 2, 1 et 5. Cfr. V. leg. 61. Cod. Labio.



## INDEX VERBORUM

- Abigens R. 67.  
 Absque delectu R. 78.  
 Accessio V. 40, R. 8.  
 Acor R. 52.  
 Acta R. 39.  
 Actio V. 8, 48, R. 17, 22, 23, 81, 118.  
 Actor R. 29, 118.  
 Adnotatio R. 56.  
 Adoptio R. 2.  
 Adrogatio R. 2.  
 Adultus R. 4.  
 Advocatus R. 29.  
 Aedificia V. 37.  
 Affinitas V. 52, R. 1.  
 Album V. 28.  
 Alienatio V. 12.  
 Allegatio V. 7, R. 25.  
 Alluvio R. 7.  
 Amicitia V. 49, 60.  
 Amplitudo V. 59.  
 Animi motus V. 18.  
 Antapoca R. 39.  
 Anteferna R. 58.  
 Apeca R. R. 39.  
 Apocripha R. 96.  
 Apocripharius R. 96.  
 Apothea R. 53.  
 Apparitores R. 46.  
 Appellatio R. 133.  
 Argentarius R. 39.  
 As R. 116.  
 Asisterium R. 36.  
 Atriarus R. 83.  
 Bibliotheca R. 53.  
 Brephtrophium R. 36.  
 Calumnia V. 22.  
 Cancellare R. 74.  
 Capitalia V. 24.  
 Capitulum R. 91.  
 Captio R. 73.  
 Caput V. 20, R. 79.  
 Castellum R. 42.  
 Catecuminus R. 101.  
 Causa V. 3, 74, 75, 83, R. 117, 119.  
 Cautio R. 40, 61.  
 Celare V. 47.  
 Cesa R. 71.  
 Cimiterium V. 79.  
 Circumductum R. 74.  
 Citatio R. 27.  
 Cliens R. 46, 61.  
 Colonus R. 38.  
 Commentum V. 67.  
 Comoedi R. 103.  
 Compensatio R. 130.  
 Compositio R. 32.  
 Compromissarii R. 114.  
 Confusio R. 131.  
 Coniuratio R. 102.  
 Consequentia litterarum R. 72.  
 Consistorium R. 57.  
 Constitutio R. 32.  
 Consules V. 2, Cons. suffecti V. 73.  
 Consultatio R. 97.  
 Contestatio litis V. 4, R. 16.  
 Contignatio R. 109.  
 Contractus V. 10, R. 21.  
 Corpus R. 63.  
 Crimen V. 23: crim. maiestatis R. 129.  
 Cuniculi R. 49.  
 Curator R. 5.  
 Cyrographum R. 40.  
 Decisio V. 5, R. 32.  
 Decretum R. 90.  
 Dediticii V. 46.  
 Deducere in iudicium R. 69.  
 Deductio R. 76.  
 Definitio V. 69.  
 Defunctio R. 75.  
 Delatio R. 54.  
 Delator V. 16, R. 54.  
 Delegare V. 42.  
 De plano R. 57.  
 Deponere R. 88.  
 Deportatio V. 27, R. 123.  
 Depositum R. 88.  
 Depunctum R. 74.  
 Descriptio V. 70.  
 Digesta V. 17.  
 Dignitas V. 58.  
 Dioecesis V. 78, R. 95.  
 Donatarius R. 31.  
 Duellum R. 127.  
 Duplicatio R. 118.  
 Duplomite uti R. 44.  
 Edictum R. 27.  
 Emancipatio R. 3.  
 Embolis R. 105.  
 Emphiteucarius R. 38.  
 Emunitas V. 82.  
 Estimatio V. 32.  
 Ethimologia R. 86.  
 Exceptio V. 25, R. 18, 118.  
 Executio R. 26.  
 Executores R. 26, 47.  
 Exercitor V. 51.  
 Exhibere V. 26.  
 Exilium V. 27.  
 Exorcismus R. 102.  
 Expilator R. 66.  
 Expunctum R. 74.  
 Extraordinarium R. 108.  
 Fama V. 32.  
 Ferna R. 58.  
 Ferruminatio R. 131.  
 Fideicommissum R. 15.  
 Filiusfamilias R. 6.  
 Fiscus R. 107.  
 Fundus R. 8.  
 Gestor negotiorum R. 30.  
 Gloria V. 61.  
 Glos R. 70.  
 Hereditas V. 44, R. 13, 38.  
 Heremodicium R. 45.  
 Heres R. 13, 66.  
 Honorarium R. 59.  
 Hostes V. 45, R. 89, 124.  
 Hymnus R. 95.  
 Immunitas V. 82.  
 Incestae nuptiae V. 53.  
 Incile R. 42.  
 Inficiatio V. 15.  
 Ingenium V. 65.  
 Instrumentum R. 51, 118.  
 Insula V. 56.  
 Interdictum R. 33, 34, 35.  
 Interdictio R. 34.  
 Ipotheca R. 41.  
 Ipothecarius R. 41.  
 Iudices R. 113.  
 Iudicium petitorium R. 35.  
 Iurisdictio R. 68.  
 Ius V. 1, R. 80, 120, 122.  
 Ius belli V. 80.  
 Iusticia R. 85.  
 Legatarius R. 14.  
 Legatum V. 41, R. 14.  
 Levir R. 70.  
 Lex V. 2.  
 Licitatio R. 28.  
 Lis V. 4, R. 16, 45, 117, 119.  
 Maior R. 4.  
 Mancipare effectui R. 26.  
 Mandatarius R. 30.  
 Mansio R. 8.  
 Manumissio R. 3.  
 Matrimonium R. 87.  
 Mediastinus R. 82.  
 Menianum R. 43.  
 Metus R. 134.  
 Ministerium V. 34.  
 Minor R. 4.  
 Mors V. 71.  
 Mucor R. 52.  
 Mutuum V. 33.  
 Mysterium V. 34.  
 Natura V. 68.  
 Necessitas R. 128.  
 Negocium V. 3, R. 119.  
 Neophitus R. 104.  
 Nosocomium R. 36.  
 Nota R. 55.  
 Notarii V. 84.  
 Novatio R. 129.  
 Numularii R. 39.  
 Obligatio V. R. 8, 20, 129.  
 Obsequium V. 30, R. 126.  
 Officium V. 31, 64, R. 126.  
 Opinio R. 121.  
 Originalia R. 112.  
 Orphanotrophium R. 36.  
 Pactum V. 11.  
 Pandectae V. 17.  
 Parabolani R. 84.  
 Parafernalia bona R. 58.  
 Paranimphi R. 100.  
 Passim R. 77.  
 Paterfamilias R. 6.  
 Patronus R. 29, 61.  
 Pauperies R. 132.  
 Peculium V. 43, R. 37.  
 Pedamenta R. 110.  
 Perduellio R. 127.  
 Persona V. 62.  
 Pietas R. 126.  
 Pignus R. 41.  
 Placitum V. 11.  
 Planum *v.* de plano.  
 Pollicitatio R. 40.  
 Populus V. 39.  
 Possessio V. 8, R. 33.  
 Postliminium V. 72, R. 80.  
 Postulare R. 60.  
 Praescriptio R. 11.  
 Praetor V. 29.  
 Praetorium R. 57.  
 Pragma R. 56.  
 Privilegium R. 93.  
 Procurator R. 30.  
 Professio V. 63.  
 Promulgatio R. 32.  
 Provincia V. 76.  
 Pupilla R. 4.  
 Purus locus R. 125.  
 Quadruplicatio R. 118.  
 Regula R. 92.  
 Relegatio V. 27, R. 123.  
 Replicatio R. 118.  
 Res (*quomodo extinguantur*) V. 19.  
 Res iudicata R. 133.  
 Res principalis V. 40.  
 Rescripta R. 112.  
 Reus R. 29.  
 Ruta cesa R. 71.  
 Saisina R. 118.  
 Sanctio V. 9, R. 32, 56.  
 Sarta testa *v.* tecta sarta.  
 Satisfactio R. 40.  
 Sceva R. 50.  
 Scriptorii R. 106.  
 Senon R. 36.  
 Sententia V. 6, R. 24, 121, 133.  
 Sequela R. 64.  
 Servitus V. 54.  
 Sica V. 57, R. 65.  
 Sicarii R. 65.  
 Simbolum R. 94.  
 Solvendo esse R. 115.  
 Spectacula R. 99.  
 Sportula V. 55, R. 46, 61.  
 Stipendiaria praedia V. 36.  
 Stipulatio V. 13, R. 19.  
 Studium V. 66.  
 Suffecti consules *v.* consules suff.  
 Superficiarius R. 38.  
 Tabellarius, tabellio V. 38, R. 39.  
 Tecta sarta R. 111.  
 Territorium V. 77, R. 8.  
 Testamentum V. 38, R. 12.  
 Testator R. 12.  
 Thomas V. 81.  
 Titulus R. 10.  
 Transactio R. 23.  
 Tribunal R. 57.  
 Triplicatio R. 118.  
 Tubuli R. 48.  
 Tutor R. 5.  
 Usucapio V. 14, 21, R. 9.  
 Usus R. 38.  
 Ususfructus R. 38.  
 Venatores R. 62.  
 Vindicta V. 35.  
 Vulgo conceptus V. 50.  
 Xenodochium R. 36.



ANTIQUISSIMORUM GLOSSATORUM  
**DISTINCTIONES**

---

**COLLECTIO SENENSIS**


EX COD. MS. SENENSI I. H. 13

PRODIT CURANTE

JOHANNE BAPTISTA PALMERIO







P

I  
actorum quedam in contractu bone fidei, quedam in contractu stricti iuris apponuntur. Item quedam incontinenti idest in <sup>1</sup> ingressu contractus, quedam ex intervallo. Pacta que in contractu stricti iuris incontinenti fiunt, secundum quosdam novam tamen parant <sup>2</sup> actionem, idest prescriptis verbis; veterem autem, idest ex contractu proficiscentem, non informant, ut C. de donationibus l. legem quam et l. cum res (C. 8, 54, 9 et 22), et tit. de rerum permutatione l. rebus et l. ex lege (C. 4, 64, 6 et 8), et tit. de rei uxorie actione § accedit (C. 5, 13, 1 § 13).

Secundum alios vero pacta in contractu stricti iuris incontinenti apposita non solum novam actionem, idest prescriptis verbis, pariunt; sed etiam ex contractu nascentem informant, ut <sup>3</sup> D. de pactis l. Item quia (D. 2, 14, 4), et tit. si certum petatur l. lecta (D. 12, 1, 40). Conditionem tamen ob causam datorum parant <sup>4</sup> ad repetendum quod datum est, ut C. de conditione ob causam l. si ut (C. 4, 6, 2), et tit. de rerum permutatione l. quoniam et l. emptionem (C. 4, 64, 5 et 7). Que vero ex intervallo fiunt, nullam pariunt actionem sed tantum exceptionem, ut D. de pactis, l. iuris gentium (D. 2, 14, 7) et C. de donationibus que sub modo l. perfecta (C. 8, 55, 4). Cum autem in contractu bone fidei pacta imponuntur, si quidem incontinenti, non tantum novam, idest prescriptis verbis, pariunt, sed etiam veterem, ex con-

tractu proficiscentem, informant; conditionem autem ob causam non pariunt, ut D. de pactis l. iuris gentium (D. 2, 14, 7), et C. de rescindenda venditione l. si convenit (D. 18, 5, 6), et tit. <sup>5</sup> de contrahenda emptione et venditione l. si mater <sup>6</sup> (C. 4, 38, 10) et tit. de prescriptis verbis, l. si vir uxori (D. 19, 5, 12) et C. de pactis, l. ex conventionem et l. in bone fidei (C. 2, 3, 11 et 13), et tit. de pactis inter emptorem et venditorem l. si fundum <sup>7</sup> (C. 4, 54, 2), et tit. de rei vindicatione, l. incivile (C. 3, 32, 12), et tit. de contrahenda emptione l. si non donationis et l. empti fides (C. 4, 38, 8 et 9), et tit. de rescindenda venditione l. ea conditione (C. 4, 44, 14). Aliquando tamen pacta in contractu bone fidei incontinenti apposita etiam conditionem pariunt, ut C. de pactis inter emptorem et venditorem <sup>8</sup> l. cum te (C. 4, 54, 6). Si vero ex intervallo in contractu bone fidei pacta interponantur, distinguendum est utrum addant aliquid contractui <sup>9</sup> an detrahant. Si enim detrahunt, creduntur inesse et pariunt exceptionem, ut D. de pactis l. iuris (D. 2, 14, 7), et de contrahenda emptione l. pacta (D. 18, 1, 72). Si vero addunt, si quidem sunt adminicula idest accidentalia pacta, idest ut ruta cesa prestentur vel cautio duple cum fideiussore, nullam pariunt actionem; sed si sponte adimpleantur, pariunt exceptionem, ut de pactis inter emptorem l. pacta (D. 18, 1, 72). Cum vero sunt de substantia contractus idest de autione vel diminutione pretii, interest quid agatur. Nam si hoc agitur ut a contractu recedatur, a toto intelligitur recessum, ut D. de contrahenda emptione l. pacta (D. 18, 1, 72) et tit. de rescindenda venditione, l. si quam <sup>10</sup> rem (D. 18, 5, 2). Si vero hoc non agi-

<sup>1</sup> Cod. om. in. — <sup>2</sup> Cod. parat. — <sup>3</sup> in marg. C. de pactis l. petens (C. 2, 3, 27). — <sup>4</sup> Cod. pra'nt. — <sup>5</sup> Cod. c'. — <sup>6</sup> Cod. mihi. —

<sup>7</sup> Cod. fundus. — <sup>8</sup> Cod. om. et venditorem. — <sup>9</sup> Cod. contractu. — <sup>10</sup> Cod. siquidem.

tur, non receditur a primo, sed informatur, ut etiam actori actio tribuatur. Nam cum totus contractus possit posteriori pacto tolli, multo magis et reformari potest, ut D. de pactis <sup>1</sup> l. iuris § adeo autem (D. 2, 14, 7 § 6).

## II

Stipulatio alia pura, alia conditionalis. Pura ut hec: domum hedificare spondes? que statim contrahitur et committitur, cum fieri potuit; sed tamen ante litem contestatam mora in ea purgatur nisi stipulatori intersit, ut D. si quis cautionibus l. et si post (D. 2, 11, 8), ut D. de verborum obligationibus l. si insulam fieri stipulatus, et l. continuus § Item (D. 45, 1, 84 et 137 § 3). Conditionalis, alia incipit a conditione, alia a precedenti pactione. Cum a conditione incipit; aut conditio est <sup>2</sup> possibilis et honesta, aut impossibilis vel inhonesta. Si est impossibilis vel inhonesta, nullius momenti est stipulatio, ut D. de verborum obligationibus l. generaliter et l. stipulatio hoc modo et l. si flagitii <sup>3</sup> (D. 45, 1, 26 et 61 et 123). Idem est si impossibilis conditio in faciendo stipulationi inferatur, ut D. de verborum obligationibus, l. impossibilis (D. 45, 1, 7), et de actionibus et obligationibus l. non solum (D. 44, 7, 31), et Instit. de inutilibus stipulationibus (I. 3, 20). Si vero in non fatiando impossibilis conditio stipulationi importatur, quasi pure facta valet, ut Instit. de inutilibus stipulationibus (I. 3, 20), D. de verborum obligationibus l. impossibilis (D. 45, 1, 7), et D. de heredibus instituendis l. servum meum (D. 28, 5, 50). Cum vero conditio est <sup>4</sup> probabilis <sup>5</sup>, aut confertur in presens tempus, vel in preteritum, vel in futurum. Cum confertur in presens tempus, veluti: si rex Parthorum vivit; vel in preteritum <sup>6</sup>, puta: si Titius consul fuit, non suspenditur obligatio, sed aut statim valet, si ita est; aut statim deficit, si ita non est. Que enim in rerum natura sunt certa, licet nobis sunt incerta, non morantur obligationem, ut Instit. de verborum obligationibus (I. 3, 16); quoniam instar conditionis non habet quod non in futurum, sed in presens vel preteritum tempus confertur, ut D. si certum petatur l. cum ad et l. respiciendum et l. itaque (D. 12, 1, 37 et 38 et 39), et D. de verborum obligationibus l. conditio et l. si ita stipulatus l. Eum hanc (D. 45, 1, 100 et 109). Quod si in futurum conditio confertur, aut est casualis, aut mixta, aut potestativa. Si est casualis, idest cum pendet ex insidiis fortune ut hec: si cras pluit, nec cedit nec venit dies eius; idest ex ea nec debetur nec peti potest; sed tantum spes est debitum iri si conditio extiterit, ut Instit. de verborum obliga-

tionibus § et ex conditionali (I. 3, 16 § 4 in fine), et D. de verborum significatione l. cedere (D. 50, 16, 213). Si vero ex facto tantum promittentis pendet que dicitur potestativa, ut hec: Si Pamphilum non dederis, C. dabis, admittitur sententia Pegasi exstimantis non antea ex ea agi posse quam defuisset <sup>7</sup> Pamphilus dari posse, licet Sabinus <sup>8</sup> putabat statim C. <sup>9</sup> posse peti cum potuerit Pamphilum dare et non dat. Hoc quoque defendebat exemplo penu legate, ut puta: testator penu legata, dampnavit heredem suum ut C. <sup>10</sup> daret penu non data; statim enim cum potuit dare et non dedit, in pecuniam legatam tenetur. Sed hoc ob tuendam voluntatem defuncti in penu admittitur. Eadem dico si concepta fuerit stipulatio sub conditione mixta; puta: si in Capitolium non ascenderis vel in patriam tuam non redieris. In his enim omnibus, agi non potest nisi primum constiterit fieri non posse quod in conditione continetur, ut D. quando dies legatorum cedit, l. si penum heres (D. 36, 2, 24), et D. de verborum obligationibus l. ita stipulatus § Sed et si ita et § Item si (D. 45, 1, 115 §§ 1 et 2), et tit. de penu legata, l. I (D. 33, 9, 1). Cum autem stipulatio incipit a precedenti pactione, si quidem precedens pactio est improbata vel contra bonos mores, <sup>11</sup> tota stipulatio nullius erit momenti, ut C. de inutilibus stipulationibus, l. libera et l. ex eo (C. 8, 39, 2 et 4), et D. de verborum obligationibus l. Titia (D. 45, 1, 134). Sed si precedens pactio <sup>12</sup> est <sup>13</sup> honesta, siquidem est obligatoria, ut si primum stipulatus sum Pamphilum dari, et si datus non esset, C. <sup>14</sup>, statim cum fuerit in mora dandi Pamphilum, committitur sequens in centum et, quasi novatio prioris sit, ut non possit promissor moram purgare. <sup>15</sup> Cum enim demum ex mora committantur, absurdum esset licere promissori invito stipulatore moram purgare, ut D. de obligationibus et actionibus l. obligationem fere § ult. (D. 44, 7, 44 § 6), et D. de verborum obligationibus l. stipulationes l. ita stipulatus (D. 45, 1, 53 et 115). Item si quid <sup>16</sup> aliquando tenet in predicta stipulatione, licet moram purgare promissori, ut C. de fideiussoribus et mandatoribus, l. sancimus (C. 8, 41, 26). Idem videtur etsi precedens pactio non sit obligatoria, dum saltem naturaliter teneat, ut et illa naturalis novetur mora adhibita, et secunda agatur. Quidam tamen dicunt contra, moram posse purgari ante litem contestatam <sup>17</sup> in utroque casu, idest si precedens pactio sit obligatoria, sive naturaliter tantum teneat, nisi intersit creditoris, ut D. de verborum obligationibus l. si ita quis, et l. si insulam, (D. 45, 1, 135 et 84) et D. si quis cautionibus l. et si post (D. 2, 11, 8) et C. de pactis <sup>18</sup> l. si pacto (C. 2, 3, 14) et C. de contrahenda

<sup>1</sup> Cod. add. l. pacta. — <sup>2</sup> Cod. conditione et om. est. — <sup>3</sup> Cod. plagii — <sup>4</sup> Cod. conditione, et om. est. — <sup>5</sup> Cod. impossibilis; correxi probabilis secundum coniecturam et Cod. P. — <sup>6</sup> Cod. inponitur — <sup>7</sup> Cod. dedisset. — <sup>8</sup> Cod. Sabitio ex coniectura et ex Dig. (D. 45, 1,

115 § 2). — <sup>9</sup> Cod. statum certum pro statim C. — <sup>10</sup> Cod. certum. — <sup>11</sup> Cod. inserit et. — <sup>12</sup> Cod. pactione. — <sup>13</sup> Cod. om. est. — <sup>14</sup> Cod. certum. — <sup>15</sup> Cod. si post mora purgari pro ut non... purgare. — <sup>16</sup> Cod. quis. — <sup>17</sup> Cod. inserit ut. — <sup>18</sup> Cod. pat?



stipulatione l. nuda (C. 8, 38, 5). Interest quoque utrum dies apponatur <sup>1</sup> intra quem fiat quod precedenti pacto convenit, an non. Si enim dies apponitur, die primum preterita, pena petetur, ut D. de verborum obligationibus l. in illa stipulatione et l. veluti si quis homicidium § si stipulatus et l. stipulationes et l. insulam (D. 45, 1, 8 et 27 § 1 et 53 et 124). Si vero dies non apponatur, statim cum fuerit in mora nomine pene agi poterit, ut D. de verborum obligationibus l. stipulationes non dividuntur § ult. et l. insulam l. existimo (D. 45, 1, 72 § 2, et 124, et 98).

### III

Qui <sup>2</sup> promittit hominem: aut in genere, aut in specie, idest certum hominem. Si <sup>3</sup> in genere, dando statuliberum non liberatur, et repetet, ut D. de solutionibus l. cum qui § qui hominem et l. qui decem § qui hominem (D. 46, 3, 38 § 3 et 72 § 5). Si in specie, idest certum hominem debet: aut suum aut alienum. Si alienum, solvendo statuliberum sine dolo et culpa sua, liberatur, ut D. de solutionibus l. si mihi et l. qui res § aream (D. 46, 3, 92 et 98 § 8), et tit. de verborum obligationibus l. is qui alienum et l. si servum (D. 45, 1, 51 et 91), et tit. de statuliberis l. statuliberum medio tempore (D. 40, 7, 9). Si vero suum: aut ex precedenti causa statuliberum <sup>4</sup> solvit, aut non. Si ex precedenti causa statuliberum <sup>5</sup> solvit, liberatur, ut D. de verborum obligationibus l. si servum stipulatus (D. 45, 1, 91). Si non ex precedenti causa, sed ex sequenti, veluti si <sup>6</sup> ab ipso statuliberum factum solvat, non liberatur nec repetet, ut D. de conditione indebiti l. Neratius (D. 12, 6, 63). Si tamen stipulator <sup>7</sup> agat, et hominem sibi dari intendit, doli mali exceptione repellitur, si statuliberum quem accepit non reddat, ut D. de solutionibus et liberationibus l. si cum aurum et l. si is cui (D. 46, 3, 50 et 94), et tit. de pignoratitia actione l. eleganter § qui reprobos (D. 13, 7, 24 § 1).

### III

Lite contestata sepe contingit reum abesse; quod quandoque ex contumacia, quandoque ex necessitate, quandoque sola negligentia vel voluntate. Cum abest contumaciter, siquidem nichil sufficienter est actitatum ex quo possit fieri certa coniectura, auditis allegationibus presentis, absente etiam legitime citato <sup>8</sup>, si venire distulerit, iudex non differat actorem in possessionem mittere et absentem contumacem petiorem constituere.

<sup>1</sup> Cod. apponuntur. — <sup>2</sup> Cod. inserit enim. — <sup>3</sup> Cod. om. si. — <sup>4</sup> Cod. stat. — <sup>5</sup> Cod. liberum. — <sup>6</sup> Cod. om. si. — <sup>7</sup> Cod. stipulatorum. — <sup>8</sup> Cod. scitato. — <sup>9</sup> Cod. dubites. — <sup>10</sup> Cod. om. condemnet. — <sup>11</sup> Cod.

Si vero causa est sufficienter actitata, tunc iudex, contracto heremoditio, absente legitime citato, non dubitet <sup>9</sup> sententiam proferre etiam pro absente, si viderit eum meliorem causam habere, cum eius absentia Dei repletur presentia. Aut contra, si eum viderit condemnandum, omni remedio appellationis in omni casu contumaciter absenti denegando condemnet <sup>10</sup>, ut C. de iudiciis, l. properandum § sin autem reus § cum autem (C. 3, 1, 13 § 3 et § 4), et C. quomodo et quando iudex, l. consentaneum (C. 7, 43, 8), et ubi in rem actio exerceri, l. Si quis (C. 3, 19, 2), et tit. quorum appellationes non recipiuntur l. I (C. 7, 65, 1). Si autem lite contestata contingit reum abesse necessitate, siquidem legitime vocatus, legitimum habuerit defensorem, et fuerit condemnatus; post reversionem, si voluerit appellari, dumtaxat ad appellationem restituetur. Qui, si nullum habuerit defensorem, vel forte minus legitimum, et legitime vocatus fuit <sup>11</sup>, condemnatus, ad totius cause <sup>12</sup> defensionem post reversionem restituetur, ut D. de in integrum restitutione l. ult. (D. 4, 1, 8), et C. ex quibus causis in integrum <sup>13</sup> restituuntur l. I, et III (C. 2, 54, 1 et 3), et tit. de procuratoribus l. quia (C. 2, 13, 4). Absenti autem post litem contestatam negligentia sola, si legitime vocatus nullum habuerit legitimum defensorem, postquam cognoverit se condemnatum, intra biduum vel triduum, appellare poterit, iure antiquo inspecto. Novissimo autem iure authenticorum intra X. dies, ut in Autent. de appellationibus, in collat. IIII (Nov. const. 23). Si vero legitimum habuerit procuratorem, et procurator non appellaverit, difficile est ut dominus audiatur, ut D. quando appellandum <sup>14</sup> sit, l. I § ult. (D. 49, 4, 1 § 15). Et hoc totum percipitur C. tit. quomodo et quando iudex, l. cessante, et l. ab eo, et l. consentaneum (C. 7, 43, 2 et 3 et 8), et C. de procuratoribus, l. quia (C. 2, 13, 4), et C. ubi in rem actio exerceri, l. si quis (C. 3, 19, 2), et C. de iudiciis, l. properandum (C. 3, 1, 13), et de restituenda in integrum l. ult. (D. 4, 1, 8), et C. ex quibus causis maiores in integrum restituuntur l. I et II (C. 2, 54, 1 et 2). Si vero actor <sup>15</sup> lite contestata abfuerit, ut reus <sup>16</sup> multiplici dilatione fatigetur, et triennii mete iam prope finem veniant, salvo eo quod dicitur de personali actione <sup>17</sup>, proponit legitime citatus post spatium trium mensium et unius anni, non expectato fine triennii, eadem ab omni actione. Nam in reali acione hoc locum habet, quod si actor legitime citatus venire noluerit, lite non contestata, vel lite contestata, sufficienter tamen non ea actitata, relaxatur reus <sup>18</sup> ab observatione iudicii; et licet sufficienter actitata non tamen proferatur sententia altera parte absente, nisi in

insetit vocatus. — <sup>12</sup> Cod. om. cause. — <sup>13</sup> Cod. om. integrum. — <sup>14</sup> Cod. appellandus. — <sup>15</sup> Cod. actore. — <sup>16</sup> Cod. res. — <sup>17</sup> Glossa marg.: Illa autem quoniam si actor venire distulerit qui semel actionem. — <sup>18</sup> Cod. res.

confinio trinnii debet iudex actorem legitime citare tribus vicibus per intervalla X. dierum, iure vero autenticorum per intervalla XXX. dierum; et si non est de causa sufficienter actitatum, absolvat reum ab observatione iudicii, et actorem in legitimas expensas condempnet. Si vero de causa sufficienter actitatum fuerit <sup>1</sup>, si viderit absentem meliorem causam habere, reum eum condempnet, sed de condempnatione omnes expensas a reo legitime factas deducat. Hec enim pena imponitur actori meliorem causam habenti, omni appellatione eidem neganda, sive reus absolvatur, sive minori quantitate condempnetur, ut C. de iuditiis, l. prope-randum § sed siquidem § cum autem (C. 3, 1, 13 § 2 et § 4) et in auth. de litigiosis <sup>2</sup> c. omnem vero. Collat. VIII. (Nov. const. 112, c. 3).

V

Qui ante litem contestatam abest, aut de re immobili quam possidet, aut de debito convenitur. Si de re immobili quam per se ipsum possidet convenitur, sententia commonitoria vocatur; si venire noluerit, mittitur actor in possessionem, non ut possideat, sed tantum custodiam et observationem habeat, ut actor tedio affectus veniat intra annum, cautionemque suscipiende litis prebeat et rem suscipiat, et super ea cognitionalia subeat certamina, ut C. de prescriptione <sup>3</sup> XXX vel XL annorum, l. si quis (C. 7, 39, 8). Idem dico si cautio legatorum sub conditione relictorum postuletur, ut D. ut in possessionem legatorum, l. is cui (D. 36, 4, 5). Cum vero de re immobili quam per alium possidet convenitur, si intra tempus a iudice diffinitum venire et se defendere noluerit, tamquam lite contestata ex eo die quo vocatus est ad iudicium, is qui eius nomine possidet, interrumpitur eius prescriptio, et negotio summatim examinato, si legitime vocatus venire distulerit, possessione privetur; de principali tamen questione posse litigare permittitur, ut C. ubi in rem actio experiri l. si quis (C. 3, 19, 2). Cum autem de debito personali, qui nunquam litem contestatus est convenitur <sup>4</sup>, si quidem habet mobilia, se moventia, cum ad circumscriptionem actionis latitat, sententia iudicantis et executionis perquisita, et quocumque occultatur eruta, pro tramite equitatis et modo debiti actori proficiat, ut C. de his qui ad ecclesiam confugiunt, l. presenti (C. 1, 12, 6), et l. de bonis auctoritate iudicis possidendis l. cum proponas (C. 7, 72, 9). Cum autem mobilia non habet vel non apparent, legitime vocatus si venire distulerit, iuxta mensuram declarati debiti in possessionem immobilium actorem mittet; et licet postea reus <sup>5</sup> venerit, tamen non audie-

tur, nisi omne dampnum actorum resarciat et idoneum prestet fideiussorem, ut in auth. in collat. V <sup>6</sup> de exhibendis reis c. si vero quidam (Nov. const. 53, c. 4).

VI

Cum quis agit alieno nomine, aut constat eum habere mandatum, aut constat eum non habere mandatum, aut dubitatur de mandato. Si constat eum habere mandatum, non cogitur cavere de rato sed tantum de defensione facienda arbitrio boni viri, ut C. de satisdando (C. 2, 57, 1), et D. rem ratam habere, l. ne satisdatio (D. 46, 8, 21). Si vero constat eum non habere mandatum, aut de his est personis que possunt agere sine mandato pro alio, aut non. Si de his personis est que sine mandato agere possunt pro alio, ut est frater <sup>7</sup>, filius, pater, affinis, libertus, maritus, oblata cautione de rato et de defensione arbitrio boni viri facienda, auditur, nisi certum sit eos contra voluntatem experiri. Sed si non est de his personis, etiam si offerat cautionem de rato, tamen repellitur, <sup>8</sup> ut D. de procuratoribus, l. sed hec l. per et l. non solum § si de dote et l. Pomponius § ult. (D. 3, 3, 13 et 72 et 39 § 3 et 40 § 4), et D. de negotiis gestis, l. si autem, l. si pupilli § ult. (D. 3, 5, 8, 6 § 12). Cum vero dubitatur de mandato; aut probabit mandatum, aut cavebit de rato. Sed etsi cavit de rato, si tamen probatur ab adversario eum non mandatum habere et iudicium et controversie nulle dicuntur nisi dominus, cognito hoc, ratum habuit, cum <sup>9</sup> ratihabitio mandato comparatur, ut D. de iudiciis, l. licet verum (D. 5, 1, 56), et D. de procuratoribus l. in cause et l. servum et l. sed hec (D. 3, 3, 33, 27 et 33 et 13), et C. de procuratoribus, <sup>10</sup> l. licet in initio (C. 2, 13, 24), et C. de satisdando (C. 2, 57, 1), et D. rem ratam habere l. ne satisdatio (D. 46, 8, 21).

VII

Constituitor procurator quandoque ad agendum quandoque ad defendendum. Cum ad agendum constituitor; aut suscipit procurationem, aut non suscipit. Si non suscipit, non tenetur, quia suscipere procurationem invitatus nemo cogitur, ut C. de procuratoribus l. invitatus (C. 2, 13, 17). Si autem suscipit: aut cavet de <sup>11</sup> defensione facienda, omnifariam defendere cogitur; nec sufficit stipulationem committi, <sup>12</sup> nisi agere causa cognita recusavit, ut D. de procuratoribus l. sed et hec § defendere et l. mutuo § ult. (D. 3, 3, 35 § 3 et 43, § 6). Sin autem ad defendendum constituitor, aut dominus cavit pro eo iudicatum solvi, aut ipsemet cavit,

<sup>1</sup> Cod. om. fuerit. — <sup>2</sup> Cod. legitimis. — <sup>3</sup> Cod. prescriptis. — <sup>4</sup> Cod. convertetur. — <sup>5</sup> Cod. res. — <sup>6</sup> Cod. om. V. et inserit ut. — <sup>7</sup> aut non... frater habet Cod. in marg. — <sup>8</sup> Cod. addit in marg.: ab

agendo, non tamen a defendendo, ut C. de procuratoribus, l. exigendi (C. 2, 13, 12) et D. eod. l. servum § puplice (D. 3, 3, 33 § 2). — <sup>9</sup> Cod. contra. — <sup>10</sup> Cod. inserit et l. — <sup>11</sup> Cod. om. de. — <sup>12</sup> Cod. ammitti.



domino forte absente. Si dominus cavit pro eo, omnino iudicium suscipere cogitur, nisi iustissima causa inter-  
venerit, ut sunt capitales inimicitie inter ipsum et do-  
minum, vel adversa valitudo vel necessaria peregrinatio:  
ubi non compellitur defendere, nisi cum res est tractu  
temporis peritura, domino etiam absente. Tunc vero  
litem tantum contestari compellitur. Alia iusta causa  
intercedente, nec iudicium accipere cogitur, nec stipu-  
latio committitur. Sin autem dominus cavit in scio vel  
invito procuratore, procurator non compellitur iudicium  
accipere, sed stipulatio ob rem non defensam commit-  
titur. Cum vero nec ipse nec procurator cavit, domino  
ut dixi absente, defendere non compellitur; sed ex sti-  
pulatione ob rem non defensam agitur, ut D. de procura-  
toribus, l. filius familias § ult., l. sed etiam, l. si post,  
l. si defunctus, et l. non cogendum (D. 3, 3, 8 et 12  
et 14 et 13 et 45) et D. iudicatum<sup>1</sup> solvi l. si ad de-  
fendendum (D. 46, 7, 10).

## VIII

Negotiorum gestorum actione conventus quandoque  
solum dolum, quandoque dolum et latam culpam prestat,  
quandoque dolum<sup>2</sup> et omnem culpam, quandoque etiam  
de fortuito casu tenetur. Dolum solum prestat si af-  
fectione ductus, ne bona distrahantur, negotiis gerendis  
se obtulit, ut D. de negotiis gestis l. III § interdum  
(D. 3, 5, 3 § 9). Dolum et latam culpam prestat heres  
curatoris utili negotiorum gestorum actione conventus.  
Dolum et omnem culpam ipse curator prestat, et qui  
gerit aliena negotia sponte non deserta, sed que alius  
forte diligentior erat gesturus, ut C. de negotiis gestis,  
l. curatoris et l. tutori (C. 2, 19, 17 et 20). Dolum  
autem et casum fortuitum et omnem culpam prestat  
is qui aliena negotia gerens non deserta, novum aliquod  
gerere inchoavit quod dominus non erat solitus gerere,  
puta: vitrea vasa emendo; ut si quod dampnum conti-  
gerit, ad gestorem pertinebit; lucrum vero ad dominum  
spectabit, facta tamen compensatione lucri et dampni,  
ut D. de negotiis gestis l. si negotia absentis (D. 3,

<sup>1</sup> Cod. indicatio. — <sup>2</sup> Cod. om. dolum. — <sup>3</sup> Cod. habet in glossa  
marg.: ut D. de conditione indebiti l. in summa § indebitum (D. 12,  
6, 65, 59), D. de negotiis gestis l. solvendo, (D. 3, 5, 39), C. de solu-  
tionibus l. invito (C. 8, 43, 12), quae omnia Cod. ms. paris. habet in  
corpore distinctionis. — <sup>4</sup> Cod. habet in glossa marg.: ut D. de solu-  
tionibus, l. vero procuratori et l. solutam (D. 46, 3, 12 et 49), C.  
mandati l. procuratorem (C. 4, 35, 11), D. de procuratoribus l. qui  
proprio (D. 3, 3, 46), D. de pignoratitia actione l. solutum § solutam  
(D. 13, 7, 11 § 5). Cfr. adnot. praecedentem. — <sup>5</sup> Cod. habet in glossa  
marg.: ut C. de solutionibus, l. invito (C. 8, 43, 12), D. de solutionibus  
l. vero procuratori, l. solutam et l. si quis (D. 46, 3, 12, et 49 et 58),  
D. de negotiis gestis l. si pupilli, l. Pomponius (D. 3, 5, 6 et 9). Cfr.  
adnot. praecedentem. — <sup>6</sup> Et in marg. sup. glossa: ut C. de solutio-  
nibus l. cum maritum, l. invito, et l. si (C. 8, 43, 11 et 12 et 19),  
D. de solutionibus, l. qui hominem § si nullo et l. si quis offerenti

5, 11). Alias autem fortuitus casus non prestatur nisi  
ex pacto speciali, ut C. de negotiis gestis, l. negotium  
(C. 2, 19, 22).

## VIII

Qui exigit a debitore alieno, aut nomine creditoris,  
aut suo, aut alieno. Si suo nomine exegerit debito-  
rem non liberat; sed si conditione indebiti solvit, obli-  
gat<sup>3</sup>. Cum autem creditoris nomine exegerit aut credi-  
toris mandato, aut sine eius mandato. Si eius mandato,  
debitor liberatur, et qui exigit actione tenetur mandati,<sup>4</sup>  
Cum autem sine mandato creditoris eius nomine exegerit,  
aut creditor ratum habet, debitor liberatur et negotiorum  
gestorum actione tenetur<sup>5</sup>. Si vero ratum non habet,  
debitor illa solutione non liberatur; sed conditione inde-  
biti experitur contra illum cui solvit.<sup>6</sup>

## X

Qui vendit<sup>7</sup> rem communem aut vendit eam ut pro-  
prium aut ut communem. Si quis vendit rem communem  
ut propriam: aut est communis ex causa hereditaria,  
aut alio modo. Item qui vendit rem communem ex causa  
hereditaria ut propriam, aut confitetur eam heredita-  
riam aut diffitetur. Si diffitetur eam hereditariam fuisse<sup>8</sup>  
tenetur petere hereditatem, cum pretium loco rei  
succedat, ut C. familie eriscunde l. in familie (C. 3,  
36, 20). Si vero confitetur hereditariam, familie eriscunde  
iudicio convenitur, ne res absurda sit, ut res  
que peti possit petitione hereditatis si coheres diffitea-  
tur hereditariam, dividi non possit iudicio familie eriscunde  
si confiteatur hereditariam, ut D. familie heriscunde  
l. inter coheredes § si coheredes (D. 10, 2,  
44 § 2), et de petitione hereditatis l. sed si lege § Senatus-  
consultum (D. 5, 3, 25 § 19).<sup>9</sup> Qui vero rem<sup>10</sup> communem  
alio modo quam ex causa hereditaria vendidit ut propriam  
non tenetur de pretio aliqua actione, nisi in subsidium:<sup>11</sup>  
puta, re usucapta vel prescripta vel alio modo perempta.  
Tunc enim datur negotiorum gestorum actio de parte

(D. 46, 3, 34, § 4, 58), D. de conditione indebiti l. cum indebitum  
(D. 12, 6, 57), C. de negotiis gestis l. si pecuniam (C. 2, 19, 9), et de  
conditione indebiti l. creditoris (C. 4, 5, 8). Cfr. adnot. praecedentem.  
— Glossam habet Cod. in margine laterali: Similis in novo. Q. (vel  
potius A, vel P.) Et in margine inferiori: Si autem nomine alieno  
a debitore tuo exigat, aut mandato illius, aut sine mandato exegit.  
Et hoc casu, aut ille ratum habet, aut non. Si ergo nomine alieno  
ipsius mandato quis a debitore tuo exegerit, debitor quidem non  
liberatur. Unde, qui mandavit conditione indebiti obligatur, ut  
D. de conditione indebiti l. cum indebitum § 1 (D. 12, 6, 57 § 1).  
Si vero sine mandato nomine alieno a debitore tuo exegerit: si  
quidem ille ratum habuerit, idem est. Si autem ratum non habue-  
rit, is qui exegerit tenebitur, ut e. l. et t. e. l. si procurator  
(D. 12, 6, 57 et 6) P. — <sup>7</sup> Cod. inserit eam. — <sup>8</sup> Cod. om. fuisse  
— <sup>9</sup> Cod. Senatus consultus. — <sup>10</sup> Cod. om. rem. — <sup>11</sup> Cod. defectum.

pretii, ut C. de rei vindicatione l. mater (C. 3, 32, 3), et D. de negotiis gestis l. ult. (D. 3, 5, 49). Cum autem vendit eam ut communem: aut coheredis vel socii mandato, aut sine eorum mandato. Si eorum mandato, de parte pretii obligatur, ut C. familie herciscunde l. in familie (C. 3, 36, 20), et <sup>1</sup> pro socio l. si unus ex sociis (D. 17, 2, 67). Si vero sine mandato rem communem ut communem vendit, aut coheres seu socius ratum habet, et tunc agit de pretio negotiorum gestorum actione <sup>2</sup>, ut C. familie herciscunde l. in familie <sup>3</sup> (C. 3, 36, 20). Si ratum non habet, non <sup>4</sup> petet pretium; sed post rem suam vendicabit, quoniam plus parte sua alienare non potuit, <sup>5</sup> ut pro socio l. nemo ex (D. 17, 2, 68), et C. de communium rerum alienatione l. I (C. 4, 52, 1); eo salvo tamen quod dicitur in fisco, ut ratione proprii privilegii rem communem in solidum vendere possit, ut C. de communium rerum alienatione l. I (C. 4, 52, 1).

XI

Cum minor XXV annorum vendit, aut est in pupillari etate aut excessit pupillarem etatem. Si est in pupillari etate; aut vendit cum tutore, aut sine eius auctoritate. Si non eius auctoritate vendiderit, ipse quidem, non obligatur, sed qui cum eo contrahit ei obligatur. <sup>6</sup> Sed exceptione iuvatur si cum <sup>7</sup> eo agitur, et non offerat quod convenit <sup>8</sup>, ne pupillus sibi cum alieno detrimento locupletetur, ut in Instit. de auctoritate tutorum (I. 1, 21), et D. de rescindenda venditione l. si id (D. 18, 5, 7), et de actionibus empti l. Iulianus (D. 19, 1, 13), prope finem legis. Cum vero vendit cum tutore; aut que possunt alienari sine decreto, aut ea que non possunt sine decreto alienari. Si quidem ea vendantur que possunt alienari sine decreto, tenet venditio et invicem contrahunt obligationem. Sed, pupillo leso, in integrum, causa <sup>9</sup> cognita, dari potest restitutio. Si autem ea vendantur que decreti interpositionem desiderant, si quidem interponatur decretum solemniter, contrahitur quidem, ut supra dixi, obligatio. Sed causa cognita impetrari poterit a iudice restitutio. Sed cum decretum non interponitur, ipso iure nichil agitur, nec in integrum restitutio est postulanda. Cum adultus distrahit, aut habet curatorem, aut non. Si curatorem habet, aut eo auctore vendit, aut sine eius auctoritate. Cum non habet curatorem, et que sine decreto distrahi possunt distrahit, tenet obligatio et contingit liberatio; <sup>10</sup> sed ut dixi, causa cognita dari poterit restitutio. Idem dico si curatorem <sup>11</sup> habet et eo auctore distrahit que decreti <sup>12</sup> auctoritatem non exigunt. Nam in his que

<sup>1</sup> Cod. inserit de. — <sup>2</sup> Cod. aut neg. g. non agit si ratum habet pro et tunc et cet. — <sup>3</sup> Cod. om. in familie. — <sup>4</sup> Cod. nec. — <sup>5</sup> Cod. inserit sed si socius totorum bonorum. — <sup>6</sup> Cod. om. ei obligatur. — <sup>7</sup> Cod. sicut pro si cum. — <sup>8</sup> Cod. inserit reum. — <sup>9</sup> Cod. om. causa. —

decreti sollempnitatem desiderant, idem dicimus quod in tutore, ut ipso iure non valeat. Post inpletam tamen legitimam etatem, taciturnitate IIII annorum confirmatur, nisi per donationem res talis ad alium transferatur. Tunc enim legitima etate inpleta, X vel XX anni postulantur, excepta donatione propter nuptias. Si autem curatorem habens sine eius auctoritate contrahat, nulla ex eo contractu contra eum nascitur obligatio <sup>13</sup> nec <sup>14</sup> in integrum desideratur restitutio. Rati tamen habitio post legitimam etatem facta <sup>15</sup>, confirmatur ita ut <sup>16</sup> que in maiori etate sunt gesta, sive a pupillo sive ab adulto, ut C. de restitutionibus militum l. si cum (C. 2, 51, 6), et C. Si adversus donationem l. si in te (C. 2, 30, 2), et C. de prediis et aliis rebus (C. 5, 71), de rebus minorum sine decreto non alienandis l. II et l. si predia et l. si fundus <sup>17</sup> (D. 27, 9, 2 et 11 et 13), et C. si maior factus ratum habuerit l. I <sup>18</sup> et l. II <sup>19</sup> (C. 2, 46, 1 et 2).

XII

Qui contrahit cum filiofamilias, aut contrahit cum eo dando mutuam pecuniam, aut alias. Si dat mutuam pecuniam: aut patre sciente, vel postea ratum habente, aut omnino patre nolente. Cum dat patre sciente vel patiente vel postea ratum habente, omnino non solus filius sed etiam pater obligatur, quia quanto minus ignorans tenetur, tanto magis sciens obligatur, ut D. de minoribus l. denique § 4 (D. 4, 4, 3 § 4), et C. ad Macedonianum <sup>20</sup> l. Zenodorus, et l. si permittente, et l. si filius et l. Macedoniani (C. 4, 28, 2 et 4 et 6 et 5). Cum vero mutua pecunia datur filiofamilias patre nolente, aut datur contra Macedonianum, aut eo permittente. Si contra Macedonianum mutua pecunia filiofamilias datur, nec pater nec ipse tenentur, sive sit adhuc in potestate, sive sui iuris morte patris, vel emancipatione esse ceperit, ut in Instit. quod cum eo qui in alterius potestate (I. 4, 7). Si eo permittente, obligatur pater vel de in rem verso, ut puta: si accepit ut se aleret et vestiret, ut D. de in rem verso l. III (D. 15, 3, 3); vel obligatur pater vel pecculio tenus, puta dum degit alibi causa studiorum et accepit pecuniam in causis in quibus pietas patris non recusaret, ut C. ne filius pro patre l. I (C. 4, 13, 1), et C. ad Macedonianum l. Macedoniani (C. 4, 28, 5), et D. ad Macedonianum l. Item (D. 14, 6, 7) prope finem. Et quidem in hoc casu, si minor est, filius restitutione iuvatur. Sed si <sup>21</sup> patris iussu accepit, omnimodo restitutio denegatur, ut C. de filiofamilias minore, l. ult. (C. 2, 23, 2), et D. de minoribus l. denique (D. 4, 4, 3).

<sup>10</sup> Cod. alienatos. — <sup>11</sup> Cod. creatorem — <sup>12</sup> Cod. de creditoris. — <sup>13</sup> Cod. om. obligatio. — <sup>14</sup> Cod. non. — <sup>15</sup> Cod. factam. — <sup>16</sup> Cod. om. ut. — <sup>17</sup> Cod. add. si quod sine. — <sup>18</sup> Cod. inserit si quando. — <sup>19</sup> Cod. inserit si sine. — <sup>20</sup> Cod. inserit si quod. — <sup>21</sup> Cod. sicut pro sed si.



Cum autem alias cum filiofamilias<sup>1</sup> contrahitur, aut patre iubente, aut non. Si patre iubente, locum habet accio quod iussu. Si eo non iubente, sed tantum sciente, in merce peculiari locum habet tributoria, ut D. de tributoria l. I (D. 14, 4, 1), et tit.<sup>2</sup> quod iussu l. I (D. 15, 4, 1). Cum ignoravit, si quidem vertit in rem patris sui filius, tenetur pater de in rem verso. Sed si non vertit, agitur cum patre dumtaxat de peculio cum filio manente in potestate in solidum, liberato a potestate in quantum facere potest, C. quod cum eo l. II, et III, et l. ei, et l. si ex alio, et l. ult. (C. 4, 26, 2 et 3 et 7 et 9 et 13) et D. quod<sup>3</sup> cum eo l. II et l. si filius et l. si pater (D. 14, 5, 2 et 5 et 7).

XIII

Cum quis pro minore intercedit, aut pro eo naturaliter et civiliter, aut tantum civiliter obligato. Si pro minore civiliter tantum obligato intercedat, non tenetur, quemadmodum si pro<sup>4</sup> prodigo cui facta est bonorum interdictio, vel pro furioso intercederet, ut D. de verborum obligationibus l. is cui (D. 45, 1, 6), et de fideiussoribus l. si a reo § si a furioso (D. 46, 1, 70 § 4). Si autem intercedet pro eo qui<sup>5</sup> naturaliter tantum obligatus est, tenetur quidem ei apud quem fideiussit; sed mandati non experitur, ut D. de fideiussoribus l. Marcellus (D. 46, 1, 25). Cum vero intercedit pro eo civiliter et naturaliter obligato, non tantum cui fideiussit tenetur, sed contra eum pro quo fideiussit experitur, ut C. de fideiussoribus minorum l. I (C. 2, 24, 1), et D. de fideiussoribus l. si a reo (D. 46, 1, 70). Distinguendum est tamen<sup>6</sup> utrum intercedat quis pro minore in necessariis et pretoriis satisfactionibus an in voluntariis obligationibus. Nam in pretoriis et necessariis stipulationibus, forte sine distinctione fideiussoribus eorum succurritur, ut D. de procuratoribus l. minor (D. 3, 3, 51). In voluntariis autem obligationibus distinguitur utrum sit minor lesus sua facilitate, aut captus ab adversarii calliditate; ut cum est lesus sua tantum simplicitate, fideiussoribus minoris non subvenitur. Sed cum est deceptus dolo adversarii, non tantum minori, sed etiam fideiussori succurritur, ut C. de fideiussoribus minorum l. I (C. 2, 24, 1), et D. de minoribus l. in cause et l. denique (D. 4, 4, 13 et 3), et D. de solutionibus l. Sticum § quod vulgo (D. 46, 3, 95 § 3), et D. de procuratoribus l. minor<sup>7</sup> (D. 3, 3, 51).

XIII

Cum predium pignori obligatum distrahitur, aut est minoris XXV annorum, aut maioris. Si est maioris, aut

<sup>1</sup> Cod. filio. — <sup>2</sup> Cod. inserit de. — <sup>3</sup> Cod. inserit et l. dominum. — <sup>4</sup> Cod. om. pro. — <sup>5</sup> Cod. quod. — <sup>6</sup> Cod. inserit non videtur. — <sup>7</sup> Cod. om. minor. — <sup>8</sup> Cod. om. aut ab eo qui non habet. — <sup>9</sup> Cod. vendicator. — <sup>10</sup> Cod. superfulvo. — <sup>11</sup> Cod. inserit et. —

a creditore habente ius distrahendi distrahitur, aut ab eo qui non habet.<sup>8</sup> Si ius distrahendi creditor non habet et distrahit, debitori non preiudicatur sed vendicatio<sup>9</sup> contra possidentem dabitur. Si autem ius distrahendi habet et sollempniter distrahit, aut bona fide et iusto pretio, aut dolo malo. Si bona fide et iusto pretio, dominium transfertur; sed pignoratitia de superfluo<sup>10</sup> convenietur creditori. Cum vero mala fide et fraudolenter vendidit, aut emptor fraudem scit aut ignorat. Si fraudem ignorat, nullo iure tenetur, sed creditor pignoratitia tenetur. Sed<sup>11</sup> si emptor fraude participatus est, aut creditor<sup>12</sup> solvendo est, aut non. Si quidem solvendo est, ipse, ut dixi, pignoratitia convenitur; emptor vero, qui fraude participatus est, fraudatorio interdicto tenetur, ut C. si vendito pignore agatur l. I et l. si uxor<sup>13</sup> (C. 8, 30, 1 et 3), et D. de solutionibus l. pupilli (D. 46, 3, 96). Cum autem predium pignori obligatum est minoris, aut distrahitur a tutore, vel curatore, aut a creditore. Si distrahitur a tutore vel curatore,<sup>14</sup> siquidem<sup>15</sup> sine decreto, ipso iure non valet quod geritur. Si vero cum decreto, causa cognita, minor restituetur. Sed cum a creditore distrahitur, aut est pignus conventionale, aut pretorium, aut iudiciale. Si est pretorium, vel iudiciale, potest quidem a creditore sine<sup>16</sup> decreto alienari, et siquidem bona fide, non restituetur minor nisi ratione enormis dampni. Sed si mala fide distrahit, etiam occasione minimi dampni minori dabitur restitutio. Sed si pignus fuerit conventionale, si quidem a minore cum decreto fuerit obligatum,<sup>17</sup> est quod supra dixi; si vero a parte minoris, vel ab alio cui<sup>18</sup> minor successit, fuerit obligatum, siquidem bona fide a creditore distrahitur, nulla minori datur restitutio, sed contra tutorem vel curatorem experiat. Sed si creditor non bona fide versatus est, et minor enorme dampnum passus non est, ipse pignoratitia conveniri poterit, et tutor, ut supra dixi. Cum vero minor enorme<sup>19</sup> dampnum ex tali<sup>20</sup> fraudolenta venditione patitur, in integrum restituitur, ut C. si adversus venditionem pignorum l. II (C. 2, 29, 2), et de prediis l. I et l. II (C. 5, 71, 1 et 2).

XV

Delinquit<sup>22</sup> minor quandoque faciendo, quandoque pretermittendo. Cum delinquit pretermittendo, iuvatur adeo ut etiam ipso iure inlesus conservetur, ut si minor mater filio pupillo tutorem non petiit, ut C. si adversus delictum l. licet (C. 2, 35, 2), et C. quando mulier tutele officio l. II (C. 5, 35, 2). Cum autem delinquit faciendo: aut ex animo aut non ex animo. Cum non ex

<sup>12</sup> Cod. inserit idem creditor venditor. — <sup>13</sup> Cod. om. l. I et l. si uxor. — <sup>14</sup> Cod. addit vel a creditore. — <sup>15</sup> Cod. habet bis siquidem. — <sup>16</sup> Cod. si non. — <sup>17</sup> Cod. inserit et. — <sup>18</sup> Cod. cum. — <sup>19</sup> Cod. om. enorme. — <sup>20</sup> Cod. inserit factum — <sup>21</sup> Cod. inserit et — <sup>22</sup> Cod. delinquit.

animo delinquit, sed extra, in integrum restitutione iuvatur; sed si ex animo delinquit, in criminibus quidem etatis suffragio non iuvatur, nisi quatenus miseratio etatis promonet iudicem ad mitigandam penam. In levioribus vero, licet non in delicto, tamen circa delictum iuvatur, ut si potuit dampnum pro fure <sup>1</sup> decidere et non decedit, vel si de dampno potuit confiteri et negavit. Restituetur enim ut pro confesso <sup>2</sup> habeatur, ut C. si adversus delictum l. I (C. 2, 35, 1), et D. de minoribus l. si ex causa § nunc et l. auxilium (D. 4, 4, 9 § 2 et 37), et C. de penis l. impunitus (C. 9, 47, 7).

XVI

Qui solvit minori vel eius tutori vel curatori <sup>3</sup> quandoque liberatur, quandoque non. Item cum liberatur, quandoque minor restitutione iuvatur quandoque non. Ipso iure non liberatur cum solvit pupillo sine tutore, vel adulto curatorem <sup>4</sup> habenti sine eius auctoritate. Si tamen pupillus vel adultus habeant pecuniam salvam doli mali exceptione repellentur, ne <sup>5</sup> cum alieno detrimento locupletentur, ut in Instit. quibus alienare (l. 2, 8), et D. de solutionibus l. pupillo et l. in pupillo (D. 46, 3, 15 et 47), et D. de doli exceptione l. apud (D. 44, 4, 4), et D. de exceptionibus l. in pupillo (D. 44, 1, 4). Cum vero solvit tutori vel curatori liberatur quidem, sed, ut dixi, quandoque minor restitutione iuvatur, quandoque non. Si solvit debitor tutori vel eius curatori iudiciali sententia, saltem interlocutoria, permittente, et liberatur et restitutio denegatur, ut in Instit. quibus liceat alienare § nunc admonendi (l. 2, 8 § 2). Idem dico si sine ulla iudiciali sententia solvit tutori vel procuratori redditus, vel pensiones vel usuras non excedentes biennes metas et quantitatem C. solidorum. Si autem ex feneratoria cautione vel ex alia simili causa vel usuras maiores tutori vel curatori <sup>6</sup> solvit, nulla iudiciali sententia precedente, ipso iure quidem liberatur, ut D. de administratione tutorum l. Lutus § tutorem § ult. (D. 26, 7, 46 § 2 et § 7). Sed causa cognita minor in integrum restitutione iuvatur, ut Instit. quibus alienare licet (l. 2, 8), et C. de administratione tutorum l. sancimus et l. constitutionem (C. 5, 37, 25 et 27), et C. si adversus solutionem l. I (C. 2, 33, 7), et D. de minoribus l. ait pretor (D. 4, 4, 7).

XVII

Cum quis solvit aut est maior XXV annorum, aut est minor. Si est maior, aut solvit debitum, aut indebitum. Si debitum solvit, non repetit. Si autem indebitum:

aut nullo iure indebitum, aut iure tantum civili <sup>7</sup> debitum <sup>8</sup>, naturali indebitum, aut iure naturali <sup>9</sup> debitum, civili indebitum. Si nullo iure debitum: aut sciens solvit, aut <sup>10</sup> ignorans. Si sciens solvit, repetitio cessat, si ignorans factum vel ius solvit, competit repetitio, nisi aliqua specialis ratio eam inhibeat, ut res iudicata, vel transactio, vel iusiurandum, vel causa que crescit in litem per inficiationem, ut C. de conditione indebiti l. 1 (C. 4, 5, 1) mandati l. si fideiussor (D. 17, 1, 29). Idem dico in eo indebitum <sup>11</sup> quod iure naturali est indebitum, licet civiliter debeatur, ut spe future munerationis. Si vero naturaliter tantum debetur, ut lege facta de Macedoniano, si per errorem facti solvitur <sup>12</sup>, repetitur; si per errorem iuris, non repetitur <sup>13</sup>, ut C. de iuris et facti ignorantia, l. cum quis ignorans (C. 1, 18, 10). Cum autem minor solvit: aut debitum, aut indebitum. Si debitum: aut cum tutore, aut sine tutore. Si sine tutore <sup>14</sup> vendicabit, si existat; condicet, si consumptum <sup>15</sup> est, si tamen eius non interest esse solutum, ut D. de conditione indebiti l. interdum (D. 12, 6, 29). Si cum <sup>16</sup> tutore, liberatur. Sed cum indebitum solvit, si quidem videbitur omnino vel iure naturali indebitum <sup>17</sup>, licet civili debitum, omnino repetitur, vel vendicatione si extat et solvit sine tutore vel curatore, vel conditione si consumptum est. <sup>18</sup> Sed etsi debitum iure naturali solvat, licet per iuris errorem, tamen restitutione petita, repetet, ut C. si adversus solutionem l. indebitum (C. 2, 33, 2).

XVIII

Cum fiscus distrahit rem alienam, aut distrahit ut alienam, aut distrahit eam ut suam. Si distrahit eam ut alienam; aut sollempniter re subastata, aut non. Si sollempniter: aut bona fide et iusto pretio, aut per collusionem minoris pretii. Si sollempniter et bona fide et iusto pretio distraxerit, firmitatem obtinebit emptio, dum tamen si persona minoris fuerit inserta, legitimi defensoris persona adsit venditioni. Si vero venditio <sup>19</sup> minus sollempniter nulla iusta auctoritate Presidis interveniente facta est, hanc ratam servari iura non concedunt, sed oblata fisco indemnitatem restituetur, ut C. si adversus fiscum l. Edicto (C. 2, 37, 3), et de rescindenda venditione l. si quos (C. 4, 44, 16), et <sup>20</sup> si propter pensiones publicas <sup>21</sup> l. I et II et III (C. 4, 46, 1, et 2 et 3), et D. de rescindenda venditione l. penult. (D. 18, 5, 9). Cum autem fiscus distrahit rem alienam ut propriam, aut accipienti bona fide, olim locum habebat Edictum divi Marci quod tuebatur emptorem prescriptione quinquennii, nisi res distracte essent minoris XXV

<sup>1</sup> Cod. profuere. — <sup>2</sup> Cod. confessio. — <sup>3</sup> Cod. creatori. — <sup>4</sup> Cod. curatore. — <sup>5</sup> Cod. nec. — <sup>6</sup> Cod. tutor vel curator. — <sup>7</sup> Cod. civiliter. — <sup>8</sup> Glossa marg. causa indebiti. — <sup>9</sup> Cod. om. aut iure naturali. — <sup>10</sup> Cod. om. aut. — <sup>11</sup> Cod. debito. — <sup>12</sup> Cod. inserit et.

— <sup>13</sup> Cod. repetit. — <sup>14</sup> Cod. om. si sine tutore. — <sup>15</sup> Cod. consumpta. — <sup>16</sup> Cod. bis cum. — <sup>17</sup> Cod. om. indebitum. — <sup>18</sup> Cod. om. vel e. s. c. est. — <sup>19</sup> Cod. venditor. — <sup>20</sup> Cod. inserit non. — <sup>21</sup> Cod. publicas.



annorum. Sed hodie Edicto sublato, locum habet etiam Zenonis constitutio que dicit emptorem statim esse securum sive conveniatur sive experiatur. Sed qui dicit rem suam vel sibi obligatam, infra continuum quadriennium contra fiscum experiatur. Quo transacto, omni auxilio privatur. Et <sup>1</sup> hoc quidem verum esse in specialibus rebus, non in hereditate a fisco distracta, quidam asserunt; sed mihi videtur verum esse in omnibus, l. illa D. loquente secundum sua tempora que est in tit. de petitione hereditatis l. nec (D. 5, 3, 13). Et quod dico in fisco idem accipe in Principe et eius coniuge, ut in Instit. de usucapionibus (l. 2, 6); et C. si adversus fiscum l. Edicto (C. 2, 37, 3); et de quadriennii prescriptione l. omnis et l. bene (C. 7, 37, 2 et 3). Cum autem fiscus distrahit rem alienam ut propriam scienti alienam, dicunt quidam <sup>2</sup> emptorem nullo iure se tueri, ne tantum forte nascatur iniuriarum accio unde iura nascuntur; quibus non assentio <sup>3</sup> nisi forte cum fiscus erravit <sup>4</sup> et emptor scivit, ad instar legis <sup>5</sup> que est in C. de his qui a non domino manumittuntur l. ult. (C. 7, 10, 7).

### XVIII

Servus quandoque emit mancipium nomine domini, quandoque suo nomine, ut ex causa peculiari. Cum domini nomine: aut domini mandato, aut sine domini mandato. Cum domini mandato emit: aut nomine mandati certum sibi emi, au tincertum. Cum nomine domini sine eius mandato vel eo mandato incertum sibi emi comparavit, servi scientia et non domini spectatur, ut D. de edilitio edicto l. cum mancipium (D. 21, 1, 51); et de litigiosis l. si servus (D. 44, 6, 2). Cum autem nomine domini emit mandato <sup>6</sup> sibi certum <sup>7</sup> emi, scientiam domini et non servi spectatur, ut D. de contrahenda emptione l. si servo (D. 18, 1, 13); et de litigiosis l. si servus (D. 44, 6, 2); et tit. D. de edilitio edicto l. cum mancipium (D. 21, 1, 51); et de liberali causa l. in servo emente (D. 40, 12, 17). Cum autem suo nomine emit, videlicet ut habeat in peculio, sive domino mandante emat, sive sine eius mandato, sui et non domini scientia <sup>8</sup> spectatur, ut D. de contrahenda emptione l. in huiusmodi (D. 18, 1, 12); et de publiciana <sup>9</sup> l. sed et <sup>10</sup> (D. 6, 2, 7 § 13); de edilitio edicto l. cum mancipium (D. 21, 1, 51); et tit. pro emptore l. II (D. 41, 4, 2). Distinguitur tamen <sup>11</sup> utrum dominus ab initio cum servus emit ex causa peculiari, scivit <sup>12</sup> rem alienam, aut postea; ut <sup>13</sup> si posteaquam servus emerit cognoverit esse alienam, nichilominus usucapiatur; cum autem ipso tempore emptionis

cognovit rem alienam, non usucapiatur, ut D. pro emptore, l. II (D. 41, 4, 2). Sed cum filiusfamilias emerit liberum credens servum, siquidem ex causa peculiari, pater qui scivit et presens fuit <sup>14</sup> non habebit accionem, quia potuit filium ne emeret prohibere <sup>15</sup>, ut D. de liberali causa l. imo eum <sup>16</sup> § plane (D. 40, 12, 16 § 4).

### XX

Qui rem alienam possidere desiit: aut dolo malo, aut sine dolo malo. Si sine dolo malo nulla in rem accione <sup>17</sup> utili vel <sup>18</sup> directa tenetur. Si vero dolo possidere desiit <sup>19</sup>, aut causa mutandi iudicii, aut non <sup>20</sup>. Si causa mutandi iudicii dolo desiit possidere, non tantum <sup>21</sup> utili in rem tenetur, dolo pro possessore habito; sed etiam restitutoria in factum a Pretore data, qua actor consequitur quanti eius interest duriolem adversarium non habere. Cum autem dolo tantum et non causa mutandi iudicii desiit possidere, licet utili in rem dolo pro possessore <sup>22</sup> habito teneatur, hac tamen in factum restitutoria non convenietur. Non enim alienat qui dumtaxat possessionem omittit. Sed si causa mutandi iudicii desiit possidere, non tamen <sup>23</sup> dolo malo, sed quia <sup>24</sup> maluit re carere quam pro ea litigare, non tenetur. Eius enim verecunda <sup>25</sup> cogitatio non est vituperanda qui litem execratur, sed eius dumtaxat qui cum rem habere vult, ad alium transfert ut molestum adversarium opponat <sup>26</sup>, ut est de alienatione iudicii mutandi causa facta l. III et III (D. 4, 7, 4 et 3).

### XXI

Stipulatur quandoque paterfamilias quandoque filiusfamilias. Cum filiusfamilias: quandoque sibi, quandoque patri, quandoque sibi et <sup>27</sup> patri. Cum sibi stipulatur: aut in peculio castrensi, aut in pagano. Si in peculio castrensi stipulatur sibi, omnino acquirit filiusfamilias, cum in eo peculio quasi paterfamilias estimetur. Idem in quasi castrensi. Cum vero in peculio pagano stipulatur: aut in profectio, aut in adventio. Si in profectio omnino patri acquiritur. Si in adventio, sibi quidem quantum ad proprietatem, patri vero quantum ad usumfructum. Si vero sibi <sup>28</sup> et patri in peculio castrensi et quasi, in omni casu in quo patri non acquiritur, recte persona patris ad hoc adicitur ut ei soli solvi possit. In peculio autem profectio superfluo persona patris adicitur, et quidam dicunt totam stipulationem inutilem, quasi non inveniatur in cuius persona collata sit stipulatio et in cuius solutio. Mihi autem videtur sola adiectio inu-

<sup>1</sup> Cod. qui. — <sup>2</sup> Cod. quia. — <sup>3</sup> Cod. absentio. — <sup>4</sup> Cod. eravit. — <sup>5</sup> Cod. eas legere. — <sup>6</sup> Cod. mandatis. — <sup>7</sup> Cod. circum. — <sup>8</sup> Cod. om. scientia. — <sup>9</sup> Cod. publicana. — <sup>10</sup> Cod. et enequi. — <sup>11</sup> Cod. om. tamen — <sup>12</sup> Cod. sive. — <sup>13</sup> Cod. om. postea ut; *supplevi ex Cod. ms. Paris.* — <sup>14</sup> Cod. om. fuit. — <sup>15</sup> Cod. prohiberet.

— <sup>16</sup> Cod. in initio. — <sup>17</sup> Cod. nullam in rem accionem. — <sup>18</sup> Cod. om. vel. — <sup>19</sup> Cod. possides *omisso* desiit. — <sup>20</sup> Cod. om. aut non. — <sup>21</sup> Cod. tamen. — <sup>22</sup> Cod. possessione. — <sup>23</sup> Cod. tantum. — <sup>24</sup> Cod. qui. — <sup>25</sup> Cod. verecundia. — <sup>26</sup> Cod. ponant. *Cod. paris. secutus sum.* — <sup>27</sup> Cod. aut. — <sup>28</sup> Cod. aut.

tilis et superflua, cum eo nomine mihi queram, etsi patri quesivi obligationem<sup>1</sup>, ut dicitur de servo stipulante sibi, aut primo suo domino, ut D. de stipulatione servorum l. etsi (D. 45, 3, 24). Cum autem paterfamilias stipulatur, siquidem sibi,<sup>2</sup> omnimodo sibi<sup>3</sup> acquirit, ut nec filio solvi possit. Sed si filio stipuletur, in his quidem que sui<sup>4</sup> iuris sunt, et sibi possunt adquiri. Idem dico ut<sup>5</sup> si patri queratur, nec filio<sup>6</sup> solvatur invito patre. Si autem sibi aut filio; sibi quidem obligationem acquirit, filio vero solvi potest, ut D. de verborum obligationibus l. dominos, et l. eum qui, et l. quod dicitur (D. 45, 1, 30 et 56 et 130); et de soltuionibus l. Stichum aut Pamphilum (D. 46, 3, 95).

## XXII

Mora fit quandoque iure communi, quandoque iure singulari. Iure communi fit mora non ex re que vertitur in debito pure et eius tempore, ut si pure mihi debeas; sed ex persona, ut si, interpellatus oportuno loco et tempore, non solvit; quod quidem a iudice debet extimari, ut D. de usuris, l. mora (D. 22, 1, 32). Mora que fit<sup>7</sup> iure singulari, vel ratione rei, vel<sup>8</sup> privilegio persone fit.<sup>9</sup> Ratione rei dupliciter: vel equitate ipsius rei, ut fructuum perceptione, ut D. de actionibus empti l. curabit (C. 4, 49, 5); et de actionibus empti l. Julianus, (D. 19, 1, 13); vel odio ipsius rei, ut in furto, ut D. de conditione furtiva l. in re, et l. ult. (D. 13, 1, 8 et 20). Vel fit mora privilegio persone, ut cum debetur minori, ut sine ulla interpellatione mora fieri intelligitur, in his videlicet que moram<sup>10</sup> desiderant, non ad exhibendam sed coerendam<sup>11</sup>, ut in contractibus bone fidei et in legatis et in fideicommissis, ut C. in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria l. in personam. (C. 2, 41, 3).

## XXIII

Ius aliud civile, aliud pretorium. Civile aliud commune aliud singulare. Commune quidem idem statuit in maiore et minore, ut cum minor iure communi dampnum patitur, singulare quidem minores illesos faciat<sup>12</sup>. Ius pretorium quidem commune idem<sup>13</sup> statuit in maiore et minore, ut in actione de constituta pecunia, omnibus dandum in fine iusiurandum. Ius pretorium singulare quidem minores restituit.

## XXIV

Qui credit se heredem esse, cum non sit, et solvit debitum hereditarium, aut solvit suo nomine contem-

plando suam personam quasi ipse per se<sup>14</sup> debeat, aut contemplatione hereditatis que debet. Si contemplatione et in intuitu hereditatis solvit, non repetit quod solvit, cum a creditore qui suum recepit nulla fit repetitio; sed in restitutione hereditatis deducet, vel cum herede aget negotiorum gestorum actione<sup>15</sup> vel condictione ex lege, ut C. de petitione hereditatis l. de herede et l. ult. (C. 3, 31, 5 et 12); et D. de conditione indebiti l. repetitio (D. 12, 6, 44); et D. de negotiis gestis l. que utiliter (D. 3. 5. 45). Si vero credens se debere, suo nomine solvit, debitorem non liberat. Si tamen velit, imputabit id petitori; vel si noluerit, repetet ab eo cui solvit. Licet enim debitum<sup>16</sup> quis recipiat, si tamen is<sup>17</sup> qui dat indebitum dat, repetitio locum habet, ut C. de condictione indebiti l. si a patre (C. 4, 5, 5); et D. de petitione hereditatis l. quod si, l. si possessor (D. 5, 3, 16 et 52); et D. de conditione indebiti l. si pene<sup>18</sup>, l. in summa (D. 12, 6, 19 et 65).

## XXV

Donat pater filio quandoque emancipato quandoque in potestate constituto. Cum datur filio emancipato, ab initio quidem valet donatio; sed si est immoderata, is qui Provinciam regit, ad similitudinem querele inofficiosi testamenti, auxilium equitatis impertiet; cum etiam novissimo iure authenticorum filius qui donationem meruit ceteris necesse habeat supplere legitimam portionem que deberi poterat ante donationem, ut C. de inofficiosis donationibus, l. II et III (C. 3, 29, 2 et 3); Auth. de immensis donationibus, coll. VII (Nov. const. 92). Cum vero donat pater filio in potestate constituto, aut<sup>19</sup> donat ei ut extraneo, aut ut filio ad instar domini servo suo donantis<sup>20</sup>, sibi animo remunerandi, ut D. in rem verso l. si pro<sup>21</sup> § si domini (D. 15, 3, 10, § 7). Si donat ei ut extraneo, ab initio quidem non valet donatio, sed morte quidem patris in eadem voluntate perseverantis confirmatur, legitima tamen aliis filiis reservata iudicio familie heriscunde. Sed cum donat pater filio ut filio: aut donat conferendo in eum supremum iudicium, aut permittens tantum habere in peculio. Si donat filis, conferendo in eum supremum iudicium, idem est quod dixi cum scilicet donat filio ut extraneo, idest ut<sup>22</sup> donatio ab initio non valeat, sed morte patris salva unicuique legitima confirmetur<sup>23</sup>. Si vero donat pater filio ut filio, permittens tantum habere in peculio, ut C. tit. de collationibus habetur l. si donatione (C. 6, 20, 13), nec ab initio valet, nec post mortem patris confirmatur<sup>24</sup>, immo contra iuris rationem desiderat

<sup>1</sup> Cod. qui aut mihi patri, que si vertit obligatur. Cod. Paris. secutus sum. — <sup>2</sup> Cod. si. — <sup>3</sup> Cod. om. sibi. — <sup>4</sup> Cod. om. sui. — <sup>5</sup> Cod. et. — <sup>6</sup> Cod. om. filio. — <sup>7</sup> Cod. fecit. — <sup>8</sup> Cod. ut. — <sup>9</sup> Cod. om. fit. — <sup>10</sup> Cod. mora. — <sup>11</sup> Cod. coherendam. — <sup>12</sup> Cod. inserit conservat. — <sup>13</sup> Cod. om. idem. — <sup>14</sup> Cod. pentisse. — <sup>15</sup> Cod.

om. actione. — <sup>16</sup> Cod. inserit si. — <sup>17</sup> Cod. his. — <sup>18</sup> Cod. penum. — <sup>19</sup> Cod. autem. — <sup>20</sup> Cod. donanti. — <sup>21</sup> Cod. a patre. — <sup>22</sup> Cod. habet in glossa marg. ut C. de inofficiosis donationibus li II (C. 3, 29, 2), quae omnia Cod. ms. paris. cum aliis in corpore distinctionis habet. — <sup>23</sup> Cod. cum. — <sup>24</sup> Cod. confirmatur.



habere precipuum is cui donatur, et hoc totum invenitur in C. de inofficiosis donationibus l. II (C. 3, 29, 2); et tit. familie herciscunde l. filie (C. 3, 36, 18); et tit. de collationibus l. si donatione, l. illam (C. 6, 20, 13 et 19). Obicitur tamen adhuc talis contrarietas: Iudex familie herciscunde non interponit se, nisi in his rebus que erant in bonis patris tempore mortis, sed ratihabitio donationis facte filio ut extraneo, vel filio conferendo in eum supremum iudicium, idest ut dixi mortis intuitu reducitur ad id tempus quo facta fuit, ut C. de donationibus inter virum et uxorem, l. donationes (C. 5, 16, 25). Si ad id tempus reducitur, ab initio valuisse creditur. Si ab initio valuit, fuit in bonis filii <sup>1</sup> et non in bonis patris tempore mortis: ergo iudex familie herciscunde non interponere se debet. Solutio. Hec ratihabitio non retrotrahitur quantum ad dominium, sed quantum ad utilitatem, et fructus quos filius percepit; non enim intelligitur in bonis filii fuisse quantum ad dominium, sed quantum ad fructus. Si opponatur quidem: Hec ratihabitio retrotrahitur sicut et alie ratihabitiones, ut C. de donationibus inter virum et uxorem l. donationes (C. 5, 16, 25); respondetur sic: Ratum habeo <sup>2</sup> quandoque quod ab initio ratum habere potui, ut gestum a procuratore, ubi omnimodo retrotrahitur ratihabitio etiam quantum ad dominium. Quandoque ratum habeo quod <sup>3</sup> ab initio ratum habere non potui, ut donationem factam in filium vel uxorem, ubi non potest retrotrahi quantum ad dominium, sed quantum ad fructus <sup>4</sup>. Iudex ergo familie herciscunde iuste se interponit, quia fuit in bonis patris tempore mortis. Vel forte interest utrum confirmetur talis donatio tacite vel expressim; utrum sollempniter, an solis verbis; ut si tacite vel solis verbis, valeat ab initio; quibus forte in casibus loquitur lex de donationibus inter virum et uxorem (C. 5, 16, 25); si confirmatur sollempniter, a morte demum valeat <sup>5</sup> et vim relicti obtineat, quo casu de inofficiosis donationibus (C. 3, 29, 2) et tit. familie herciscunde <sup>6</sup> (C. 3, 36, 18) loquitur.

## XXVI

Possessorum quidam bone fidei, quidam male fidei. Possessor bone fidei, siquidem conveniatur petitione hereditatis, deducet omnes impensas necessarias et omnes fructus prestabit ex quibus factus est locupletior, sive extantes <sup>7</sup> sive consumpti sunt. Si vero est male fidei possessor, omnes fructus extantes <sup>8</sup> et perceptos ante litem contestatam prestabit iudicis <sup>9</sup> officio. De consumptis non absolvitur, sive existat ex his locupletior, sive non; impensas recuperabit necessarias et utiles, et

<sup>1</sup> Cod. filiis. — <sup>2</sup> Cod. abeo. — <sup>3</sup> Cod. quidem. — <sup>4</sup> Cod. om. ad dominium, sed quantum ad fructus. Ex Cod. paris. supplevi. — <sup>5</sup> Cod. valet. — <sup>6</sup> Cod. familierciscunde. — <sup>7</sup> Cod. ex tactu. — <sup>8</sup> Cod. extantis. — <sup>9</sup> Cod. inserit iud. — <sup>10</sup> Cod. voluptarias. —

voluptarias <sup>10</sup> abradet, nisi dominus tantum dare paratus est quantum percepturus est his rebus abradet. Si vero male fidei possessor est, et sine titulo, tenetur de perceptis et percipiendis fructibus vel pensionibus; impensas non <sup>11</sup> recuperabit nisi necessarias, utiles abradet, ut C. de rei vindicatione l. domum (C. 3, 32, 5). Sed si habet titulum et bonam fidem de perceptis iterum tenetur.

## XXVII

Restitutiones postulantur quandoque a maioribus, quandoque ab eorum heredibus. Cum a maioribus postulantur, <sup>12</sup> toto tempore iuste absentie, tribuuntur; sed post reversionem et sarcinolarum compositionem intra continuum quadriennium, de eo in quo lesi sunt in absentia, restituuntur. Ita tamen totum quadriennium habent, si per quadriennium affuerunt et tanto tempore lesi sunt; non enim plus eiusdem quadriennii indulgetur quam in absentia ammiserunt, ut D. ex quibus causis in integrum restituuntur, l. sed etsi (D. 4, 6, 26). Minores autem restitutiones possunt postulare toto tempore minoris etatis; et post legitimam etatem, intra continuum quadriennium restitui poterunt de eo quod in minori etate contigit. Similiter, post veniam etatis impetratam, quadriennium indulgetur; ita tamen ut transacto quadriennio post veniam etatis, si adhuc minor est, nunquam causa cognita denegetur <sup>13</sup> restitutio de eo quod <sup>14</sup> ante veniam etatis impetratam contigit. Cum autem heredem restitui postulatur, distinguendum est utrum <sup>15</sup> maior succedat maiori vel minori, vel minor succedat maiori vel minori. Cum maior succedit maiori, post aditam hereditatem vel bonorum possessionem petitam, statim currit tempus quod defuncto supererat. Cum vero maior succedit minori vel maiori in absentia defuncto, statim, ut dixi, adita <sup>16</sup> hereditate, currit quadriennium ad impetrandam restitutionem ex persona defuncti. Sed cum minor minori succedit, post impletam heredis etatem, <sup>17</sup> datur quadriennium. At cum minor succedit maiori, impleta ipsius heredis etate, illud tantillum tempus indulgetur quod supererat <sup>18</sup> defuncto, ut C. de temporibus restitutionum in integrum l. I et III et V et VII (C. 2, 53, 1 et 4 et 5 et 7). Iure vero Authenticorum, si minor de dote non numerata non queritur, restituetur eatenus, ut a die certi matrimonii intra XII annos posset queri de dote non numerata; quo mortuo intra predictum tempus, <sup>19</sup> heredi eius dabitur <sup>20</sup> annus. Sed si minor sit heres minoris non querentis vel forte maioris intra predictum tempus XII annorum intendentis, V annos habeat ad querelam de non numerata dote faciendam, non expectato exitu

<sup>11</sup> Cod. bis non. — <sup>12</sup> Cod. postulatur. — <sup>13</sup> Cod. causam cognitam denegatur. — <sup>14</sup> Cod. qui. — <sup>15</sup> Cod. ut. — <sup>16</sup> Cod. om. adita. — <sup>17</sup> Cod. hereditatem. — <sup>18</sup> Cod. quis ferat. — <sup>19</sup> Cod. om. tempus. — <sup>20</sup> Cod. dabit.

etatis ipsius excedentis. Cum autem maior scribit se accepisse dotem quam non accepit; <sup>1</sup> siquidem post consecutionem <sup>2</sup> dotalium instrumentorum, nullam habebit de non numerata dote exceptionem, ut C. de non numerata pecunia l. in contractibus (C. 4, 30, 14). Cum vero alias scribit se accepisse dotem quam non accepit, siquidem <sup>3</sup> matrimonium intra biennium solvatur, ipsi vel heredi eius datur annus ad querelam faciendam. Si vero ultra biennium usque ad X annos extendatur, ipsi vel eius heredi <sup>4</sup> post dissolutum matrimonium datur querela intra tres menses. Sed si constante matrimonio decennium <sup>5</sup> transiit, et ipsi et eius heredi <sup>6</sup> querela denegetur, ut in Auth. de tempore non solute pecunie super dotem in collatione VIII <sup>7</sup> c. generaliter (Nov. const. 100, c. 2).

## XXVIII

Dolus inest quandoque contractui bone fidei quandoque contractui stricti iuris. Cum inest contractui stricti <sup>8</sup> iuris, sive causam ei det, sive alias ex proposito insit, tenet contractus, et ex eo accio nascitur, sed doli exceptione eliditur, ut C. de inutilibus stipulationibus l. dolo (D. 8, 39, 5). Cum vero causam contractui bone fidei dolus dat, ipso iure contractus deficit, nec ex eo actio nascitur. Si tamen sequatur traditio, transfertur dominium, et <sup>9</sup> contra illum qui emit vel alias accepit ab eo qui dolum adhibuit <sup>10</sup> nulla <sup>11</sup> competit accio. Sed contra illum qui dolum commisit de dolo dabitur actio; et si possidet, indebiti quoque conditio, ut D. de dolo l. eleganter, et l. quod <sup>12</sup> venditor (D. 4, 3, 7 et 37); et C. de rescindenda venditione l. si dolo, et l. dolus (C. 4, 44, 5 et 10). Cum vero inest dolus, nec dat contractui causam, sed alias inest: aut ex proposito, aut re ipsa. Si ex proposito, omnino purgatur, proposita actione ex contractu, et si unius nummi sit, deficit, ut D. de dolo l. si quis affirmat (D. 4, 3, 9); et tit. de actionibus empti l. tenetur, et l. Iulianus § si dolo (D. 19, 1, 6 et 13 § 8). Si dolus inest re ipsa, distinguendum est utrum equitate pacti possit tolerari annon, ut siquidem equitate pacti tolerari possit, non agatur, quia licet contrahentibus se naturaliter circumvenire. Si autem talis est deceptio que non possit tolerari equitate pacti, puta si emit plus duplo, <sup>13</sup> vel vendidit minus dimidio <sup>14</sup> iusti pretii, quod inequaliter factum est, in melius est reformandum; et ideo, proposita actione, ex contractu agatur, ut sit in potestate emptoris, vel iustum pretium dare, vel quod <sup>15</sup> dedit recuperare, restituta re empti, ut C. de rescindenda venditione l. rem maioris et l. si voluntate (C. 4, 44, 2 et 8); et D.

<sup>1</sup> Cod. accepit non. — <sup>2</sup> Cod. conditionem. — <sup>3</sup> Cod. si quid. — <sup>4</sup> Cod. om. heredi. — <sup>5</sup> Cod. bis decennium. — <sup>6</sup> Cod. inserit eius. — <sup>7</sup> Cod. VII. — <sup>8</sup> Cod. om. stricti. — <sup>9</sup> Cod. om. et. —

de iure dotium l. si res (D. 23, 3, 12); et D. si quid in fraudem <sup>16</sup> patroni l. I § si quis (D. 38, 5, 1 § 12).

## XXVIII

Qui experitur, aut suo nomine, aut alieno. Si suo nomine, iudicio sisti satisfacere compellitur, nisi sit rerum immobilium possessor vel is <sup>17</sup> qui non semper satisfacere compellitur, sed tantum cavere, nullo iureiurando inserto. Iudicatum vero solvi suo <sup>18</sup> nomine conventus prestare compellitur. Actor autem, etiam suo nomine agens, iure Authenticorum fideiussorem dare iubetur, qui usque ad finem litis permaneat; et si victus fuerit litem iniuste movisse, decimam dabit quantitatis comprehense in libello conventionis, ut Instit. de satisfactionibus (I. 4, 11); D. qui satisfacere cogantur l. sciendum est (D. 2, 8, 15); et C. de episcopis et clericis l. omnes (C. 1, 3, 33); et in Auth. de litigiosis c. ad excludendas (Nov. const. 112, c. 2); et tit. de exhibendis et introducendis reis (C. 9, 3). Qui autem alieno nomine experitur, siquidem agendo, si de mandato dubitatur, non tantum iudicio sisti, sed etiam de rato cavere iubetur, et de defensione faciendae viri boni arbitrio. Sed si alterum defendit nisi dominus pro eo cavet ipse non tantum de defensione sed etiam iudicatum solvi satisfacere iubetur, ut C. de satisfando (C. 2, 57, 1); et in Instit. de satisfando (I. 4, 11).

## XXX

Novatio alia voluntaria, alia necessaria; alia per litis contestationem, alia per sententiam. Voluntaria novatio dicitur que fit per stipulationem vel delegationem que <sup>19</sup> ipso iure tollit cum novat priorem obligationem. Novatio vero necessaria est que fit per rem iudicatam, que novat quidem et perimit priorem obligationem, sed non ipso iure, sed per exceptionem. Ea vero que fit per litis contestationem priorem quoque obligationem novat, sed neque ipso iure, neque per exceptionem tollit; sed informat et meliorem facit. Nam si non erat usuraria, facit eam usurariam; si non erat perpetua vel in heredes transitoria, facit eam perpetuam vel in heredes transitoriam, ut D. de novationibus l. aliam (D. 46, 2, 29); et C. de iudiciis l. I (C. 3, 1, 1); et de usuris l. sancimus (C. 7, 54, 3); et D. de usuris l. lite (D. 22, 1, 35); et de regulis iuris l. non solet deterior, et l. nemo enim, et l. omnes actiones (D. 50, 17, 86 et 87 et 139); et in Instit. de exceptionibus (I. 4, 13); et D. de actionibus et obligationibus l. constitutionibus (D. 44, 8, 33).

<sup>10</sup> Cod. abuit. — <sup>11</sup> Cod. nullam. — <sup>12</sup> Cod. qui. — <sup>13</sup> Cod. dolo. — <sup>14</sup> Cod. dandi a. — <sup>15</sup> Cod. qui. — <sup>16</sup> Cod. bis in fraudem. — <sup>17</sup> Cod. his. — <sup>18</sup> Cod. om. suo. — <sup>19</sup> Cod. quo.



XXXI

Questio status quandoque maiori XIII annis, quandoque pupillo movetur. Cum maiori: quandoque principaliter infertur, quandoque secundo refertur. Item quandoque apud competentem iudicem, quandoque apud pedaneum. Cum apud competentem iudicem maiori infertur vel refertur, examinatur et terminatur. Si apud pedaneum iudicem principaliter infertur, nec examinatur nec terminatur. Sed si apud pedaneum secundo refertur, examinatur; sed principaliter de ea non iudicatur. Sufficit ei tamen qui libertate utitur ad victoriam secundam eundem de principali causa <sup>1</sup> iudicatum esse. Idem dico si in pupillo, licet apud Presidem, secundo referatur. Cum vero pupillo principaliter movetur, licet apud competentem iudicem, tamen in tempus pubertatis differtur, nisi intersit pupilli modo examinari causa <sup>2</sup> et terminari, puta si obstetrices <sup>3</sup> vel alii testes supersint, ut C. de iudiciis l. quotiens (C. 3, 1, 3); et tit. de ordine iudiciorum l. I et III (C. 3, 8, 1, et 3); et tit. de Carboniano edicto l. I et II (C. 6, 17, 1 et 2); et tit. de ordine cognitionum <sup>4</sup> l. I et III <sup>5</sup> et V et VI (C. 7, 19, 1 et 3 et 5 et 6); de Carboniano edicto l. Carbonianum (C. 6, 17, 2).

XXXII

Causa alia criminalis alia civilis. Civilis alia de pecunia, alia de persona, idest de statu: que quandoque incidit, quandoque principaliter movetur. Similiter criminalis quandoque principaliter movetur, quandoque secundo refertur, ubi quandoque civili pretermissa principaliter agitur de crimine. Nam sepe causa criminalis preiudicat civili vel criminali; sepe civilis civili vel etiam criminali. Criminalis causa preiudicat criminali, ut cum quis de minore <sup>6</sup> crimine accusat, et ei maius crimen <sup>7</sup> falsi obicitur; tunc enim maius crimen minori preiudicat, ut C. qui accusare non possunt l. 1, et l. neganda (C. 9, 1, 1 et 19), ut accusanti de <sup>8</sup> adulterio crimen lenocinii obicitur, ut C. ad legem Iuliam de adulteriis <sup>9</sup> l. quoniam, et l. ita, et l. adulterii (C. 9, 9, 26 et 28 et 33). Criminalis autem preiudicat civili, ut si petas fundum vel aliam rem et proferas instrumentum quod ego dico falsum: tunc enim prius de crimine queretur <sup>10</sup>, nisi causa morande solutionis crimen falsi obiciatur, ut C. <sup>11</sup> si ex falsis instrumentis, l. ult. (C. 7, 58, 4); et tit. ad legem Corneliam de falsis l. II, et l. damus (C. 9, 22, 2 et 23). Civilis quoque sepe preiudicat criminali, ut si accuses me lege Favia de plagiariis et ego dico servum meum vendidisse; vel cum dico eum qui me

<sup>1</sup> Cod. om. de et causa. — <sup>2</sup> Cod. add. nec. — <sup>3</sup> Cod. obstetrices. — <sup>4</sup> Cod. or' on'. — <sup>5</sup> Cod. inserit c. — <sup>6</sup> Cod. minorum. — <sup>7</sup> Cod. crimine. — <sup>8</sup> Cod. om. de. — <sup>9</sup> Cod. om. de adulteriis. — <sup>10</sup> Cod.

accusat servum meum vel alienum esse. Civilis autem civili preiudicat ut si petas hereditatem vel rem aliquam et servus dicaris, ut C. de ordine cognitionum (C. 7, 19); et tit. ad legem Favianam de plagiariis l. plagi criminis (C. 9, 22, 13); et tit. de rei vindicatione l. quotiens (C. 3, 32, 15).

XXXIII

Distrahitur eadem res duobus, quandoque ab eodem domino, quandoque ab uno <sup>12</sup> non domino et domino, quandoque ab uno domino, quandoque a diversis non dominis. Cum ab eodem domino eadem res duobus distrahitur, is potior est in retinendo et petendo <sup>13</sup> dominio cui primo loco res tradita est, si fides de pretio ei habita est. Idem dico si ab eodem non domino res duobus vendatur, ut his potior habeatur qui primum ab eo possessionem accepit. Sed si emi a Titio non domino, et possessionem accepi, et tu postea ab eodem Titio domino eiusdem rei ex successione facto emeris, potior ero, sive possideam sive publiciana <sup>14</sup> petam. Cum enim eundem auctorem <sup>15</sup> habemus, semper potior est qui primum ab eo eum accepit. Si vero emimus a diversis, ego et tu: tu a non domino, ego a domino, semper potior ero, sive prius, sive postea possessionem accepi. Cum autem emimus a diversis non dominis; aut agimus inter nos, aut contra extraneum. Si alter nostrum contra alterum agit, is <sup>16</sup> potior est qui possidet. Si vero contra extraneum agamus, is preferitur <sup>17</sup> qui primum emit <sup>18</sup> et possidet, ut C. de rei vindicatione l. quotiens (C. 3, 32, 15); et D. de publiciana actione l. sive autem (D. 6, 2, 9); et tit. de rei vindicatione l. si a Titio (D. 6, 1, 72); et tit. de exceptione rei vendite l. si a (D. 21, 3, 2); et de actionibus empti l. si ea res (D. 19, 1, 31); et tit. de exceptionibus (D. 44, 1); qui potiores in pignore l. si non dominus (D. 20, 4, 14); et de doli mali exceptione l. apud (D. 44, 4, 4) prope finem legis.

XXXIII

In dotem datur quandoque proprietas, quandoque usufructus. Cum usufructus in dotem datur, maritus iure communi proprietatem alienare et obligare prohibetur. Cum autem proprietatem in dotem datur, aut datur in dotem estimatam aut inestimatam. Si inestimata, prohibetur maritus iure singulari, idest lege Iulia, obligare et alienare ipsam proprietatem. Si vero datur in dotem estimatam: aut simpliciter, idest nullo pacto de ipsa restituenda <sup>19</sup> apposito, aut non simpliciter. Si non simpliciter, aut eo pacto ut res omnimodo reddatur,

querentur. — <sup>11</sup> Cod. om. C. — <sup>12</sup> Cod. eo. — <sup>13</sup> Cod. competendo. — <sup>14</sup> Cod. publiciana. — <sup>15</sup> Cod. actorem. — <sup>16</sup> Cod. his. — <sup>17</sup> Cod. profertur. — <sup>18</sup> Cod. agit. — <sup>19</sup> Cod. restitutione.

aut eo ut res vel extimatio dissoluto matrimonio prestatetur. Si eo pacto ut res vel estimatio prebeat: aut convenit ut mariti sit electio vel mulieris, aut non convenit cuius sit electio. Si proprietas estimata <sup>1</sup> bona fide simpliciter in dotem datur, maritus ut emptor et obligare et alienare potest, ut C. de iure dotium l. quotiens et l. cum dotem (C. 5, 12, 5 et 10). Idem dico si convenit ut vel ipsa res vel estimatio restituatur, sive nominatim convenit ut eius sit electio, sive nichil de electione dicatur. Si vero convenit ut mulieris sit electio, prohibetur alienare et obligare lege Julia, ut C. de fundo dotali l. I (C. 5, 29, 1); et D. eod. l. quod <sup>2</sup> si fundus (D. 23, 5, 11). Idem dico si convenit ut dissoluto matrimonio, omnino res si extat reddatur, ut C. de naufragiis <sup>3</sup> (C. 11, 5); et de iure dotium l. quotiens, et l. si inter virum (C. 5, 12, 5 et 21); et de fundo dotali l. si extimatio (C. 5, 23, 1); et soluto matrimonio l. I (C. 5, 18, 1); et D. de iure dotium l. plerumque, et l. cum post divortium (D. 32, 3, 10 et 69); et de fundo dotali l. quod si fundus (D. 23, 5, 11).

## XXXV

Peculium aliud castrense, aliud paganum, aliud medietatem inter utrumque retinet quod quasi castrense nuncupatur. Item paganum: aliud profectitium, aliud adventitium. Castrense peculium vel quasi omnimodo filii est, vero ususfructus in eo patri acquiritur. Sed in dividenda hereditate <sup>4</sup> patris filio ut proprium adiudicatur, ut C. de bonis que liberis l. cum oportet (C. 6, 61, 6); et in Instit. per quas personas nobis acquiritur (I. 3, 29). Profectitium peculium dicitur quod ex re patris filio obvenit, ut si pater filio fundum <sup>5</sup> in peculio concessit et filius fructus percepit; vel ancillam, et partum ediderit; vel equam, et pullum emiserit: quod omnimodo patri acquiritur et in hereditate patris dividenda ad communionem <sup>6</sup> deducitur, et iudicis officio partitur, detracto <sup>7</sup> tamen a filio quod creditoribus peculiaribus debet. Si vero pater filio pecuniam concesserit, ut eam feneret et usuras percipiat, diversi diversa sentiunt. Nam dicit B. quod patri omnimodo queritur usura quia quod <sup>8</sup> occasione patris profectum est hoc ad eum redire debet, et quia usure vicem fructuum obtinent, ut in Instit. per quas personas (I. 3, 29); et D. de usuris l. vel usure (D. 22, 1, 34). Ugo dicit filium non tam ex re patris quam ex negotiatione sua hoc querere, unde sibi non patri acquirit, ut D. de verborum significatione l. usura pecunie (D. 50, 16, 121). Adventitium autem peculium dicitur quod alias non ex re patris filio acqui-

<sup>1</sup> Cod. estimatio. — <sup>2</sup> Cod. qui. — <sup>3</sup> Cod. inserit l. interest. — <sup>4</sup> Cod. om. hereditate. — <sup>5</sup> Cod. fundus. — <sup>6</sup> Cod. a communione. — <sup>7</sup> Cod. de contracto. — <sup>8</sup> Cod. qui. — <sup>9</sup> Cod. ut. — <sup>10</sup> Cod.

ritur, forte suis laboribus, vel prospera forte fortuna, vel donationibus amicorum; ubi <sup>9</sup> quidem patri tantum ususfructus acquiritur, proprietas vero omnimodo filio reservatur, nec iudicio familie heriscunde communicatur; sed ut proprium <sup>10</sup> ei adiudicatur, ut C. de inofficioso testamento l. ult. (C. 3, 28, 37); et familie heriscunde l. certum est (C. 3, 36, 13); et de collationibus l. filie licet, et l. si donatione (C. 6, 20, 12 et 13); et de bonis que liberis in potestate constitutis l. cum (C. 6, 61, 6); et de bonis maternis l. I et II (C. 6, 60, 1 et 2); et in Instit. per quas personas nobis acquiritur (I. 3, 29). Iure vero Authenticorum etiam ususfructus patri non <sup>11</sup> acquiritur in eo quod filio datur vel relinquitur ab aliquo parente ea conditione ne patri obveniat ususfructus. Item excipitur hereditas fratris ad quam una cum patre vocatur, et si quid forte aliud querit lege predicta, ut in Auth. de heredibus ab intestato c. consequens (Nov. const. 118); et ut liceat matri et avie (Nov. const. 117). Idem est in his que ex legibus deferuntur liberis parentibus presumentibus solvere in integrum sine causis lege diffinitis, ut in Auth. ut nulli iudicium liceat habere loci servactorem c. quia vero aliqui (Nov. const. 134 c. 11).

## XXXVI

Qui alienam rem a non domino emit vel ex divisione accepit: aut bona fide, idest credens rem esse tradentis, aut mala fide idest sciens non esse tradentis. Si bona fide accepit: aut ab eo qui bona fide tradidit, aut ab eo qui mala fide. Si ab eo qui bona fide tradidit accepit, re sollempniter evicta, de evictione experitur, nisi <sup>12</sup> nominatim convenit ne evictio prestatetur. Tunc re evicta utilitas non debetur, pretium autem debetur. Non enim ratio bone fidei patitur hanc conventionem valere ut emptor rem ammittat et venditor pretium retineat, nisi forte incertum et quasi incertum resarciat. Si autem a male fidei possessore alienante accepit, etiam si nominatim convenerit ne, re evicta prestatetur et quasi incertum emit, tamen propter dolum venditoris qui non <sup>13</sup> denunciavit alienam esse, condempnatur, ut D. de hereditate vel <sup>14</sup> actione vendita l. hoc autem (D. 18, 4, 12); et de actionibus empti l. I et l. tenetur et l. ex empto § ult. et l. quero (D. 19, 1, 1 et 6 et 11 § 18 et 39); et de edilitiis actionibus l. quero <sup>15</sup> (D. 21, 1, 58). Qui vero mala fide, id est sciens, a non domino emit vel ex divisione sciens rem alienam vel alii obligatam accepit pro evictione non experitur nisi <sup>16</sup> nominatim stipulatione <sup>17</sup> vel saltem pacto pro evictione caveatur, alias nec pro pretio recuperando

propria. — <sup>11</sup> Cod. om. non. — <sup>12</sup> Cod. mihi. — <sup>13</sup> Cod. de. — <sup>14</sup> Cod. om. vel. — <sup>15</sup> Cod. quare. — <sup>16</sup> Cod. om. nisi. — <sup>17</sup> Cod. stipulationem.



agetur cum non sit equum pretium male fidei emptoribus restitui debere; tamen salvo eo quod specialiter dicitur de eo qui rem legatam sub conditione vel in diem, si eius rei gratia tantum accepit. Est enim novum et speciale, ut C. communia utriusque iudicii <sup>1</sup> l. familie erciseunde, l. si fratres (C. 3, 38, 9 et 7); et de evictionibus l. si fundum (C. 8, 45, 27); et de prescriptione XXX annorum l. cum asseveres (C. 7, 39, 1); et communia de legatis (C. 6, 43, 3); et de actionibus empti l. I et l. quero (D. 19, 1, 1 et 39).

XXXVII

Cum testator in testamento aliquid legat vel scribit, quandoque in preiudicium heredum omnium vel quorundam, quandoque in preiudicium creditorum vel debitorum. Cum in preiudicium heredum <sup>2</sup> aliquid scribitur vel allegatur, aut iurat testator id ita esse ut scribitur vel dicitur, aut simpliciter ita dicit vel scribit et non iurat. Si iurat id ita esse, heredes omnino necesse habent stare religioni aut minime fruuntur his que <sup>3</sup> relicta sunt. Si vero simpliciter dicit vel scribit, tunc etiam heredes non prohibentur inquirere et res persequi. Sed si in preiudicium debitorum vel creditorum aliquid scribitur vel allegatur a defuncto, indistincte, iuret vel non, eis non preiudicatur, ut in Auth. de iureiurando a moriente (Nov. const. 48); et C. communia utriusque iudicii l. scriptura (C. 3, 38, 10); et de probationibus l. rationes (C. 4, 19, 6); et arbitrium tutele l. I (C. 5, 51, 1); et de testamentis l. verba (C. 6, 23, 6); et tit. si certum petatur l. quamvis, et l. si absentis (C. 4, 2, 2 et 14).

XXXVIII

Qui mutuam dat pecuniam: aut suam, aut alienam. Si alienam: aut suo nomine, aut eius cuius est. Si nomine eius cuius est mutuo dat: aut ratum habet is cuius nomine dedit, aut non. Si ratum habet, ei acquiritur conditio; si ratum non habet, is qui mutuo dedit mandatis sibi actionibus experitur, vel cessante mandato utili aget. Si mutuo dat, aut stipulatur suo nomine alienam pecuniam <sup>4</sup> sibi reddi, aut non. Si <sup>5</sup> sibi reddi stipulatur, actionem sibi querit. Si autem sibi reddi <sup>6</sup> stipulatus non fuerit, nullam sibi ex numeratione parat actionem, sed pecunia sumpta habebit conditionem, ut C. si certum petatur l. quamvis, et l. si absentis (C. 4, 2, 2 et 14); et de pignoribus l. etsi (C. 8, 14, 16); et D. si certum petatur l. <sup>7</sup> non omnis, et l. si a furioso,

<sup>1</sup> Cod. addit et. — <sup>2</sup> Cod. herede. — <sup>3</sup> Cod. qui. — <sup>4</sup> Cod. inserit vel. — <sup>5</sup> Cod. sed. — <sup>6</sup> Cod. om. reddi. — <sup>7</sup> Cod. inserit quamvis. —

et l. nam etsi (D. 12, 1, 19 et 12 et 13); et de fideiusoribus <sup>8</sup> l. si quis pro eo (D. 46, 1, 56). Cum autem mutuo dat pecuniam, siquidem suo nomine, sine dubio sibi actionem parat; si alieno, ei acquirit cuius nomine mutuo dat et conditionem et pignoris obligationem, ut l. per quas personas nobis acquiritur l. cum per liberam (C. 4, 27, 2); et de conditione indebiti l. si per ignorantiam (C. 4, 5, 6); D. si certum petatur l. certi conditio (D. 12, 1, 9); et de verborum obligationibus l. si ita stipulatus fuero X. aureos dabis (D. 45, 1, 109), et de conditione indebiti l. creditoris (C. 4, 5, 8).

XXXVIII

Solvit quis quandoque vero procuratori, quandoque falso; quandoque debitum, quandoque indebitum. Si debitum solvit vero procuratori liberatur. Verum autem procuratorem accipere debemus cui mandatum est ut specialiter hoc faciat, <sup>9</sup> vel cui omnium negotiorum <sup>10</sup> administratio mandata est, ut D. de solutionibus l. vero (D. 46, 3, 12). Si indebitum solvit vero procuratori extra iudicium, aut dominus ratum habet, aut ratum non habet. Si ratum habet, ipse indebiti conditione tenetur. Si ratum non habet, procurator tenetur, ut D. de negotiis gestis, l. si pupilli (D. 3, 5, 6), et de conditione indebiti l. si procurator et l. cum indebitum (D. 12, 6, 6 et 57); et D. rem ratam haberi l. si sine iudice, et l. si indebitum (D. 46, 8, 22 et 16). Si procuratori non debitum solvatur per iudicem, fideiussores quidem de rato tenentur, vel in expensis tenentur, ut D. rem ratam haberi l. si sine (D. 46, 8, 22). Idem dico si debitum per iudicem exegit. Cum autem indebitum quis solvit falso procuratori: aut dominus ratum habet, aut non. Si dominus ratum habet, ipse dominus conditione indebiti et non falsus procurator tenetur: furti tamen actione <sup>11</sup> et furtiva conditione poterit falsus procurator conveniri. Si autem dominus ratum non habet, ipse procurator et indebiti conditione, et furti actione et conditione furti tenetur, ut D. de furtis l. falsus procurator, et l. si vendidero (D. 47, 2, 43 et 80); et de conditione ob <sup>12</sup> causam l. si procuratori (D. 12, 5, 4). Sed cum debitum solvit quis procuratori falso, aut iusta ductus ignorantia, aut nulla iusta ductus ignorantia. Si iusta ductus ignorantia solvit falso procuratori, puta eo sciente constitutus est procurator, sed eo ignorante remotus a procuratore; aut furtum fecit <sup>13</sup> falsus procurator, aut non. Si furtum non fecit, liberatur qui solvit, ne iusta ignorantia ei dampnum afferat. Si vero furtum fecit, non liberatur qui solvit, sed iusta exceptio eum

<sup>8</sup> Cod. fideicommissorum. — <sup>9</sup> Cod. om. hoc faciat. — <sup>10</sup> Cod. omni. — <sup>11</sup> Cod. ratione. — <sup>12</sup> Cod. inserit turpem. — <sup>13</sup> Cod. om. fecit.



tuetur si paratus fuerit cedere conditione furtiva, <sup>1</sup> ut D. de solutionibus l. cum quis sibi, et l. si quis servo, et l. qui hominem, et l. si servus (D. 46, 3, 38 et 18 et 34 et 32). Si nulla iusta ductus ignorantia solvit debitum falso procuratori, aut credidit eum procuratorem in rem suam factum, aut non. Si credidit eum procuratorem in rem suam non liberatur a creditore, sed repetit <sup>2</sup> conditione indebiti ab ipso falso procuratore, ut C. de conditione indebiti, l. creditoris (C. 4, 5, 8). Cum autem non credidit eum procuratorem in rem <sup>3</sup> suam factum, et solvit quod non debebat, siquidem dominus ratum habet, liberatur; si non habet, non liberatur, sed ab ipso falso procuratore conditione ob causam repetitur, vel etiam furti cum eo agitur, ut D. de conditione ob causam l. si procurator (D. 12, 4, 14); et de solutionibus l. si quis offerenti (D. 46, 3, 58); et C. de conditione ob causam l. ea lege (C. 4, 6, 3) <sup>4</sup>.

#### XXXX

Cum res ea lege donatur ne alienetur, vel servus ne manumittatur, aut id agitur ne de facto etiam alienetur vel manumittatur, aut de iure, idest de effectu alienationis, vel manumissionis cogitatur. Si de facto fuerit cogitatum, etiam de iure, si non contingat alienatio, competit tamen ob causam conditio, ut C. de conditione ob causam datorum l. ea lege (C. 4, 6, 3). Si vero fuerit cogitatum non de actu sed de effectu alienationis, cum res alienari non possit, cessat ob causam conditio quemadmodum cessat pene petitio. Cum servus donatur ea lege ne manumittatur, cum sit enim cogitatum de effectu beneficii et non de actu manumittentis, cessat pene petitio etiam si de facto fiat manumissio, ut C. si mancipium ita fuerit alienatum vel manumissum l. ea quidem <sup>5</sup> (C. 4, 57, 5); et D. de servis exportandis l. si venditor (D. 18, 7, 6). Alias forte multum interest utrum pactio illa ne servus <sup>6</sup> alienetur vel <sup>7</sup> ne manumittatur, apponatur in contrahendo et tradendo, vel tantum in tradendo: ut cum poneretur in contrahendo tantum, sed in tradendo pretermittitur, res pleno iure transeat ad accipientem, et contingat eius alienatio, et locum habeat libertatis datio. Sed in contrahendo apposita servatur pactio: locum habet ob causam conditio vel pene promisse <sup>8</sup> petitio. Sed si in contrahendo et tradendo pactio apponatur, nec alienatio contingit, nec libertas; nec pena petitur si promissa est, nec conditio dabitur. Et hoc ad instar eius qui tradidit fundum <sup>9</sup> cui debebat servitutem imponere. Si enim in contrahendo tantum servitutem imponere excepit, sed <sup>10</sup> in tradendo pretermisit, servitus quidem non est im-

<sup>1</sup> Cod. conditionem furtivam. — <sup>2</sup> Cod. inserit creditoris. Cum autem non creditoris. — <sup>3</sup> Cod. om. in rem. — <sup>4</sup> Cod. inserit alienetur vel servus ne manumittatur aut id agitur ne de facto, quae omnia ad

sita sed agi potest ut imponatur. Si vero fuerit apposita in tradendo, servitus quidem debetur; sed si non debuerat imponi, agi potest ut ei remittatur, ut D. de servitutibus urbanorum prediorum l. si binarum (D. 8, 2, 35); et tit. de conditione indebiti l. sed si (D. 12, 6, 22); et de actionibus empti l. si tibi liberum (D. 19, 1, 8).

#### XXXXI

Cum dono et dationi legem appono, si lex, idest pactio potest adimpleri, et non adimpleatur, competit ob causam conditio. Hoc idem forte dicitur etsi non possit adimpleri; et subaudies « maxime » et dices ita: Lex dicta donationi, si non adimpleatur, facit locum repetitioni, maxime si non continet causam impossibilem. Vel forte multum interest utrum impossibile conditio de iure aut de pacto apponatur contractui qui re contrahitur, an contractui qui verbis vel consensu contrahitur. Impossibilis conditio de natura vel de iure, ipso iure desinat contractus, ut D. de actionibus et obligationibus l. non solum (D. 44, 7, 31). Sed si apponitur contractui qui re <sup>11</sup> contrahitur distingue utrum sit impossibile de iure an de facto, ut siquidem impossibilitatem contineat iuris, ut si manumittat ingenuam, vel ducat eam quam de iure <sup>12</sup> ducere prohibetur, locum habet repetitio, ut C. de conditione ob causam l. I, et l. cum, et l. si militem (C. 4, 6, 1 et 6 et 5). Si vero de natura sit impossibile, non repetat quasi videatur donare, et contrario intellectu potest lege ista percipi. Vel forte non interest de natura an de iure impossibile sit; sed si alias donaturus erat, non <sup>13</sup> sit locus conditioni. Cum vero aliter donaturus non erat, sed dedit, quasi ob causam; et si non paretur, quia non potest, cum sit impossibile, locum nichilominus habet conditio, et sic non videatur donasse, ut quidam dicunt ut D. de donationibus l. II (D. 39, 5, 2); vel forte cum causam impossibilem continet iure cessationis contrario intellectu cessat repetitio si ex penitentia locum habet, nisi forte tantum intersit accipientis non accepisse quantum sit non accepisse vel minus: tunc hic vel prorsus conditio impediunt, vel actenus indemnitatis petetur, ut D. de conditione ob causam datorum l. si pecuniam (D. 12, 7, 5); et C. de conditione ob causam (C. 4, 6).

#### XXXXII

Quandoque do tibi pecuniam ut servum tuum manumittas, quandoque do tibi servum meum ut eum manumittas. Cum do pecuniam ut servum manumittas, aut ex contractu nominato, ut ex emptione, aut ex

distinctionem sequentem pertinent. — <sup>5</sup> Cod. eum quem. — <sup>6</sup> Cod. om. servus. — <sup>7</sup> Cod. ne et inserit servus. — <sup>8</sup> Cod. promissio. — <sup>9</sup> Cod. fundus. — <sup>10</sup> Cod. si. — <sup>11</sup> Cod. om. re. — <sup>12</sup> Cod. om. iure. — <sup>13</sup> Cod. sed.



contractu innominato. Cum ex contractu nominato pecuniam do tibi ut servum tuum manumittas, aut tempus apponitur, quo manumittatur, aut non apponitur. Cum tempus apponitur, transacto eo tempore, me perseverante in eadem voluntate, ex constitutione divi Marci sit liber, ut C. si mancipium ita fuerit alienatum ut manumittatur l. si is<sup>1</sup> (C. 4, 57, 4). Si vero tempus non apponitur, inspicitur<sup>2</sup> utrum id actum fuerit ut cum primum potuerit<sup>3</sup> manumittatur (tunc enim tempus facile poterit comprehendere), an id actum ut esset in potestate eius qui manumittere debet: tunc enim moriente eo competit libertas. Cum vero non apparet quid ipsi convenerint, si ambo presto sunt, et qui manumittere debet, et qui dat pecuniam<sup>4</sup>, servus intra duos menses debet manumitti; altero vero absente extra III menses. Quo tempore<sup>5</sup> transacto constitutio succedit et facit eum liberum. Sed si pecuniam tibi do ut servum tuum manumittas ex contractu innominato, te non manumittente non succedit constitutio, sed dabitur mihi prescriptis verbis actio, vel ad repetendum condictio, ut C. de condictioe ob causam l. si liber (C. 4, 6, 9); et D. de condictioe ob causam l. dedi (D. 12, 4, 3); et de prescriptis verbis l. naturalis, et l. si tibi decem (D. 19, 5, 5 et 7); et D. de manumissionibus l. si quis (D. 40, 1, 19). Cum vero servum<sup>6</sup> meum do alicui ut eum manumittat, sive ex contractu nominato sive ex contractu innominato, transacto tempore quo debuit manumitti, me perseverante in eadem voluntate, succedit constitutio et representat factum manumittentis<sup>7</sup>, et erit ex constitutione liber, cum et mea voluntate mutata possit ab emptore manumitti et ad libertatem perducere, ut C. si mancipium ita fuerit alienatum ut manumittatur l. I, et II, et III, et l. ult. (C. 4, 57, 1 et 2 et 3 et 6); et D. de conditione ob causam l. si pecuniam (D. 12, 4, 5); et de servis exportandis l. si quis, et l. quesitum<sup>8</sup> (D. 18, 7, 3 et 8); et qui sine manumissione l. I, et III, et l. mancipia, et l. latinus (D. 40, 8, 1 et 3 et 8 et 9).

XXXXIII

Cum do tibi pecuniam ut aliquid facias, puta ut Capuam eas: aut dumtaxat mea gratia, aut mea et tua. Si mea<sup>9</sup> dumtaxat gratia, puta si hec locare non solebas, non solum si cessas, sed etiam si vis<sup>10</sup> facere possum penitere, et<sup>11</sup> ex penitentia repetere, te tamen conservato indemni, ut D. de condictioe ob causam l. si pecuniam (D. 12, 4, 5). Si vero<sup>12</sup> non tantum mea sed tui gratia contractus intercessit<sup>13</sup> siquidem per

<sup>1</sup> Cod. quis. — <sup>2</sup> Cod. om. inspicitur. — <sup>3</sup> Cod. potuerit primum. — <sup>4</sup> Cod. om. qui dat pecuniam — <sup>5</sup> Cod. om. tempore. — <sup>6</sup> Cod. om. servum. — <sup>7</sup> Cod. inserit R. — <sup>8</sup> Cod. queritur. — <sup>9</sup> Cod. inserit et. — <sup>10</sup> Cod. om. vis. — <sup>11</sup> Cod. om. et. — <sup>12</sup> Cod. sive. — <sup>13</sup> Cod. intersit. — <sup>14</sup> Cod. donationibus. — <sup>15</sup> Cod. om. quan-

te stat, potero repetere. Si vero non stat per te, non potero repetere etiam si fortuitus casus fuerit impedimento, ut C. de condictioe<sup>14</sup> ob causam l. pecuniam (C. 4, 6, 1); et D. locati l. qui operas suas, et l. si addes (D. 19, 2, 38 et 19).

XXXXIII

Datur quandoque pecunia ut actio contra debitorem cedatur ex contractu nominato, quandoque ex contractu<sup>15</sup> innominato. Cum pecunia datur ex contractu nominato, aut actio mandatur, aut non. Si mandatur: aut vivente mandatore contestatur, aut non. Si vivente mandatore contestatur<sup>16</sup>, post eius mortem ad effectum perducitur. Cum vero non mandatur, aut mandata vivente mandatore<sup>17</sup> non contestatur<sup>18</sup>, utilis pecuniam<sup>19</sup> danti suo nomine actio<sup>20</sup> datur, sive mandator cum herede vel sive herede moriatur. Sed cum ex contractu innominato pecunia non pro debitore liberando datur, sed ut contra eum actio mandetur, siquidem mandatur et vivente mandatore contestatur, est idem quod supra dixi; si vero non mandatur, aut mandata ante mortem mandantis<sup>21</sup> non contestatur, nulla contra debitorem actio datur etiam utilis; sed contra illum cum quo contractum est vel cum eius herede prescriptis verbis agitur, ut actio, ut convenit, mandetur. Cum vero is<sup>22</sup> qui pecuniam accepit sine herede decedit, sive nondum fuerat actio mandata<sup>23</sup> sive mandata non fuerat contestata, utilis actio pecuniam danti contra debitorem mandatur<sup>24</sup>, ut C. de actionibus et obligationibus l. I (C. 4, 10, 1); et C. ne uxor pro marito l. ob maritorum (C. 4, 12, 2).

XXXXV

Cum maritus<sup>25</sup> debet: aut debet fisco, aut alii. Si alii debet, nullo<sup>26</sup> modo res uxoris etiam dotales sunt suo debito inquietate; immo in rebus etiam mariti uxor pro dote exigenda anteponitur, ut C. de iure dotium l. in rebus (C. 5, 12, 30); et de donationibus inter virum et uxorem l. res uxoris (C. 5, 16, 24); et qui potiores in pignore l. assiduis (C. 8, 18, 12). Cum vero debet fisco: aut ex causa primipilaria, aut ex alia. Si ex causa primipilaria debet, si quidem solvendo est, bona mulieris etiam dotalia non sunt inquietanda; sed si solvendo non est, tunc in subsidium, excussis omnibus bonis mariti et nominationis, res dotales exiguntur, ut de his indemnitati<sup>27</sup> fiscali satisfiat. Alie vero res<sup>28</sup> mulieris<sup>29</sup> etiam pro tali debito non inquietantur<sup>30</sup>, ut C.

doque ex contractu. — <sup>16</sup> Cod. inserit et — <sup>17</sup> Cod. testatore. — <sup>18</sup> Cod. om. non contestatur. — <sup>19</sup> Cod. pecunia. — <sup>20</sup> Cod. accioni. — <sup>21</sup> Cod. mandatis. — <sup>22</sup> Cod. his. — <sup>23</sup> Cod. modata. — <sup>24</sup> Cod. actio modata. — <sup>25</sup> Cod. bis habet cum maritus. — <sup>26</sup> Cod. vel. — <sup>27</sup> Cod. indemnitate. — <sup>28</sup> Cod. om. res. — <sup>29</sup> Cod. mulieres. — <sup>30</sup> Cod. tenetur.

de privilegio fisci l. I (C. 7, 73, 1); et in quibus casibus pignus vel ypoteca tacite contrahatur l. datis<sup>1</sup> (C. 8, 15, 4). Cum autem ex alia causa fisco debet; aut antea cepit debere fisco quam uxori. aut postea. Si postea, non tantum res uxoris sunt inquietande, sed etiam in rebus propriis<sup>2</sup> mariti uxor fisco anteponitur. Si autem ante factus est debitor fisci, bona quidem uxoris non sunt inquietanda, ut dixi, sed in rebus propriis mariti fisco ratione temporis potior habeatur, ut C. de privilegiis fisci l. I, et II, et III (C. 7, 73, 1 et 2 et 3); et D. ad municipalem l. Lucius (D. 50, 1, 21)<sup>3</sup>.

## XXXXVI

Cum filius nominatur ad aliquod munus publicum, aut ad illud<sup>4</sup> nominatur per quod principaliter prospicitur rei publice, aut non ad illud. Si fuerit nominatus ad illud per quod principaliter prospicitur rei publice<sup>5</sup>, si quidem patre consentiente, vel nominatum non contradicente, pater rei publice in solidum ut fideiussor obligatur, filio tamen prius conveniendo; in his videlicet que filius in re publica principaliter gessit. Pro aliis vero, ut puta si idoneos tutores non dederit, vel satisfactionem idoneam non exegerit, peculio tenus tantum conveniuntur. Si vero pater creationi non consentit, de peculio tantum tenetur, ut D. ad Municipalem l. II<sup>6</sup> (D. 50, 1, 2); et D. de decurionibus l. honores (D. 50, 21, 7); et de muneribus et honoribus l. sponte (D. 50, 4, 17); et de peculio l. licet (D. 15, 1, 3), in fine legis; et de magistratibus conveniendis l. I (D. 27, 8, 1), in fine legis; et de administratione rerum ad civitates pertinentium l. filius (D. 50, 8, 7). Cum vero filius nominatur ad munus publicum per quod principaliter non prospicitur rei publice, ut tutete; si quidem a iudice: aut pater tutelam agnovit, aut non. Si tutelam agnovit pater, in solidum tenetur. Agnovisse autem videtur, sive gessit, sive gerenti filio consentit, sive omnino attigit tutelam, ut de tutoribus l. filius (D. 27, 3, 12). Si non agnovit, dumtaxat de peculio vel de in rem verso. Si<sup>8</sup> in testamento alicuius filius tutor detur, sive pater consentiat sive non, non tenetur nec peculio tenus vel de in rem verso, nisi intercesserit vel periculum in se recepit, ut D. de tutelis l. si filiusfamilias (D. 26, 1, 7); et de administratione tutorum l. Lucius (D. 26, 7, 46), et C. quod cum eo. l. I<sup>9</sup> (C. 4, 26, 1).

<sup>1</sup> Cod. ligatis. — <sup>2</sup> Cod. inserit rebus. — <sup>3</sup> Cod. addit et C. ne filius pro patre l. si filius (C. 4, 13, 3) que potius sequenti distinctioni tribui debent. — <sup>4</sup> Cod. alium. — <sup>5</sup> Cod. om. aut non ad illud. Si fuerit nominatus ad illud per quod principaliter prospicitur rei publice que omnia ex Cod. ms. Paris. supplevi. — <sup>6</sup> Cod. addit et II. — <sup>7</sup> Cod. C. — <sup>8</sup> Cod. inserit a patre. —

## XXXXVII

Cum servus debet aliquid: aut ex contractu vel quasi, aut ex maleficio vel quasi. Cum ex contractu vel quasi: aut domino, aut extraneo. Si extraneo, post manumissionem non tenetur etiam si peculium fuerit ei legatum, nisi fuerit creditoribus obligatum, vel nisi orcinio liberto peculium<sup>10</sup> legetur. Tunc enim de peculio eum conveniri posse<sup>11</sup> invenitur, forte etiam ex contractu suo vel conservi, ut D. de dote prelegata l. II (D. 33, 4, 2); et de peculio legato l. si servo (D. 33, 8, 18); et tit. quando de peculio actio annalis est l. I (D. 15, 2, 1); et C. an servus ex suo facto l. I, et II (C. 4, 14, 1 et 2). Cum autem domino<sup>12</sup> servus debet: siquidem ideo est debitor domini quia ei promisit pecuniam ut eum manumitteret, post manumissionem in factum tenetur actione. Si vero ideo debitor domini est quia eius gessit rationes; aut ea conditione manumittitur, ut rationem reddat, aut non. Si ea<sup>13</sup> conditione manumittitur, reddere cogitur, et reliqua iussus dare videtur, ut C. de testamentaria manumissione l. cum testamento (C. 7, 2, 4); D. de testamento manumissi l. si ita sit, et l. Lucius, et l. qui filium (D. 40, 4, 8 et 53 et 22); et de statuliberis l. statulibera § ultimo, et l. si quis testamento (D. 40, 7, 6 § 7 et 12); et de evictionibus l. qui libertatis (D. 21, 2, 69). Cum autem is qui rationes domini gessit pure liber esse iubetur, hereditate adita<sup>14</sup>, statim liber erit, sed incontinenti arbiter dari debet apud quem rationes eius quod administravit ex fide reddat; reliqua autem non prestabit. Nam de eo quod<sup>15</sup> in servitute gessit non tenetur post libertatem. Corpora plane rationum et res seu pecunias quas apud se habet per Pretorem restituere cogitur, ut D. de fideicommissariis libertatibus l. si pure (D. 40, 5, 37)<sup>16</sup>; et C. de testamentaria manumissione l. cum (C. 7, 2, 4). Si tamen scriptus heres controversiam patitur, tempus annale expectetur: quo transacto si iudicium hereditatis finitum non est, servis directe libertates competunt, et<sup>17</sup> ex fideicommissariis in libertatem eripiuntur, nisi testamentum falsum probetur: ea<sup>18</sup> tamen conditione ad libertatem perducuntur, ut res hereditarias et rationem reddere compellantur<sup>19</sup>, ut C. de petitione hereditatis l. ult. (C. 3, 31, 12). Cum servus debitor est ex maleficio, si quidem extraneo debet, directe post manumissionem tenetur; nam noxa sequitur caput, et manumissus forte tenetur conditione furtiva ex furto in servitute commisso; post libertatem non

<sup>9</sup> Cod. A. et addit Causa servus pro ex suo facto post manumissionem teneatur. — <sup>10</sup> Cod. pecunium. — <sup>11</sup> Cod. possit. — <sup>12</sup> Cod. dominus. — <sup>13</sup> Cod. inserit ratione. — <sup>14</sup> Cod. adlita. — <sup>15</sup> Cod. qui. — <sup>16</sup> Cod. inserit et tit. si quis testamento liber esse iussus est § l. I si servus. — <sup>17</sup> Cod. om. et. — <sup>18</sup> Cod. causa. — <sup>19</sup> Cod. compelluntur.



tenetur. Sed si debitor est domini<sup>1</sup> ex maleficio, etiam post libertatem a quondam<sup>2</sup> domino non convenitur, nisi post manumissionem res furtivas contractaret, ut C. de noxalibus actionibus l. I (C. 3, 41, 1); et tit. an servus ex suo facto l. licet, et l. sive (C. 4, 14, 4 et 6); et in Instit. de noxalibus actionibus (I. 4, 8); et D. de condictione furtiva l. si servus (D. 13, 1, 4); et tit. de actionibus et obligationibus l. servus (D. 44, 7, 20). Cum autem a domino libertas relinquitur, et ante aditam hereditatem dolo malo in hereditate deliquerit, in factum accione<sup>3</sup> in duplum post libertatem intra annum tenetur, ut D. de testamento manumissis l. Titia (D. 40, 4, 59); et C. de institoria<sup>4</sup> l. qui (C. 4, 25, 6)<sup>5</sup>.

### XXXXVIII

Qui contrahit cum servo: aut domino sciente contrahit aut eo ignorante<sup>6</sup>. Si domino ignorante: aut eorum habente, aut non. Si ratum non habet, siquidem in rem eius versum fuerit, tenetur de in rem verso; alioquin de peculio dumtaxat. Si vero dominus ratum habet: aut ratum habet negotium peculiare<sup>7</sup>, aut ratum habet negotium suo nomine gestum. Si negotium suo nomine gestum ratum habet, dominus tenetur quod iussu in solidum; quod verum est cum ratum habet negotium peculiare gestum a servo. Si vero negotium peculiare ab alio gestum ratum habet<sup>8</sup>, non tenetur in solidum illa ratihabitione, ut D. de negotiis gestis l. si<sup>9</sup> pupilli<sup>10</sup> § si quis quasi (D. 3, 5, 6 § 5); ut D. de in rem verso l. si res domino § quod servus (D. 15, 3, 5 § 2); et tit. quod iussu l. I § si ratum (D. 15, 4, 1 § 6). Cum vero contrahitur cum servo domino sciente, si quidem nolente, de peculio ut de in rem verso, si versum sit, tenetur. Cum scit et patitur, tantum in merce peculiari negotiatori tenetur tributaria, ut D. de tributaria l. I (D. 14, 4, 1). Cum autem scit, et voluntatem accomodat, quidem instituat, tenetur in solidum institoria<sup>11</sup>. Si vero<sup>12</sup> non institutione, alias volente eo cum servo contrahitur domini ementis<sup>13</sup> voluntate nota creditorum locum habet actio quod iussu quemadmodum si ita protestatus est que volens cum servo modo gerere, ut D. de in rem verso l. si res (D. 15, 3, 5); et quod<sup>14</sup> iussu, l. I (D. 15, 4, 1). Sed si contrahitur cum servo voluntate domini, non ad creditorem sed ad servum directa vel<sup>15</sup> utili institoria vel utili negotiorum gestorum agitur, ut C. de institoria l. ult. (C. 4, 25, 6); et D. de negotiis gestis l. liberto (D. 3, 5, 31). Cum autem domini tantum ortatu, cum domino deberet,

<sup>1</sup> Cod. om. domini. — <sup>2</sup> Cod. quondam. — <sup>3</sup> Cod. autem. — <sup>4</sup> Cod. institoria. — <sup>5</sup> Cod. inserit si qui testamento liber esse iussus l. I, et. — <sup>6</sup> Cod. inserit aut eo. — <sup>7</sup> Cod. om. aut ratum habet negotium peculiare. — <sup>8</sup> Cod. bis tenetur quod iussu in solidum. Si vero nego-

mutuam<sup>16</sup> sumpsit pecuniam et domino solvit, de dolo malo actio locum habere poterit, ut D. de dolo, l. servus (D. 4, 3, 20).

### XXXXVIII

Adquiritur mihi quandoque per procuratorem dominium et possessio, cum ei specialiter ad hoc constituto res tradita fuerit, tradente id agente ut mihi queratur, ut etiam eo malignante mihi queritur dominium, ut C. si quis alteri vel sibi l. ult. (C. 4, 50, 9); et D. de donationibus l. qui mihi (D. 39, 5, 13); et tit. de acquirendo rerum dominio l. si procurator (D. 41, 1, 13). Quandoque sola possessio mihi per procuratorem queritur; sed per eam mediantem dominium mihi ignoranti acquiritur si ab ea separari non possit, ut si<sup>17</sup> speciali mandato quid nomine meo accipiat, eo, qui dat, non hoc agente ut mihi queratur, ut D. de acquirenda possessione l. I § per procuratorem (D. 41, 2, 1 § 20). Quandoque tunc demum rei procuratori<sup>18</sup> nomine meo tradite mihi possessio queritur, cum in dominio fuero<sup>19</sup> et ratum habuero, ut si forte generalis fuerat procurator vel ad alia negotia gerenda, ut D. de acquirenda possessione l. communis (D. 41, 2, 42); et de negotiis gestis l. si ego (D. 3, 5, 24). Quandoque tunc demum mihi queritur quod procuratori meo datur, cum mihi possessio fuerat tradita, ut si in tradendo nec is qui dat, nec is procurator qui accipit id agit ut mihi queretur, ut D. de acquirendo rerum dominio l. res ex mandato (D. 41, 1, 59); et C. de his qui a non domino l. II (C. 7, 10, 2); et D. de acquirenda possessione l. I (D. 41, 1).

### L

Debet quis quandoque ex pluribus causis, quandoque ex una principali et eius accessoria. Cum ex pluribus principalibus causis pecuniam debet, et solvens pecuniam non exprimet in quam causam solvat, debet creditori accepto ferre in duriores causam, id est in eam in quam ipse, si deberet, prius solveret, ut D. de solutionibus l. I, et l. cum ex pluribus (D. 46, 3, 1 et 97 vel 103); et C. de solutionibus l. in potestate (C. 8, 43, 1). Cum autem debet ex una principali et ex eius accessoria, puta sortem et eius usuras, siquidem per stipulationem debet usuras simpliciter vel ex pacto que per pignoris retentionem servari possunt; quod solvitur simpliciter: prius in usuras potest accepto ferri. Sin autem ex nudo<sup>20</sup> pacto ita debeatur quod pignus non sit pro

tium peculiare ab alio gestum ratum habet. — <sup>9</sup> Cod. inserit cum. — <sup>10</sup> Cod. pupilli. — <sup>11</sup> Cod. institoria. — <sup>12</sup> Cod. inserit si. — <sup>13</sup> Cod. ementi. — <sup>14</sup> Cod. qui. — <sup>15</sup> Cod. om. vel. — <sup>16</sup> Cod. iniuriam. — <sup>17</sup> Cod. om. si. — <sup>18</sup> Cod. quod creatori. — <sup>19</sup> Cod. vero. — <sup>20</sup> Cod. non.

se obligatum, siquidem quid in usuris solvitur, id in usuras et non in sortem imputatur; sed simpliciter quid solvatur non accepto fertur in usuras que tantum pacto debentur cum pro his pignus non sit obligatum, sed in sortem computatur, ut D. de solutionibus l. in his, et l. Paulus (D. 46, 3, 5 et 101); et D. de conditione indebiti, l. si non sortem (D. 12, 6, 26); et tit. de pignoratitia actione l. cum (D. 13, 7, 32); et C. de usuris l. quamvis et l. per redentionem, et l. pignoribus, et l. si usuras (C. 4, 32, 3 et 4, et 22 et 21); et de solutionibus l. in potestate (C. 0, 43, 8).

## LI

Quia sacratissime leges ab omnibus sciri et intelligi debent, ut prescripto earum manifestius cognito universi ab inhibitis abstineant et permissa sectentur, qui nesciens eas in aliquibus labitur indignus videtur auxilio. Quapropter si ignorans ius facit quod non debet, idest legata Falcidia indebita solvat, vel pretermittens quod facere debet, scilicet honorum possessionem intra statutum tempus non petat, iuris effectum destituatur, ut non repetat quod solvit, nec adipiscatur<sup>1</sup> quod pretermisit. Nonnunquam autem contingit<sup>2</sup> ut non par habenda sit ignorantium atque scientium conditio. Si enim ignorans factum<sup>3</sup> vel ius, omittas aliquid faciendum,<sup>4</sup> vel facias pretermittendum,<sup>5</sup> quandoque subvenitur et indulgetur tibi, ut ea sit causa tua que futura esset si hoc quod ignorante te contigit<sup>6</sup> non evenisset. Hoc autem fit, aut illeso te conservato, aut eo quod evenit reciso. Illesus conservaris si rem alienam putans tuam rapias, cum et hoc tibi licere de iure credas. Cum enim dolo careas, furti pena non teneris, licet novo iure<sup>7</sup> aliter muleris, ut in Instit. . . . . Rescinditur quod evenit cum a lesione<sup>8</sup> in quam incidisti<sup>9</sup> relevaris quandoque agendo vel quandoque pretermittendo.<sup>10</sup> Ratio autem in ea re talis est: Tu erras; etiam errando in aliquo facto devies, te deviante iuris aliquid obtingit: porro ius illud oppugnare cupis, atque ad hoc oppugnandum ius aliquod imploras. Tu ergo aut privilegio gaudes, ut<sup>11</sup> minor, miles, rusticus, femina;<sup>12</sup> aut sequeris ius commune. Item erras quandoque in facto, quandoque in<sup>13</sup> iure: in iure quandoque naturali, quandoque civili. Tollerabilis autem est in facto errare quia malum facti ignorantia tollerabilis error est, et ideo tibi erranti in facto omnino re integra succurritur, cum vero decisa in tali errore non restauratur. Item nimia securitas et supina ignorantia non excusatur. Item plus culpe est gentium et naturale ignorare ius quam

civile. Si ergo rusticus, iuris gentium ignarus, patronum temere in ius vocaverit, vel reverentiam debitam non exhibuerit, pena statuta cohercetur, cum naturaliter huiusmodi personis honor debeatur. Cum autem in iure deviasti: aut ommisisti quod est levis, aut ommisisti quod est gravis. Nam delinquenti non subvenitur; contrahenti vero succurritur inspecto tamen iure cuius effectu lederis. Illud enim nititur quandoque communi ratione ut mutuum, quandoque speciali, vel quia sit privilegiatum ut res, idest libertas, vel qui ammixtam et necessariam habet causam, ut in eo quod debetur de natura, sed lege est indebitum. Est enim indebitum quod nullo iure debetur; quod si solvatur ab ignorante factum vel ius omnino repetitur. A sciente vero solutum non repetitur quia donare videtur. Idem dico de eo quod iure naturali est indebitum, licet civiliter tamen debeatur, ut spe future munerationis permissum est. Est<sup>14</sup> et aliud indebitum quod iure civili non debetur sed natura debetur, ut legatum lege Falcidia indebitum, et quod ex nudo pacto prebetur<sup>15</sup> vel id cuius petitio per Macedonianum inhibetur: que quidem si errore iuris solvantur, nisi actum a minore, non repetuntur. Per errorem vero facti soluta etiam a maiore repeti possunt, et de tali indebito loquitur lex illa cum quis ignorans eius.

Ius quoque illud quod imploras<sup>16</sup> inspicitur utrum sit ius petendi aut retinendi. Facilius enim indulgetur exceptio quam actio. His ita cognitis, cum ignorantiam pretendis, spectandus<sup>17</sup> est quid<sup>18</sup> pro te faciat, quid contra te. Ante omnia si privilegio munitus sis,<sup>19</sup> facilius audieris; sed illo cessante interdum propter rem audiri debebis ut cum<sup>20</sup> certas de dampno evitando. Et siquidem plura pro te, pauca adversus te faciunt poteris obtinere. Cum enim ab utraque parte tales cause adlegabuntur<sup>21</sup> competens iudex que possint<sup>22</sup> equius prevalere animadvertit<sup>23</sup>.

## LII

Qui pro alio intercedit, aut est maior aut est minor. Si maior est<sup>24</sup>: aut intercedit obligationem participando, aut eam penitus in se transferendo. Si intercedit participando puta fideiubendo, mandando, vel constituendo, obligatur quidem, nisi sit mulier; nec principalis debitor liberatur, ut D. de in rem verso l. si filius (D. 15, 3, 15). Cum autem intercedit obligationem in se transferendo, puta se delegari<sup>25</sup> patiando, vel sine delegatione, animo<sup>26</sup> novandi, per stipulationem promittendo: aut est masculus, aut femina. Si masculus, omnifariam tenetur et obligatur; et debitor ipso iure liberatur; si femina:

<sup>1</sup> Cod. adipiscitur. — <sup>2</sup> Cod. contingit. — <sup>3</sup> Cod. factus. — <sup>4</sup> Cod. faciendus. — <sup>5</sup> Cod. pretermittendus. — <sup>6</sup> Cod. contingit. — <sup>7</sup> Cod. inserit credos. — <sup>8</sup> Cod. allesione. — <sup>9</sup> Cod. inserit re. — <sup>10</sup> Cod. retinendo. — <sup>11</sup> Cod. aut. — <sup>12</sup> Cod. feminas. — <sup>13</sup> Cod. om. in.

— <sup>14</sup> Cod. om. est. — <sup>15</sup> Cod. plebetur. — <sup>16</sup> Cod. implorans. — <sup>17</sup> Cod. spectandus. — <sup>18</sup> Cod. qui. — <sup>19</sup> Cod. sit. — <sup>20</sup> Cod. om. eum. — <sup>21</sup> Cod. ablegabuntur. — <sup>22</sup> Cod. posuit. — <sup>23</sup> Cod. animadvertit. — <sup>24</sup> Cod. om. est. — <sup>25</sup> Cod. delegare. — <sup>26</sup> Cod. animi.



aut intercedit in instrumento publice confecto et a tribus testibus subsignato, aut non. Si in instrumento ita confecto intercedit: aut accepit aliquid ut intercedat, aut non. Si nichil accepit, <sup>1</sup> Velleiano iuvatur, sed in priorem debitorem actio restauratur. Si quid <sup>2</sup> accepit <sup>3</sup>, vel alias intercessit <sup>4</sup> in illis casibus in quibus olim Velleiano non iuvabatur, hodie cum effectu tenetur. In quibus vero casibus obligabatur, sed Velleiano iuvabatur, hodie ipso iure illesa conservatur, nisi, ut dixi, instrumento publice confecto et a tribus testibus subsignato intercedat. Cum autem intercedit minor, tutore auctore, quo in casu lex de reputatione loquitur, siquidem fideiubendo vel alias participando, debitor quidem non liberatur sed minor restituitur. Sed si minor prorsus obligationem in se transferat, siquidem cum tutore vel curatore, et ipse restituitur et in veterem debitorem actio restauratur. Si autem a pupillo qui proximus est pubertati sine tutore quod alius debet animo novandi quis stipuletur, pupillus in hoc casu non obligatur, et prior debitor tali novatione liberatur; quo casu res ammittitur, secus dico si a servo quis stipuletur: tunc enim prior debitor remanet obligatus quoniam non potest intervenire, nec in se obligationem transferre, nisi in causa peculiari, ut D. de peculio l. III, (D. 15, 1, 3); et in Instit. quibus modis obligatio tollitur § preterea (I. 3, 30); et C. Ad Velleianum l. si paternam, et l. antique iurisdictionis (C. 4, 29, 8 et 23); et de reputationibus que fiunt (C. 2, 48).

LIII <sup>5</sup>

Emptio quandoque pure, quandoque sub conditione contrahitur. Cum sub conditione contrahitur, quandoque confertur conditio in contrahentis arbitrium, quandoque aliunde pendet. Cum in ementis confertur arbitrium interest utrum commercium an rei approbatio in eius conferatur arbitrium, <sup>6</sup> puta si ei res placuerit; quo casu valet contractus si res ei placuerit, vel recidit <sup>7</sup>, si ei displicuerit, ut <sup>8</sup> in Instit. de contrahenda emptione in fine (I. 3, 24 § 5); et C. de edilitiis actionibus l. si predium (C. 4, 58, 4), et D. de rescindenda venditione l. si convenit (D. 18, 5, 6); et de contraenda emptione l. si res ita (D. 18, 1, 3). Si vero commercium in eius transfertur arbitrium, non valet contractus; puta, si placuerit tibi emere, ut C. de contrahenda emptione l. in

vendentis (C. 4, 38, 13); et D. de contrahenda emptione l. hec venditio, <sup>9</sup> et l. quod sepe, et l. Imperatores (D. 18, 1, 7 et 35 et 71). Cum vero conditio confertur in arbitrium extranei, distinguitur utrum substantia contractus in eius conferatur arbitrio an accidens, ut siquidem substantia contractus in eius conferatur arbitrium, <sup>10</sup> puta quanti Titius extimaverit, eo extimante <sup>11</sup> tenet <sup>12</sup> contractus, <sup>13</sup> eo non extimante omnino deficit, nec ad alterius arbitrium convaletur, ut C. de contrahenda emptione l. super rebus (C. 4, 38, 15); et D. locati l. si merces (D. 19, 2, 25); et in Instit. de emptione et venditione (I. 3, 24). Cum vero non substantia contractus sed accidens, idest rei approbatio vel pretii electio, in alicuius confertur arbitrium, etiam contrahentis, etiam contractus <sup>14</sup> ad boni viri arbitrium decurrit, <sup>15</sup> ut D. de contrahenda emptione l. hec venditio (D. 18, 1, 7); et de locato l. si in lege (D. 19, 2, 24); et de regulis iuris l. in personam servilem (D. 50, 17, 22). Cum autem alias sub conditione contrahitur, ea deficiente, deficit contractus; ea existente, contrahitur <sup>16</sup> obligatio; et si pendente conditione res vendita depereat, perimitur emptio; si vero deterior efficiatur pendente conditione, tenet venditio, et dampnum erit emptoris, existente conditione postea, et sic in eo casu sustineat rei incommodum quo non substinet rei interitum, ut D. de periculo et commodo rei l. necessarie (D. 18, 6, 8). Sed si venditio pure contrahitur: aut convenit in scriptis contrahi, aut sine scriptis contrahitur. Si convenit in scriptis contrahi, non aliter perficitur nisi instrumentum <sup>17</sup> fuerit completum <sup>18</sup> et suis partibus absolutum. Donec enim aliquid ex his deest, locus est penitentie et potest sine pena recedi, nisi arre date sint; tunc enim qui dedit recusans adimplere contractum amittit eas, et qui accipit, si noluerit adimplere quod convenit, in duplum reddet: ad interesse autem non agetur, <sup>19</sup> ut in Inst. de emptione (I. 3, 24); et C. de fide instrumentorum l. contractus (C. 4, 21, 17). Cum autem sine scriptis contrahitur, etsi convenit in scriptis redigi; aut species distrahitur, aut quantitas. Si species pure et sine scriptis distrahitur, statim ut de pretio convenit, quantum ad obligationem et periculum perfecta dicitur, sed non quantum ad dominium, et is <sup>20</sup> qui recusat adimplere contractum ad interesse <sup>21</sup> omnino condempnatur, nisi adversa <sup>22</sup> pars voluerit arras retinere, si accepit, vel in duplum repetere si dedit. <sup>23</sup> Sed si quantitas distrahitur: aut ut mensura, aut species. Si ut species, puta vinum doliare, idem dicitur quod in

<sup>1</sup> Cod. accipit. — <sup>2</sup> Cod. aliquid. — <sup>3</sup> Cod. accipit. — <sup>4</sup> Cod. intercedit. — <sup>5</sup> Cod. addit rubricam. De emptione contrahenda. — <sup>6</sup> Cod. arbitrio. — <sup>7</sup> Cod. inserit acquiritur. — <sup>8</sup> Cod. inserit D. — <sup>9</sup> Cod. om. et D. de contrahenda emptione l. hec venditio quae omnia ex Cod. ms. paris. supplevi. — <sup>10</sup> Cod. om. arbitrium. — <sup>11</sup> Cod. om. eo extimante. — <sup>12</sup> Cod. est. — <sup>13</sup> Cod. contrario. — <sup>14</sup> Cod. contrahentis. — <sup>15</sup> Cod. decurritur. — <sup>16</sup> Cod.

trahitur. — <sup>17</sup> Cod. mundus. — <sup>18</sup> Cod. compleret. — <sup>19</sup> Cod. agentur. — <sup>20</sup> Cod. his. — <sup>21</sup> Cod. om. ad interesse. — <sup>22</sup> Cod. diversa. — <sup>23</sup> Cod. habet in margine superiori: Instit. de contrahenda emptione (I. 3, 24); C. de fide instrumentorum l. contractus (C. 4, 21, 17), D. de contrahenda emptione l. quod sepe § in his (D. 18, 1, 35 § 5); C. de periculo et commodo rei vendite l. I (C. 4, 48, 1).

specie vendita, salvo eo quod in vino<sup>1</sup> specialitur dicitur, ut licet distrahatur ut species, gustu tamen approbatur vel improbatur, nisi speciali pacto degustatio remittatur,<sup>2</sup> vel forte in adersione ematur. Cum autem quantitas ad mensuram distrahitur; aut in genere, aut in specie, idest certe quantitatis facta<sup>3</sup> demonstratione. Si in genere, ut puta C. corbes vini, omne periculum pertinet ad venditorem antequam admetiatur, nisi emptor fuerit in mora quominus admetiatur. Sed si facta certe quantitatis demonstratione,<sup>4</sup> ad mensuram quidem distrahatur, verbi gratia: ex vino<sup>5</sup> quod est in amphora<sup>6</sup> illa, vel vase illo X. corbes dato, ante diem mensure periculum est venditoris ut pretio careat; sed non est eius periculum ut interesse prestat quantitate illa sine dolo et eius culpa perempta. Et hoc totum reperitur in Inst. de emptione et venditione (I. 3, 24); et C. de periculo et commodo rei vendite l. II (C. 4, 48, 2); et tit. de actionibus empti l. sicut (C. 4, 49, 12); et D. de periculo et commodo rei vendite l. I, et II, et III, et V, et VI, et VII, (D. 18, 6, 1, et 2, et 3, et 5, et 6, et 7); et de contrahenda emptione l. quod sepe (D. 18, 1, 35).

## LIII

Plus petitur quandoque dolo malo, quandoque sine dolo. Si sine dolo, puta iusta causa erroris interveniente, maiori<sup>7</sup> succurritur, ut si totum legatum testator reliquerit, relictum petatur<sup>8</sup> quod in codicillis postea apparentibus erat diminutum. Si vero dolo malo plus petitur: aut re seu quantitate, seu tempore, aut loco, aut causa. Cum re, seu quantitate, siquidem exegerit cautionem in plus, et in certaminibus negotii permanens, de adiecta quantitate falsi arguatur, toto debito fraudatur, nisi super illam petitionem fuerit transactum,<sup>9</sup> vel secunda cautio fuerit emissa, ut si exacta fuerit pluris quam debetur cautio, si super ea transigitur, vel forte si ex causa transactionis exacta est pluris cautio, vel ab initio prima fuerit exacta, post demum emissa, in his non interponit se presens constitutio. Si vero<sup>10</sup> sine exactione cautionis re vel quantitate plus fuerit dolo malo petitum<sup>11</sup> vel loco vel causa, toto quidem

<sup>1</sup> *Cod. habet in margine inferiori glossam.* Sed ante degustationem omne omnino periculum spectat ad venditorem; post degustationem ad emptorem, nisi ad certum tempus se subiciat; tunc eatenus prestabit quoad se subiecit, ut hoc tit. l. I in principio (D. 18, 1, 1) secundum L. Item non est differentia inter vinum venditum in quantitate vel ad mensuram et ceteras res que consistunt in pondere, numero et mensura. Nam in ceteris quantitativis ad mensuram venditis statim perfecta est emptio quantum ad obligationem, ut D. de contrahenda emptione l. quod sepe § in his. (D. 18, 1, 35 § 5); sed non quoad periculum, ut ante mensurationem emptorem respiciat nisi esset in mora. At vino vendito ad mensuram non est perfecta emptio etiam quantum ad obligationem ante degustationem. Sed et post degustationem sicut in aliis quantitativis, ante

debito non privatur, sed omne dampnum quod ex causa hac reo in sportulis contigit in triplum restituere compellitur. Sed cum tempore plus fuerit petitum, e constitutione Zenonis tempus duplicatur, ut in Inst. de actionibus (I. 4, 6); et tit. de exceptionibus (I. 4, 13); et C. de plus petitionibus (C. 3, 10).

## LV

Lite contestata dilationes peti solent. Que quandoque omnino denegantur, quandoque causa cognita tribuuntur. Omnimodo denegantur cum ad appellationem a condemnato interpositam, vel ad consultationem a iudice factam,<sup>12</sup> alicui iudici referimus, ea videlicet ratione quod in iudiciis nostrarum cognitionum, de appellationibus scilicet, non solet ulla tribui dilatio.<sup>13</sup> Ei quoque omnino denegatur dilatio qui suo rescripto aliquem ad extraordinarium iudicem trahit, vel restitutionem implorans dilationem petat, que intra tempora restitutionis nequeant angustiari, ut C. de dilationibus l. II et III (C. 3, 11, 2 et 4); et de temporibus in integrum restitutionis l. petende (C. 2, 53, 6). Causa vero cognita, plerumque tribuuntur. In causis vero pecuniariis semel, et iustissima causa interveniente bis.<sup>14</sup> In capitalibus vero, reo tres dilationes, accusatori vero due tribui solent, ut D. de feriis l. oratione, et l. ult. (D. 2, 12, 7 et 9); et de iudiciis l. interdum (D. 5, 1, 36). Et siquidem ex ea provincia ubi lis agitur instrumentorum vel personarum gratia postulatur, intra III menses coartantur. Ex continentibus autem provinciis intra VI menses; in transmarina autem provincia IX menses<sup>15</sup> computantur. Et hoc totum iudici committitur, si urgentissima rerum ratio flagraverit. Non enim ulla arte trahendi est tribuenda dilatio, ut C. de dilationibus l. I, et l. a procedente, et l. ult. (C. 3, 11, 1 et 4 et 7). Iure vero Authenticorum eo absente ex cuius domo<sup>16</sup> iniquum quid patior, et ipso qui iniustitia agit sive curator sit sive conductor, et veniam et inducie dabuntur, ut domino denuntiet. Et siquidem provincia est vicina in qua hoc agitur, una aut<sup>17</sup> duabus mansionibus in medio constitutis, III

mensuram venditoris est periculum nisi emptor fuit in mora. Sed in vino quidam dissentunt. Dicunt enim quod ante degustationem omne omnino periculum pertinet ad venditorem, post degustationem periculum vini mutati pertinet ad emptorem; effusionis autem ad venditorem usque ad diem mensure. Quod quandoque dixit B. sed postea, certiore sententiam secutus, dixit omne omnino periculum pertinere ad venditorem ante mensuram, quod nos dicimus secundum L. — <sup>2</sup> *Cod. permittatur.* — <sup>3</sup> *Cod. facte.* — <sup>4</sup> *Cod. demonstrationem.* — <sup>5</sup> *Cod. uno.* — <sup>6</sup> *Cod. apotheca.* — <sup>7</sup> *Cod. maiorum.* — <sup>8</sup> *Cod. petatum.* — <sup>9</sup> *Cod. transactio.* — <sup>10</sup> *Cod. om. si vero.* — <sup>11</sup> *Cod. petitur.* — <sup>12</sup> *Cod. facta.* — <sup>13</sup> *Cod. dilatione.* — <sup>14</sup> *Cod. lis.* — <sup>15</sup> *Cod. om. in transmarina autem provincia IX menses, quae ex cod. ms. paris. supplevi.* — <sup>16</sup> *Cod. om. domo.* — <sup>17</sup> *Cod. unde a.*



menses dabuntur. Si vero maius sit spatium, VI menses sufficient. Ex Palestina vero aut ex Egipto vel longinquarum gentium provincia, VIII menses sufficient; ex Esperiiis autem, aut Semptentrionalibus vel Libia novem menses tribuuntur, in ut Auth. collat. ut constitutio, et tit. ut omnes obediant iudici § si igitur (Nov. const. 68 et 69 c. 2).

LVI

Cum <sup>1</sup> servus communis stipulatur, aut stipulatur domino iubente aut domino non iubente. Cum stipulatur domino <sup>2</sup> iubente, aut impersonaliter stipulatur, aut nominatim. Si impersonaliter stipulatur, omnibus dominis <sup>3</sup> acquirit pro portione dominica. Idem dico si nominatim sibi vel omnibus dominis stipuletur, non tamen sub priorum <sup>4</sup> nominum appellatione. Alioquin si ita dixit: Lucio et Titio dare spondes qui domini mei sunt? non pro dominicis sed pro virilibus portionibus eis acquireret. Sin autem uni domino nominatim stipulatur, ei soli acquirit qui est nominatus. Si tamen ex alterius dominorum re vel personaliter vel alteri domino stipulatur, licet omnibus fiat commune vel in solidum, nominato adquiratur; is tamen de cuius re fuerit acquisitum communi dividendo vel soti iudicio precipiat. Nam bone fidei congruit <sup>5</sup> ut unusquisque precium habeat quod ex re eius servus acquisierit. Sed cum uno domino iubente stipulatur, siquidem impersonaliter stipulatur, vel sibi, vel ei qui iussit, et alter est nominatus, absque dubio acquiritur iubenti in rem suam, vel ex re sua <sup>6</sup> stipulari, et non nominato: aliud forte si in rem suam unus iussit et alter est nominatus, ut C. per quas personas nobis adquiritur l. si duo (C. 4, 27, 3); et D. de stipulatione servorum l. servus communis, et l. Offilius, et l. proinde (D. 45, 3, 2 et 6 et 7); et de acquirendo rerum dominio l. per servum, et l. communis (D. 41, 1, 37 et 45); et in Inst. de stipulatione servorum <sup>7</sup> (I. 3, 18); et tit. per quas personas nobis adquiritur (I. 3, 29). Cum autem servus communis sub alternatione stipulatur illi aut <sup>8</sup> illi domino, nichil agit, et nulli acquiritur, quia non invenitur in cuius persona solutio, in cuius obligatio conferatur. Idem dico cum fructuarius servus ex re usufructuarii stipulatur domino aut fructuario, ut D. de stipulatione servorum l. I, et l. item, et l. sed, et l. nam, et l. cum enim (D. 45, 3, 1 et 8 et 10 et 12 et 13).

LVII

Interest valde utrum quis suis ematur nummis et ab emptore libertatem consequatur, an datis domino nummis ab eo libertatem mereatur. Item cum dantur

<sup>1</sup> Glossam habet Cod.: Nota quod dicitur in libro rat. (rationum?) quaterno II distinctionum in illa distinctione que incipit: Cum liber homo et cet. — <sup>2</sup> Cod. inserit non. — <sup>3</sup> Cod. inserit ac. — <sup>4</sup> Cod. priorum. — <sup>5</sup> Cod. congruat. — <sup>6</sup> Cod. bis vel ex re sua. — <sup>7</sup> Cod.

nummi domino, interest utrum ab ipso servo dentur, an ab alio. Si ab alio, interest utrum ab amico servi, an ab extraneo. Cum suis nummis emitur, et ab emptore manumittitur, ius patronatus <sup>9</sup> habet. Sed cum datis suis nummis, dominus manumittit, siquidem ab ipso servo vel ab eius amico dantur, ius patronatus salvum habet. Cum vero nummi ab extraneo dantur, non ita habet salvum ius patronatus, ut D. de obsequiis l. Titium puerum (D. 37, 15, 3); et eod. de operis libertorus l. quod <sup>10</sup> (D. 38, 1, 20); et de bonis <sup>11</sup> libertorum l. nichil <sup>12</sup> interest (D. 38, 2, 50).

LVIII

Cum mater alit filios: aut patre vivente, aut patre mortuo. Si patre vivente, non repetet expensas quas factura esset de necessitate eo mortuo, cum matrimonium constet. Nam si est divisum distingue cuius culpa; et si culpa est <sup>13</sup> mulieris, apud patrem alantur expensis matris. Idem e contrario, ut in Auth. ut liceat matri et avie (Nov. const. 117). Si vero mortuo patre alit, si <sup>14</sup> filii sunt minores triennio, non repetet licet fuerit protestata, ut D. de negotiis gestis l. Nesennius (D. 3, 5, 34); et de agnoscendis liberis l. si quis (D. 25, 3, 5); et C. de patria potestate l. ne filium, et l. sane (C. 8, 47). Si in aliis rebus maioribus expenditur, sine animo donandi si <sup>15</sup> id fecerit, in quantum fiunt locupletiores repetet, ut C. <sup>16</sup> de negotiis gestis l. contra, et l. alimenta (C. 2, 19, 2 et 11).

LVIII

Cum filius solvit pro <sup>17</sup> patre: aut est in potestate, aut est sui iuris. Si emancipatus solvit, aget mandati. Si est in potestate, distingue <sup>18</sup> de quo peculio; ut si de castrensi vel quasi, repetit etiam durante potestate, quoniam in his ut paterfamilias habetur, ut C. ad Macedonianum (C. 4, 28); et tit. de iudiciis (C. 3, 1), et C. de clericis (C. 1, 3). Si vero de pagano solvit: aut profectitio, aut adventitio. Si de profectitio, non repetet patre vivente, sed repetet eo mortuo vel familie eriscunde iudicio si non est dictatum, vel negotiorum gestorum actione si dictatum est, ut C. de negotiis gestis l. si filius (C. 2, 19, 12); et D. familie eriscunde l. si filio (D. 10, 2, 20).

LX

Cum ancilla subtrahitur: aut est pregnans, aut non. Si pregnans est cum subtrahitur, aut parit apud furem vel heredem sui furis, aut apud <sup>19</sup> bone fidei emptorem.

et f. — <sup>8</sup> Cod. bis illi aut. — <sup>9</sup> Cod. inserit si. — <sup>10</sup> Cod. qui si Titius. — <sup>11</sup> Cod. operis. — <sup>12</sup> Cod. multum. — <sup>13</sup> Cod. om. est. — <sup>14</sup> Cod. om. si. — <sup>15</sup> Cod. is. — <sup>16</sup> Cod. D. — <sup>17</sup> Cod. om. pro. — <sup>18</sup> Cod. om. distingue lacuna quadam relicta. — <sup>19</sup> Cod. om. apud.

Si apud furem parit, partus furtivus dicitur, et de eo etiam furti agitur. Si autem apud heredem furis, aut apud <sup>1</sup> bone fidei emptorem pariat, usu quidem non capitur quia <sup>2</sup> furtivus, sed de eo furti non agitur. Si vero post furtum concepit, siquidem apud furem raptorem eum peperit, partus furtivus dicitur et de eo furti agitur. Sed si apud heredem furis nascitur, aut apud bone fidei emptorem, usu non capitur, sed de eo furti non agitur. Sed cum apud heredem furis concepit et peperit, ab ipso quidem non usu capitur, cum sit successor vitiorum defuncti; sed a bone fidei emptore poterit usucapi quemadmodum si apud eum concipiatur et edatur matrem furtivam esse <sup>3</sup> ignorantem. Nam si post emptor <sup>4</sup> cognoscat matrem furtivam, nisi dominus denunciaverit si possit, non usucapiet partum, ut C. de furtis l. ancille (C. 6, 2, 12); et de usucapione pro emptore l. si matrem (C. 7, 26, 3); et D. de statu hominum l. qui in utero (D. 1, 5, 7); et de publiciana actione l. si ego (D. 6, 2, 11); et de usucapione l. sequitur, et l. si aliena, et l. non solum (D. 41, 3, 4 et 10 et 33); et pro emptore l. qui ob, et l. servus (D. 41, 4, 9 et 10); et de furtis l. qui vas (47, 2, 48).

LXI

Operarum quedam fabriles seu obsequiales, quedam officiales dicuntur. Fabriles sunt que in artificio vel prestatione pecunie consistunt: que quidem ad heredes et extraneos etiam transeunt et iubente patrono alii edi possunt. Officiales vero, siquidem in faciendo, ad heredes extraneos non transeunt, <sup>5</sup> ut D. de operis libertorum l. a duobus, et l. fabriles, et l. opere, et l. si operarum iudicio, et l. sicut patronus (D. 38, 1, 4 et 6 et 21 et 29 et 48); et D. de conditione indebiti l. si non sortem (D. 12, 6, 26); et D. de acquirenda hereditate l. pro herede (D. 29, 2, 20); et C. de in ius vocando l. II (C. 2, 2, 2), et C. de operis libertorum l. liberti liberteque <sup>6</sup> (C. 6, 3, 10); et D. ad Trebellianum l. si patronus (D. 36, 1, 55).

LXII

Cum quis sub conditione instituitur, aut conditio <sup>7</sup> possibilis est et honesta, aut impossibilis et inhonesta. Si impossibilis et inhonesta apponatur <sup>8</sup>, pro non apposita habetur et quasi pure institutus succedit. Si vero ita apponatur: si filius meus institutus hominem non occi-

<sup>1</sup> Cod. om. apud. — <sup>2</sup> Cod. quasi. — <sup>3</sup> Cod. om. esse. — <sup>4</sup> Cod. emptorem. — <sup>5</sup> Cod. ms. parvis. addit hoc loco: cum alii etiam iubente patrono non debent edi. Officiales autem que sunt in pretermittendo, etiam ad heredes transeunt. — <sup>6</sup> Cod. om. l. liberti liberteque quae ex cod. ms. parvis. supplevi. — <sup>7</sup> Cod. conditione.

derit, vel aliud quid inhonestum non commiserit, heres exto, lex vero temporum meorum non patitur talem institutionem valere, ut in Instit. de heredibus instituendis (I. 2, 14); et tit. de legatis § ult. (I. 2, 20); et C. de institutione sub conditione facienda l. reprehendenda (C. 6, 25, 5); et tit. de conditionibus insertis l. II (C. 6, 46, 2). Cum autem conditio iusta et possibilis apponitur; aut est potestativa aut est casualis, aut est mixta. Qui quidem sub potestativa omnes recte instituuntur, et si quis parere noluerit, merito repellitur, legitima parte filio reservata. Sub casuali <sup>9</sup> autem extranei recte instituuntur, filii vero nisi in defectum conditionis exheredentur; non magis instituti quam preteriti videntur, et ideo ab intestato succedunt. Si vero sub mixta filii instituuntur, siquidem per eos stat <sup>10</sup> quominus impleatur conditio, est forte id quod dixi in potestativa. Si autem casu impediatur, est id quod in casuali <sup>11</sup>, ut sine preiudicio testamenti <sup>12</sup> succedat ab intestato. Vel forte, ut quidam dicunt, habetur conditio pro impleta, et extra ordinem ei succurritur. Vel forte melius et probabilius dicetur, ut sive sit casualis, sive mixta, nec in defectu eius filius <sup>13</sup> exheredetur, ab initio ipso iure deficiat testamentum. Nec enim potest dici magis institutus quam <sup>14</sup> preteritus, et ideo sive defecerit, sive extiterit conditio, testamentum quod ab initio non valuit ex postfacto non convalescit. Nepotes autem ex filia, idest nec sui iuris <sup>15</sup> nec emancipati, sub mixta conditione instituti, si per eos steterit quominus conditioni pareatur, merito repellentur. Si vero non steterit per eos, succurritur eis extraordinario iure, et pro impleta habetur conditio, ut C. de institutionibus et substitutionibus l. I, et l. si pater (C. 6, 25, 1 et 4); et D. de heredibus instituendis l. suus <sup>16</sup> (D. 28, 5, 4); et tit. de liberis <sup>17</sup> et posthumis heredibus instituendis l. si filius (D. 28, 2, 7); et tit. de conditionibus institutionum l. ult. (D. 28, 7, 28).

LXIII

Possessorum alii bone fidei, alii male fidei; alii cum titulo, alii sine titulo. Item alii convenientur rei vendicatione, alii petitione hereditatis. Item fructuum alii percipiendi: perceptorum alii consumpti, alii extantes, alii pervenientes cultura et cura, alii tantum natura. Item expensarum alie fiunt circa rem, alie circa fructus. Que fiunt <sup>18</sup> circa rem <sup>19</sup> tripliciter <sup>20</sup> fiunt <sup>21</sup>: aut enim sunt necessarie, aut utiles, aut voluptuarie <sup>22</sup>. Que circa

— <sup>8</sup> Cod. inserit substituto. — <sup>9</sup> Cod. causali. — <sup>10</sup> Cod. fiat. — <sup>11</sup> Cod. causali. — <sup>12</sup> Cod. testis. — <sup>13</sup> Cod. filii. — <sup>14</sup> Cod. quidem. — <sup>15</sup> Cod. om. iuris. — <sup>16</sup> Cod. om. l. suus. — <sup>17</sup> Cod. inserit et l. suus. — <sup>18</sup> Cod. fuerit. — <sup>19</sup> Cod. om. circa rem. — <sup>20</sup> Cod. tripliciter. — <sup>21</sup> Cod. fuerit. — <sup>22</sup> Cod. voluntarie.



fructus simili modo tripliciter: in his acquirendis, aut<sup>1</sup> colligendis, et conservandis. Bone fidei possessor conventus petitione hereditatis sive cum titulo, quod nisi casualiter contingit, sive sine<sup>2</sup> titulo, non tenetur de fructibus nisi quatenus factus est locupletior. Sed male fidei possessor, si conveniatur eadem actione, hic distinguo utrum habeat titulum, quod<sup>3</sup> in certis casibus contingit, necne. Nam male fidei possessor cum titulo de omnibus tenetur<sup>4</sup>, nisi de percipiendis. Et hoc facit titulus, nisi titulus habeatur pro non titulo. Tunc enim tenetur de omnibus, quando scilicet emit sciens post litem contestatam, vel a furioso. Percipiendi sunt qui percepti non sunt, sed percipi potuerunt. Male fidei possessor sine titulo de omnibus indistincte tenetur, ut cum venditor non comparet vel modico distraxit. Bone fidei vero possessor conventus rei vindicatione, sive cum titulo sive sine titulo, non tenetur de consumptis, etiam si fit locupletior. Extantes vero restituit officio<sup>5</sup> iudicis, ut D. finium regundorum l. III § II (D. 10, 1, 4 § 2). Quare iudicis officio? Ideo quia bone fidei possessor percipiendo fructus suos facit, sive ipse percipiat sive a quocumque separentur; provenientes tamen cultura et cura, ut in Instit. de rerum divisione § si quis a non domino (I. 2, 1 § 34). Provenientes vero natura restituit per actionem in rem cum re ipsa principali: hii enim nullius bone fidei possessoris fiunt, ut D. de usuris l. fructus (D. 22, 1, 45). Si tamen sunt consumpti, non tenetur. Sed aliud est in fructuario: ille enim nunquam, nisi a se vel nomine suo percipiuntur<sup>6</sup>, facit suos. Sed male fidei possessor conventus hac actione<sup>7</sup> tenetur<sup>8</sup> de omnibus, ut C. de conditione ex lege l. male fidei possessor (C. 4, 9, 3); nisi casualiter aliquid dicatur, ut C. de fide et iure haste fiscalis l. I (C. 10, 3, 1), nisi de percipiendis non habeant titulum pro non titulo ut supra in<sup>9</sup> petitione hereditatis: tunc enim de omnibus tenetur. Si vero sine titulo, de omnibus indistincte tenetur, ut C. de rei vindicatione l. domum (C. 3, 32, 5). Bone fidei quoque possessor conventus petitione hereditatis sive cum titulo sive<sup>10</sup> sine titulo, deducit omnes impensas factas circa rem; sicut enim tenetur de omnibus fructibus de quibus factus est locupletior, ita deducet omnes impensas, ut D. de petitione hereditatis l. plane, et l. utiles (D. 5, 3, 38 et 39). Male<sup>11</sup> fidei vero possessor eadem actione conventus, titulum habeat, sive<sup>12</sup> non, distinguo quantum ad expensas; utiles enim et necessarias deducit, ut D. de petitione hereditatis l. plane (D. 5, 3, 38). Bone fidei possessor conventus rei vindicatione<sup>13</sup> sive cum titulo, sive sine titulo, utiles et necessarias deducet, ut C. de

rei vindicatione l. si quis sciens (C. 3, 32, 11); et D. de rei vindicatione l. in fundo (D. 6, 1, 38). Male fidei vero possessor, dumtaxat necessarias, ut C. de rei vindicatione l. domum (C. 3, 32, 5). Hoc de expensis circa rem. Nam factas circa fructus deducet<sup>14</sup> omnis possessor tam bone fidei quam male fidei; sed bone fidei possessor semper; male fidei vero, si res melior extat; alias non, ut D. de petitione hereditatis l. plane (D. 5, 3, 38). De factis circa rem dictum est ex ordine. Nam bonus iudex, si videat ut omnes debeant deduci, iubebit omnes deduci. Quod enim, si dominus eadem erat factururus, et incontinenti venditurus et plus pretii laturus, certe omnes<sup>15</sup> iubebit deduci, ut D. de rei vindicatione l. in fundo (D. 6, 1, 38). Sed que non deducantur a predictis possessoribus debent abradi sine lesione prioris status rei, si separari possunt; ita tamen ut si dominus velit offerre quanti habituri sunt, his abradis, debet omni casu audiri. Si vero separari non possunt, veluti si pictorem aut librarium docuerit quis, non aliter impensarum ratio habebitur quam si dominus eum venale<sup>16</sup> amplius precii propter artificium consequatur; aut nisi denunciaverit actori ante iudicium ut redderet, et ipse dissimulavit: tunc per doli exceptionem reservabit impensas, ut D. de rei vindicatione l. sin autem, l. forte, l. nisi, l. aut si. (D. 6, 1, 27 et 28 et 29 et 30)<sup>17</sup>. Et quod dictum est de expensis, et de fructibus<sup>18</sup> ante litem contestatam locum habet. Nam post litem contestatam omnes possessores male fidei intelliguntur quantum ad restitutionem fructuum et quantum ad expensas et ad prescriptionem, non quantum ad fatalitatem si ab initio fuerint bone fidei possessores, ut D. de petitione hereditatis l. illud (D. 5, 3, 40); et de rei vindicatione<sup>19</sup> l. item (D. 6, 1, 15). Non enim debuit suum<sup>20</sup> ius inconcussum relinquere.

### LXIII

Iudiciale testimonium est quod<sup>21</sup> in<sup>22</sup> iudicio<sup>23</sup> dominium habere<sup>24</sup> incipit, ut si quis te videat verberari, quod postea in iudicio testatur. Sed si ex contractu vel ultima voluntate, non vocatur iudiciale quia ante iudicium fuit.

### LXV

Iudicum alii propriam iurisdictionem habent, qui magistratus dicuntur; alii non propriam, sed sibi demandatam habent, qui delegati iudices dicuntur<sup>25</sup>. Magistratum alii illustres, alii spectabiles, alii clarissimi;

<sup>1</sup> Cod. inserit non si. — <sup>2</sup> Cod. om. sine. — <sup>3</sup> Cod. qui. — <sup>4</sup> Cod. movetur. — <sup>5</sup> Cod. officium. — <sup>6</sup> Cod. percipiant. — <sup>7</sup> Cod. actio. — <sup>8</sup> Cod. inserit non. — <sup>9</sup> Cod. vel sive pro ut supra in. *Ex cod. ms. paris.* — <sup>10</sup> Cod. om. sive. — <sup>11</sup> Cod. om. Male. — <sup>12</sup> Cod. si venit. — <sup>13</sup> Cod. om. vindicatione. — <sup>14</sup> Cod. deducit. — <sup>15</sup> Cod. om.

omnes. — <sup>16</sup> Cod. venerale. — <sup>17</sup> Cod. inserit R. — <sup>18</sup> Cod. inserit exaudias. — <sup>19</sup> Cod. iure. — <sup>20</sup> Cod. sive. — <sup>21</sup> Cod. quia. — <sup>22</sup> Cod. om. in. — <sup>23</sup> Cod. iudicium. — <sup>24</sup> Cod. est. — <sup>25</sup> Cod. om. demandatam habent, qui delegati iudices dicuntur *quae omnia ex Cod. ms. paris. supplevi.*

et horum alii tantum titulo <sup>1</sup>, alii titulo et <sup>2</sup> amministrazione, et illustres vel spectabiles <sup>3</sup> dicuntur. Rursus horum alii sunt pagani, alii militares. Item alii in civitate, alii extra civitatem, et horum qui in civitate sunt, alii in palatio, alii extra palatium.

LXVI

Tutorum quidam legitimi, quidam testamentari, quidam dativi appellantur. Dativi cum inquisitione, aut simpliciter dantur. Testamentarii, idest testamento iure dati, vel a Preside confirmati, vel per inquisitionem a iudice dati, satisfactione non onerantur <sup>4</sup>; volentes autem <sup>5</sup> admittuntur et ceteris in administratione anteponuntur, nisi alii eis satisofferant, ut in Instit. de satisfactione (I. 1, 24); et C. tit. de tutore qui non satisdedit l. non omnium (C. 5, 42, 4). Legitimi tutores, aut a iudice simpliciter dati, idest sine inquisitione, satisfacere <sup>6</sup> compelluntur, alioquin a tutela removebuntur cum infamia si fraude hic faciant, sine infamia, si inopia... <sup>7</sup> Sin autem antequam removeantur iudicio egerint, siquidem obtineant, pupillis prosunt et valeat sententia. Si vero victi <sup>8</sup> fuerint, ipso iure pupilli illesi conservantur, ut C. de tutore qui satis non dedit l. I, et II, et III, et IIII (C. 5, 42, 1 et 2 et 3 et 4); et tit. de auctoritate tutorum l. veterem (C. 5, 59, 5); et tit. in quibus causis restitutio in integrum est necessaria l. si tutor (C. 2, 41, 4); et tit. de procuratoribus l. nec eo minus (C. 2, 13, 14).

LXVII

Ignorantia alia est iuris, alia est facti. Ignorantia autem iuris est cum putamus ius velle quod <sup>9</sup> non vult. Facti vero error est cum putamus esse factum quod non est, vel non esse factum quod est. Regula est: iuris quidem ignorantiam cuique nocere, facti vero non nocere. Nocere duobus modis accipimus: in lucro scilicet, et in dampno. Lucrum est acquisitio rei aliene sine compensatione alterius. Sive igitur ignorantia amittamus quod habemus, sive non acquiramus quod acquirere potuimus, nocuisse nobis dicimur. Determinanda est autem supradicta regula, hoc tamen autem premisso quod ignorantiam accipimus non vani et supini hominis. Per ignorantiam itaque iuris in his nulli subvenitur, nisi minoribus qui ius ignorare possunt sine pena. In dampno vero omnibus subvenitur <sup>10</sup>; cum per ignorantiam facti et in lucro et in dampno subvenitur, nisi specialiter lege aliquid excipiatur, ut puta indebito soluto. Semper enim indebitum solutum repetitur ab ignorante, nisi ex causa iudicati solvit vel transactionis vel actionis que

<sup>1</sup> Cod. om. titulo. — <sup>2</sup> Cod. om. et. — <sup>3</sup> Cod. inserit vel. — <sup>4</sup> Cod. honorantur. — <sup>5</sup> Cod. inserit non. — <sup>6</sup> Cod. satis. — <sup>7</sup> In Cod. certe

per inficiationem crescit <sup>11</sup>, vel cum naturale debitum superest, vel causa pietatis, vel cum debitor pena creditoris liberatus erat. Legata per errorem iuris <sup>12</sup> vel ultra dodrantem soluta non repetuntur, per errorem vero facti repetuntur. Ita autem demum error iuris obest si vel per se, vel per alium instructus esse potuit.

LXVIII

Distinctio dividui et individui ad factum promissoris pertinet, ut siquidem in facto consistit stipulatio, distinguamus utrum factum dividuum sit, aut individuum. Quod siquidem individuum sit et ab altero coherendum contra promissionem factum sit, penalis sit: stipulatio adversus omnes committitur quia omnes in id commisisse videntur, quod <sup>13</sup> nisi in solidum committi non potest. Si vero dividuum sit, non committitur nisi pro parte eius qui contra promissionem fecit. Sed si in dando consistit stipulatio, tunc non distinguitur utrum recipiat divisionem, annon. Sive enim recipiat divisionem, sive non, nichilominus committitur contra omnes etsi unus contra fecerit, ut D. familie herciscunde l. heredes eius § in illa (D. 10, 2, 25, § 12); et D. de verborum obligationibus l. eadem § Cato, et l. stipulationum alie § satis autem (D. 45, 1, 4 § 1 et 5, § 3).

LXVIII

Sciendum est quod due principales et civiles obligationes in andem personam concurrere possunt, nec una perimit alteram, ut D. de fideiussoribus l. generaliter, et l. si res (D. 16, 1, 5 et 70); et tit. de solutionibus l. si duo (D. 46, 3, 93); sed una principalis civilis et eius accessoria civilis in eadem persona concurrere non possunt quia principalis perimit accessoriam, ut dicitur eod. l. generaliter (D. 46, 1, 5). Cum vero fideiussor succedit reo qui tutus est exceptione, tollatur principalis, et remanet accessoria, ut D. de solutionibus l. Stichum aut Pamphilum § quod vulgo (46, 3, 95); due enim accessorie in eadem persona concurrere possunt, ut D. de fideiussoribus l. heres § non est (D. 46, 1, 21, § 1). Sed principalis naturalis et eius accessoria civilis in eadem persona concurrere possunt, ut D. de fideiussoribus l. heres § servo (D. 46, 1, 21, § 2).

LXX

Cum sunt duo stipulatores, petitione et acceptilatione unius tota solvitur obligatio. E contra, si unus ex pluribus reis debendi acceptilatam sit, ceteri liberantur secus est in pacto. Nam pactum unius ex pluribus reis

quaedam desunt. — <sup>8</sup> Cod. vincti. — <sup>9</sup> Cod. qui. — <sup>10</sup> Cod. inserit si. — <sup>11</sup> Cod. om. crescit. — <sup>12</sup> Cod. in rem. — <sup>13</sup> Cod. qui.



stipulandi non parit exceptionem contra alios. Sed si creditor pactus fuerit cum uno ex pluribus reis debendi, si sit pactum personale, ei <sup>1</sup> soli prodest; si in rem, omnibus. Sed unus ex reis stipulandi novare potest altero presente et non contradicente, ut si sint sotii, ut D. de duobus reis stipulandi l. II (D. 45, 2, 2); et tit. de acceptilatione l. per, l. si ex pluribus (D. 26, 6, 3 et 16); et tit. de novationibus l. si rem (D. 46, 2, 31); et tit. de pactis l. et heredi § ult., l. si unus (D. 2, 14, 21 § 5, et 27).

## LXXI

Cum pater paciscitur ne a filio petatur, quandoque paciscitur ei ut heredi, quo in casu habet filius exceptionem pacti ex pacto patris, quandoque ut extraneo, quo in casu si pater..... Si vere voluerit sibi consulere, datur exceptio doli filio; si vero noluit sibi consulere nec patri nec doli exceptio filio datur, ut D. de pactis l. et heredi, et l. si tibi § si pactus, et l. avus (D. 2, 14, 21 et 17 § 4 et 33).

## LXXII

Cum quis edificat: aut in suo, aut in alieno. Si in suo: aut de sua materia, aut de aliena. Si de sua materia in suo edificat, suum facit. Cum vero in suo edificat de aliena materia <sup>2</sup>: aut sciens, aut ignorans. Si ignorans in suo <sup>3</sup> edificat de aliena materia, ipse dominus intelligitur edificii quia omne quod edificatur solo cedit, nisi quis edificet in litore maris quo in casu solum cedit, ut D. de rerum divisione l. riparum <sup>4</sup>, et l. in tantum (D. 1, 8, 5 et 6). Nec tamen is qui materie dominus fuerat desinit eius dominus esse, sed tantisper neque vindicare eam potest, neque ad exhibendum de ea agere, sed duplum consequi potest per actionem de tigno iniuncto ab eo qui bona fide edificavit. Si tamen aliqua ex causa dirutum sit edificium poterit materiam suam vindicare, vel ad exhibendum de ea agere, nisi iam sit duplum consecutus per actionem de tigno iniuncto, ut in Instit. de rerum divisione § cum in suo (I. 2, 1, 29); et D. de acquirendo rerum dominio l. adeo (D. 41, 1, 7); et D. de rei vindicatione l. in rem (D. 6, 1, 23). Si vero sciens in suo edificat de aliena materia, nichilominus suum facit edificium, sed tenebitur furti et conditione furtiva, vel actione de tigno iniuncto in duplum, et utili in rem actione, vel ad exhibendum, non ut cogatur eximere et prestare, sed quia <sup>5</sup> dolo possidere desierit <sup>6</sup> litis estimationem dare compellatur, ut D. de rei vindicatione l. in rem actio (D. 6, 1, 23); et D. ad exhibendum l. gemma (D. 10, 4, 6); et D. de

solutionibus l. quodlibet, l. qui res § ult. (D. 46, 3, 87 et 98, § 8); et D. de tigno iniuncto (D. 47, 3). Cum autem quis edificat in alieno solo: aut bona fide, scilicet putans suum solum esse, aut mala fide, sciens solum alienum. Si bona fide quis edificat in alieno: aut de sua materia, aut de aliena. Si bona fide de sua materia in alieno edificat, edificium quod facit eius est in cuius solo edificat, nisi mobile sit edificium: tunc enim non cedit solo, ut D. de acquirendo rerum dominio l. Titius (D. 41, 1, 60); si tamen dominus soli petat edificium ab eo qui bona fide edificavit repellitur per exceptionem doli mali ut solvat pretium materie et mercedes fabrorum, ut in Instit. de rerum divisione § certe (I. 2, 1); et D. de acquirendo rerum dominio l. adeo (D. 41, 1, 7); et C. de rei vindicatione l. si in area (C. 3, 32, 16); et D. de pignoribus l. Paulus (D. 20, 1, 29); et D. de actionibus empti et venditi l. idque (D. 19, 1, 45). Si vero bone fidei edificator possidere desierit, et possessio ad dominum pervenerit, dicunt quidam, ut Ugo, eum nullam habere actionem directam vel utilem, quoniam nullo alio modo quam per retentionem impensas servare poterit, quia neminem sibi obligare proposuit, ut D. de conditione indebiti l. si in area (D. 12, 6, 33); et D. de doli exceptione l. Paulus (D. 44, 4, 14); et D. de communi dividundo l. in hoc iudicium, et l. si quis cum exstimaverit (D. 10, 3, 14 et 29); et D. de rei vindicatione l. sin autem § in rem, et l. sumptus (D. 6, 1, 27 § 5 et 48). Alii vero ex equitate dant ei, ut Martinus, utilem negotiorum gestorum, licet non possideat <sup>7</sup>, ut D. de negotiis gestis l. ult. (D. 3, 5, 49). Et si edificium fuerit dissolutum, materiam suam petet, nisi iam sit consecutus extimationem a domino soli, ut in Instit. de rerum divisione (I. 2, I); et C. de rei vindicatione l. II (C. 3, 32, 2). Cum autem mala fide de sua materia quis in alieno <sup>8</sup> edificat, secundum quosdam nullam habet actionem directam vel utilem, nec etiam retentionem, licet possideat; immo proprietatem materie amittit, quia voluntate eius alienata intelligitur, et ideo, domo diruta, materiam non vindicabit, ut in Instit. de rerum divisione (I. 2, 1); et D. de acquirendo rerum dominio l. adeo (D. 41, 1, 7). Alii vero indulgent ei utilem actionem negotiorum gestorum, etiam possessione vero domino <sup>9</sup> restituta, nisi donare voluerit, quia non debet quis locupletari cum aliena iactura, ut D. de negotiis gestis l. si pupilli § sed, l. si quis negotia (D. 3, 5, 6 § 6 et 23); et D. de petitione hereditatis l. plane in ceteris (D. 5, 3, 38). Et dissoluto edificio, dant <sup>10</sup> ei vindicationem materie. Cum autem quis edificat in alieno solo de aliena materia; aut bona fide, aut mala fide. Si bona fide, edificium quidem solo cedit, sed tenebitur quidem domino materie <sup>11</sup>, secundum

<sup>1</sup> Cod. ea. — <sup>2</sup> Cod. om. materia. — <sup>3</sup> Cod. inserit. nomine sed. — <sup>4</sup> Cod. om. l. riparum. — <sup>5</sup> Cod. quasi. — <sup>6</sup> Cod. desierunt. — <sup>7</sup> Cod. om. non possideat. — <sup>8</sup> Cod. alienam. — <sup>9</sup> Cod. or' o. — <sup>10</sup> Cod. datur. — <sup>11</sup> Cod. om. Cum autem quis

edificat in alieno solo de aliena materia: aut bona fide aut mala fide. Si bona fide, edificium quidem solo cedit, sed tenebitur quidem domino materie, quae omnia ex Cod. ms. paris. supplevi.



quosdam, quamdiu possidet actione de tigno iniuncto in duplum; et contra dominum soli vendicatem edificium utetur exceptione doli mali nisi offerat ei pretium tignorum et mercedes fabrorum, et diruto edificio bone fidei edificator habebit publicianam ad materiam vendicandam, quoniam duplum prestat domino materie, ut D. de tigno iniuncto (D. 47, 3); et D. de conditione indebiti l. si in area (D. 12, 6, 33); et D. de rei vindicatione l. si culpa (D. 6, 1, 63); et D. de publiciana actione l. sed etsi (D. 6, 2, 7). Si vero ille qui bona fide in alieno de aliena materia edificavit sine dolo et culpa possidere desierit, dicunt quidam eum nullo modo teneri, sed novus possessor tenebitur actione de tigno iniuncto in duplum quia iniunctum ab alio possidet. Et hec actio in re scripta est, sicut actio quod<sup>1</sup> metus causa, ut D. quod metus causa l. 2 metum autem § cum autem (D. 4, 2, 9, § 8). Alii vero dicunt novum possessorem qui non iniunxit, cum ab alio iniunctum possideat, non teneri<sup>3</sup> sed eum tantum teneri dicunt qui iniunxit, sive possideat sive non. Si vero<sup>4</sup> in alieno de aliena materia quis mala fide edificat, et furti et condictione furtiva et actione in rem utili ed ad exhibendum tenebitur et de tigno iniuncto in duplum, nec<sup>5</sup> aliquam actionem ipse vel retentionem habebit, ut D. de tigno iniuncto l. 1 (D. 47, 3, 1); et D. de rei vindicatione l. is qui dolo, et l. nec quasi (D. 6, 1, 69 et 70).

LXXIII

Quarta alia debetur iure nature, alia iure institutionis<sup>6</sup>. Jure nature debetur liberis quarta partis debite ab intestato, ut C. de inofficioso testamento l. parentibus (C. 3, 28, 8); in qua computantur ea que iure hereditario capiuntur vel iure legati seu fideicommissi, vel ex mortis causa donatione, ut in Instit. de inofficioso testamento<sup>7</sup> (I. 2, 18); et C. de inofficioso testamento l. 8 omnimodo (C. 3, 28, 30); et C. de inofficiosis donationibus l. cum donationibus (C. 3, 29, 6). Item data causa adimplende conditionis vel causa militie, et dos seu donatio propter nuptias, si ex bonis eius de cuius hereditate agitur sit profecta, computantur, ut D. de inofficioso testamento l. Papinianus (D. 5, 2, 8); et C. de inofficioso testamento l. omnimodo, l. quoniam (C. 3, 28, 30 et 32); et C. de collationibus l. illud quoque (C. 6, 20, 20); et C. familie heriscunde l. filium (C. 3, 36, 24). Simplex vero donatio que fit inter vivos non computatur<sup>10</sup> in quarta debita iure nature, nisi hac<sup>11</sup> contemplatione ut in quarta habeatur, ut D. de inofficioso testamento l. si non (D. 5, 2, 25); et C. de inof-

ficioso testamento l. si quando (C. 3, 28, 35). Item in ea computantur fructus omnes: exceptis liberis primi gradus quibus debetur quarta in rebus principalibus, ut D. de inofficioso testamento l. Papinianus § III<sup>12</sup> (D. 5, 2, 8 § 3); et C. ad Trebellianum Senatusconsultum l. iubemus (C. 6, 8, 6). Hec quarta iure Authenticorum aucta est. Nam pro numero liberorum est triens vel<sup>13</sup> medietas: si enim<sup>14</sup> quatuor sunt vel pauciores, triens eis<sup>15</sup> debetur. Si vero plures sunt, semis. Quandoque etiam dodrans liberis debetur, puta naturalibus curie datis, ut Auth. de triente et semisse (Nov. const. 18); in Auth.<sup>16</sup> coll. VII, tit. quibus modis naturales efficiuntur c. si quis autem (Nov. const. 89, c. 6), Quarta autem que debetur iure institutionis<sup>17</sup> alia debetur per legem Falcidiam, alia per Trebellianum Senatusconsultum. Per legem Falcidiam debetur quarta heredi instituto de specialibus legatis seu fideicommissis excedentibus dodrantem hereditatis, nisi testator<sup>18</sup> sciens modum sui patrimonii expressim vetet Falcidiam retineri, ut in Instit. ad legem Falcidiam (I. 2, 22); et in Auth. de heredibus et Falcidia (Nov. const. 1). Et in hac quarta fructus non imputantur, sed in rebus principalibus debentur, ut in Instit. ad legem Falcidiam (I. 2, 22); et D. ad legem Falcidiam l. in quantitate (D. 35, 2, 73). Immo sola ea imputatur que iure hereditario quis capit, non iure legati, seu fideicommissi sive<sup>19</sup> dotis. In hac enim non imputatur etiam si testator hoc velit, ut D. ad legem Falcidiam l. pater filiam (D. 35, 2, 14). Si tamen ideo ei legatum datum est ut integra legata seu fideicommissa prestat<sup>20</sup>, deneganda erit ei petitio legati, si lege Falcidia uti malit, ut D. ad legem Falcidiam l. quod autem dicitur, et l. in quartam (D. 35, 2, 74 et 91). Quod<sup>21</sup> autem conditionis implende causa a coherede vel a legatario vel a statulibero datur, in predicta quarta<sup>22</sup> non imputatur nisi a statulibero peculiares nummos accipiat; tunc vero pro parte sua imputare debet, quoniam pro parte non mortis causa capere, sed hereditario iure eos habere intelligitur, ut D. ad legem Falcidiam l. id autem quod (D. 35, 2, 76). Per Trebellianum Senatusconsultum debetur<sup>23</sup> seu retinetur quarta cum quis universitatem restituere rogatur, ut in Instit. de fideicommissariis hereditatibus (I. 2, 23). In quarta imputantur legata et fideicommissa et ea que deducere vel retinere vel percipere ab extraneo iussus<sup>24</sup> est. Cum vero coheredi iubetur quis hereditatem restituere et aliquid ab eo accipere, distinguitur utrum pecunia fuerit an species. Nam si pecuniam acceperit, totum sibi in quartam partem imputabitur, quoniam iure hereditario eam capit, ut D. ad legem Falcidiam l. in quartam (D. 35, 2, 91); et D. ad

<sup>1</sup> Cod. om. quod. — <sup>2</sup> Cod. om. ut D. quod metus causa l. — <sup>3</sup> Cod. om. non teneri. — <sup>4</sup> Cod. sive. — <sup>5</sup> Cod. non. — <sup>6</sup> Cod. restitutionis. — <sup>7</sup> Cod. inserit. omnimodo. — <sup>8</sup> Cod. om. C. de inofficioso testamento l. — <sup>9</sup> Cod. om. C. — <sup>10</sup> Cod. inserit nisi. — <sup>11</sup> Cod. a. — <sup>12</sup> Cod. inserit Pap. contra veterani

si conditioni. — <sup>13</sup> Cod. inserit ne. — <sup>14</sup> Cod. inserit quia. — <sup>15</sup> Cod. ei. — <sup>16</sup> Cod. inserit et. — <sup>17</sup> Cod. restitutionis. — <sup>18</sup> Cod. inserit sciat. — <sup>19</sup> Cod. sue. — <sup>20</sup> Cod. present. — <sup>21</sup> Cod. qui. — <sup>22</sup> Cod. bis quarta. — <sup>23</sup> Cod. om. debetur. — <sup>24</sup> Cod. usus.



Trebellianum l. deducta (D. 36, 1, 58). Fructus quoque quandoque in ea computantur, quandoque non. Nam si post multum temporis <sup>1</sup> heres restituat hereditatem, cum presenti die restituere sit rogatus, deducta quarta restituet; fructus enim qui percepti sunt negligentia <sup>2</sup> petentis non iudicio defuncti percepti <sup>3</sup> videntur; ergo non computantur. Alia causa est si sub conditione vel in diem rogatus sit restituere. Tunc enim quod <sup>4</sup> precipitur medio tempore submovet Falcidiam si tantum fuerit quantum quarta facit et quarte fructus. Nam fructus qui medio tempore percepti sunt ex iudicio testantis percepti videntur, ut D. ad Trebellianum Senatusconsultum l. <sup>5</sup> mulier (D. 36, 1, 22).

## LXXIII

Interesse quandoque circa rem, quandoque extra respectandum est. Item quandoque loco rei, quandoque loco pene datur. <sup>6</sup> Item aliter in bone fidei, aliter in stricti iuris iudiciis seu arbitrariis <sup>7</sup>, aliter in maleficiis. Item aliter in lucro, aliter in dampno. Item aliter ex conventionem de eo adhibito, aliter ex natura actionis interesse <sup>8</sup> estimandum est. Circa rem estimatur, veluti si vinum vel equus minimo pretio distractum est scilicet X, et postea maioris efficiatur scilicet L. Interesse enim <sup>9</sup> prestandum est quia hodie saltem datum <sup>10</sup> est: si enim datum <sup>11</sup> esset, omne id haberet emptor, ut D. de actionibus empti l. si sterilis (D. 19, 1, 21); ideoque omnes utilitates que circa rem consistunt dicimus esse prestandas. Extra rem: veluti si emptor ex vino negotiari potuit, vel familia eius morte necata est venditore faciente mora, ubi non lucrum vel familiare dampnum debet estimari, sed vendite rei pretium, ut in eadem lege (D. 19, 1, 21). Item si emptor in pretio solvendo <sup>12</sup> moram adhibuit, non lucrum quod ex negotiatione facere potuit, sed tantum usuras <sup>13</sup> consequitur venditor, ut D. de periculo et commodo rei vendite l. ult. (D. 18, 6, 19); et tit. de actionibus <sup>14</sup> empti l. Iulianus § e vendito (D. 19, 1, 13 § 19). <sup>15</sup> Illud interesse <sup>16</sup> quod <sup>17</sup> est circa rem venit tam in contractibus quam in maleficiis, veluti si sciens servum fugitivum vel furem vendidit; tenetur mihi enim duobus dampnis vel detrimentis mihi per eum illatis, ut D. de actionibus empti l. Iulianus (D. 19, 1, 13); vel si promisi Stichum aut Pamphilum, et Stichum occidisti qui vilioris pretii erat, quia iam perisse et ad Pamphilum teneor? teneris ad pretium eius, ut D. ad legem Aquiliam l. antepenult. (D. 9, 2, 55). Hec et alia complura inveniuntur exemplis suprapositis.

Loco rei succedit, veluti si carnem vendidisti et hanc die placito non tradidisti. Teneris enim non ad ipsam tradendam, sed ad id quod interest, ut C. de actionibus empti l. si traditor, et l. cum venditorem (C. 4, 49, 4 et 10); vel si facere domum die certa promisisti: die transacto, non ad ipsam, sed ad interesse teneris, ut D. de verborum obligationibus l. si insulam (D. 45, 1, 84). Loco pene, veluti si servum vendidisti quem ego sub pena promisi certa die alii dare, et te faciente moram, in penam incidi. <sup>18</sup> Non enim tantum de servo teneris, sed etiam de pena quam alii dedi. Item Stichum certa die promisisti quem alteri sub pena promisi. <sup>19</sup> Traditionem prorogasti et ideo quia prestitisset <sup>20</sup> in penam teneor. Condemnandus es non tantum de Stichum, sed etiam de pena actione ex stipulatu. Due intelliguntur stipulationes: una certi scilicet de <sup>21</sup> dando <sup>22</sup> Stichum; altera incerti cum die certa daturum te promisisti que incertum continet, ut D. de verborum obligationibus (D. 45, 1). Item et si Stichum occidisti quem sub pena promisisti: teneris enim de pena, ut D. ad legem Aquiliam l. proinde si servum (D. 9, 2, 22). In iudicio <sup>23</sup> bone fidei spectatur tam ex natura contractus, tam ex natura actionis, tam ex iudicis officio. Ex natura contractus, veluti si id quod convenit non prestatur, veluti si dixit servitutes fundo vendito deberi cum non deberentur. Item si dixerit servum artificem vel litteratum <sup>24</sup> cum non esset; vel aliquid abesse et non <sup>25</sup> abest, veluti furem non esse; vel aliquid adesse et non adest, veluti si dixit <sup>26</sup> servum peculiatum cum peculium non habet, ut D. de contrahenda emptione l. eaque (D. 18, 1, 43); et de actionibus empti l. Iulianus <sup>27</sup> (D. 19, 1, 13). Ex natura actionis seu obligationis, veluti de insertis et inclusis, ut D. de actionibus empti l. si venditor (D. 19, 1, 38). Item si locator aliquid abstulit conductori propter locationem; et multa alia que facile enumerari non possunt, que omnia ex bono et equo prestanda sunt, licet ex his nichil actum sit. Item aliter sciens, aliter ignorans quis interesse <sup>28</sup> prestat, veluti si sciens animal morbosum vendidisti. Dolo enim fecisti, et ideo de omnibus detrimentis teneris. Si vero ignorans, quod interest, quanto minoris emissem si scissem; dolus enim semper prestandus est in iudiciis, etiam si in contrarium pacti sunt. Iudicis officio omnia que in contractu et in actionibus sunt veniunt, ut D. de contrahenda emptione l. Labeo (D. 16, 1, 21); et tit. de actionibus empti l. Iulianus (D. 19, 1, 13); et tit. locati (D. 19, 2): que omnia similiter prestanda sunt. In stricti iuris iudiciis

<sup>1</sup> Cod. inserit hec. — <sup>2</sup> Cod. negligentiam. — <sup>3</sup> Cod. inserit sunt. — <sup>4</sup> Cod. qui. — <sup>5</sup> Cod. inserit is. — <sup>6</sup> Cod. dedit. — <sup>7</sup> Cod. arbitris. — <sup>8</sup> Cod. interest. — <sup>9</sup> Cod. idest enim esse. — <sup>10</sup> Cod. datus. — <sup>11</sup> Cod. datur. — <sup>12</sup> Cod. solvere. — <sup>13</sup> Cod. qui. — <sup>14</sup> Cod. actione. — <sup>15</sup> Cod. inserit. Quando inde evenit evenit. — <sup>16</sup> Cod. interest. —

<sup>17</sup> Cod. qui. — <sup>18</sup> Cod. incidisti. — <sup>19</sup> Cod. promisisti. — <sup>20</sup> Cod. prestitisse. — <sup>21</sup> Cod. om. de. — <sup>22</sup> Cod. dampno. — <sup>23</sup> Cod. iudicium. — <sup>24</sup> Cod. inserit artificem. — <sup>25</sup> Cod. om. non. — <sup>26</sup> Cod. om. si dixit lacuna quadam relicta. — <sup>27</sup> Cod. inserit. inter eum. — <sup>28</sup> Cod. interest.



cum ratione temporis, tum ratione loci id quod<sup>1</sup> interest prestatur; post litem autem contestatam omnes utilitates veniunt, et non ultra duplum ipsius rei debent extimari. Et si aliquid immoderate promissum est propter penam, illud cohartandum est, quia hee demum pene exigende sunt que competi moderatione videntur. Cum vero per arbitrariam aliquid debeatur, veluti quod certo loco promissum est, hic iudex utilitatem utriusque extimare debet, ubi prestandum est non solum dampnum, sed etiam lucrum quod petitor facturum esset si res suo loco soluta fuisset, veluti si<sup>2</sup> negotiator fuit et ex mercibus negotiari potuit, ut D. de eo quod<sup>3</sup> certo loco l. arbitraria § in hac (D. 13, 4, 7). Item in actione ad exhibendum quod interest spectatur et per iusiurandum in lite, reo per dolum non exhibente, alioquin culpa punitur, ut D. ad exhibendum<sup>4</sup> l. Celsus (D. 10, 4, 5); et tit. de in lite iurando (D. 12, 3). In maleficiis quod interest spectatur et circa rem et extra rem, ut in lege Aquilia, in communi dividundo, familie herciscunde, licet non ex maleficiis sit, sed inde causam habeat vel trahat. Circa rem, veluti ipsius operis subrepti extimatio, et quanti eo anno fuerit retro computato vel XXX diebus pro annis retro computatis. Extra rem, veluti corporis coherentes<sup>5</sup>, veluti si ex gemellis vel simphoniis unus occisus fuerit. Non enim solum pretium occisi sed quantum deteriorati sunt qui supersunt prestandum est. Item si servus heres institutus fuerit<sup>6</sup> occisus et ob id hereditas amissa est, pretium hereditatis restituendus est, ut D. ad legem Aquiliam l. proinde si servum, l. Inde Neratius (D. 9, 2, 23); et tit. de conditione furtiva l. III (D. 13, 1, 3); et tit. de furtis l. uxori (D. 47, 2). In lucro: veluti in arbitriis; lucrum<sup>7</sup> enim quod<sup>8</sup> petitor facere potuisset si res<sup>9</sup> loco suo soluta fuisset, extimandum<sup>10</sup> est. Item si dolo tuo hereditatem repudiavi, teneris quanti lucrum ex ea habuisses si adissem, ut C. de dolo l. penult. (D. 4, 3, 38); et D. de dolo l. si quis (D. 4, 3, 9). In dampno: veluti si quis persuasit familie mee ut de possessione recederet, quo casu dampnum mihi accidit, tenetur mihi ad id resarciendum<sup>11</sup> ut D. de dolo l.... (D. 4, 3). Ex conventionione extimatur in bone fidei iudiciis et stricti iuris. In bone fidei: veluti mihi servum vendidisti, et<sup>12</sup> convenit ut aliquid faceret<sup>13</sup>, et si non faceret penam promisi. Peti enim pena potest non solum actione ex vendito secundum formam pacti sed etiam ex stipulato; et si ex vendito actum est, doli exceptione repellitur actio ex stipulato. Si vero ex stipulato, actio ex vendito ipso iure tollitur, nisi quidem plurius intersit: tunc enim id quod in novatione translatum non est pristino iure peti

potest, ut D. de actionibus empti l. predia (D. 19, 1, 28). In stricti iuris iudiciis: veluti si ob causam dedi seu donavi ut aliquid faceres, et si non<sup>14</sup> faceres, penam promisisti. Teneris<sup>15</sup> quidem de pena ex stipulato tantum, vel conditione<sup>16</sup> de eo quod dedi repetendo. Ex natura actionis quod interest prestatur et in bone fidei iudiciis et ceteris aliis actionibus. Late quidem in bone fidei iudiciis spectandum est, etsi de eo nichil cogitatum est. In aliis autem non extimatur tam late, sed secundum naturam conventionis extimandum est, ita ut ultra duplum rei non extimetur.

## LXXV

Possessionum duplex est ratio: aut enim civilis est que iuris<sup>17</sup> dicitur, aut naturalis que corporis vel facti nuncupatur. Et quidem possessio naturalis est quasi pedum positio seu assessio, ut cum corpus corpori incumbit vel assidet, quod<sup>18</sup> interpretatione civilis iuris latius porrigitur. Adquiritur vero facto nostro vel eorum qui nostram vicem obtinent. Et factum differenter accipitur: mobilia enim et se moventia manu occupantur, et sub custodia nostra detinentur, et a nobis possideri dicuntur donec sub nostra sint custodia<sup>19</sup>, id est quatinus velimus possessionem naturalem apprehendere possumus. Nam pecus simul oberraverit, aut vas ita exciderit ut ignoretur ubi sit, vel alia res mobilis non inveniatur, habita tamen diligenti inquisitione, etsi alius eam non apprehenderit, tamen a nobis possideri desit, excepto servo<sup>20</sup>, cuius possessio a nobis retinetur etsi ignoretur ubi sit nisi ab alio possideatur vel pro libero gerat se, diu in libertate morando. Immobilia autem, non solum apprehensione, sed etiam per quandam similitudinem nobis acquiruntur. Nam si fundum continuum ex iusta causa intravero, statim totum usque ad triennium possideo, nec necesse habeo omnes glebas fundi circuire. Per vim autem ingrediens, eam tantum<sup>21</sup> partem possideat quam occupat. Similiter<sup>22</sup> fundum emptum de turre demonstratum<sup>23</sup> non minus possideo quam si pedes finibus intulisset. Nam et in his que propter magnitudinem ponderis tradi non possunt, subiectio oculorum pro apprehensione habetur. Rem etiam mobilem si emi, et in conspectu meo te deponere iussi, etsi nemo id tetigerit<sup>24</sup> tamen possideo, ut D. de acquirenda possessione l. possideri, et l. quod meo, et l. peregre, et l. si rem, et l. quarundam (D. 41, 2, 18 et 44 et 47 et 51). Qualiter autem nobis per alium possessio queratur alibi exposuimus; que si ita, autem a nobis retinetur etiam solo animo. E contrario enim solo amittitur animo. Nam etsi

<sup>1</sup> Cod. qui. — <sup>2</sup> Cod. sive. — <sup>3</sup> Cod. qui. — <sup>4</sup> Cod. om. ad exhibendum. — <sup>5</sup> Cod. inserit veluti coherentes. — <sup>6</sup> Cod. inserit vel. — <sup>7</sup> Cod. bis habet lucro veluti in arbitriis lucrum. — <sup>8</sup> Cod. qui. — <sup>9</sup> Cod. inserit suo. — <sup>10</sup> Cod. extimandus. — <sup>11</sup> Cod. sarcendum. — <sup>12</sup> Cod. inserit qui. — <sup>13</sup> Cod. facere. — <sup>14</sup> Cod. modo fa.

— <sup>15</sup> Cod. teneri. — <sup>16</sup> Cod. conditio. — <sup>17</sup> Cod. inserit est servari. — <sup>18</sup> Cod. qui. — <sup>19</sup> Cod. inserit detinentur et a nobis possideri dicuntur donec sub nostra custodia. — <sup>20</sup> Cod. omnino. — <sup>21</sup> Cod. unde. — <sup>22</sup> Cod. inserit si. — <sup>23</sup> Cod. demonstrat. — <sup>24</sup> Cod. detigerit.



in fundo sim, si tamen possidere nolo, protinus possessionem amitto. Occupanti vero non conceditur, nisi naturalem possessionem amisero, quod<sup>1</sup> innuit lex illa quemadmodum (D. 41, 2, 8). Vel forte illa loquitur de civili et naturali, ut naturalis et civilis non amittatur, nisi in ea utrumque in contrarium actum est. Et non tantum, ut dixi, animo retinetur cum a nemine inquietatur, sed etiam alio controversiam faciente a quo non vi, non clam, non precario possideam: interdicto uti possidetis defendam etsi ab alio vitiose possideam; nam adversus extraneos et vitiosa possessio prodest, ut D. de acquirenda possessione l. ult. (D. 41, 2, 54). Ad possessionem autem amissam recuperandam multimoda iura et civilia et pretoria accomodantur. Si enim per vim quis possessione<sup>2</sup> fundi vel edium privetur, comparatum<sup>3</sup> est ei iure pretorio interdictum unde vi, vel actio in factum eius loco est<sup>4</sup> comparata competens deiecto possidenti civiliter sive naturaliter. Non tamen aliene possessionis ministro, ut colono; superficiario tamen et fructuario utile non denegatur, cum etiam colonus qui dominum vel emptorem non admisit, vi deiectus eodem interdictum experiatur, licet a domino qui non admisit similiter eodem interdicto conveniri possit. Violentus autem idest deiector, ut<sup>5</sup> dixi, tenetur. Possessionis autem deiectio pro ipsius possessionis varietatibus<sup>6</sup> est varia. Possidet enim quis tantum animo quandoque, quum redeuntem tu intrare prohibes vel in itinere detines, et possessionem occupas. Possidet quandoque corpore suo vel alterius, quando tu corporaliter incumbens.....<sup>7</sup> idest ipsum tenens cuius possessionem corpore deperunt, aut eo violenter effugato possessionem occupas, aut ibidem ita retines forte vinctum ut nichil possideat. Aut imperando tu per ipsum possides, et ita non illum possidere. Sed etsi dolo fecisti, quo magis armis deiceretur, non evades interdictum unde vi vel actionem in factum loco eius comparata. Et quidem de eo quod ad te pervenit; ut si fugasti, possessionem vero non intrasti, intra utilem annum convenieris. Non autem hoc dico si per vim possessionem tuam retinuisti, quia<sup>8</sup> recte possidenti adeo licet ut etiam deiectus incontinenti possit eicere et in pristinam causam reverti. Venit in hoc interdicto restitutio rei immobilis cum omni causa, et<sup>9</sup> res veniunt<sup>10</sup> mobiles que erant in fundo. De rebus autem aliis mobilibus raptis, hoc interdicto principaliter non agitur; quod tamen deest interdicto constitutiones supplentur. Nam constitutio illa si quis in tantam (C. 8, 4, 7) etiam de rebus mobilibus et se moventibus competit; et licet credens rem suam, ei licere sibi pretium auferre, si vendidit<sup>11</sup>. A pena quidem furti liberatur ex ea constitutione: si<sup>12</sup> sua erat, dominio eius privatur, et ipsam

restituere compellitur. Si sua non erat, non tantum ipsam sed etiam extimationem eius prestare debetur. Alia quoque constitutione eadem pena plectetur<sup>13</sup> qui alieno nomine retinens, eam restituere sine legitima causa recusat donec sententia iudicis convincatur. Preterea si de fundo vel ede deiciatur et singula mobilia que perdidit non poterit comprobare, constitutio alia permittit, iudice tamen taxante, extimationem rerum amissarum suo iureiurando diffinire, ut C. tit. unde vi l. si quando vis, et l. non est abs re (C. 8, 4, 9 et 10). Sed si iudicialis vel etiam principalis sententie pretendat occasionem, alienam tamen si perturbat possessionem, non deerit constitutionum coertio ad hoc, et ubi absentium passio per alium possidenti defertur interdictum. Constitutio alia permittit etiam ministro per quem possidetur nullo modo precedente mandato, possessionis recuperande iudicium exercere etiam si servus sit, ut C. tit. unde vi l. meminerit (C. 8, 4, 6); et tit. si per vim l. I et ult. (C. 8, 5, 1 et 2). Et hoc de his qui ab alio quoquo modo detentam post trahant. Nam qui vacantem possessionem, idest neque corpore vel saltim animo detentam, sua auctoritate intraverit, licet invasor proprie non dicatur, quia possessio, ut dixi, vacat, domino forte per decennium absente vel alias negligente vel sine successore mortuo; quibus casibus violentie penam constitutio illa in D. tit. unde vi l. invasor (C. 8, 4, 3) removet, tamen, generali iurisdictione que etiam veteribus declarata erat legibus, teneatur, et predo licet non sit, ut invasor constitutione illa cum querebatur inter (C. 8, 4, 11) coherceatur. Omnes enim scire debent quod suum non est ad alium pertinere; rem autem suam predictis modis vacantem accipere et retinere, ut mihi videtur, non prohibetur.

## LXXVI

De dampno dato ab hominibus coactis non tantum ius civile, idest lex Aquilia, loquitur, sed etiam Pretor suum edictum proposuit. In quo intra annum utilem in quadruplum, post annum in simplum dampnatur non solum qui homines dolo malo coegit ut dampnum darent<sup>14</sup>, sed etiam is<sup>15</sup> qui inter coactos dolo malo fuit maxime, et sive is qui coegit dampnum dedit, sive alius, hominibus ab alio coactis, uterque tenetur, ut D. tit. vi bonorum raptorum l. II (D. 47, 8, 1). Contra eum quoque<sup>16</sup> cuius dolo malo in turba dampnum datum esse dicitur edictum proponitur. Ex quo in factum actione intra annum utilem in duplum, post annum in simplum dampnatur. Turbam autem appellari Labeo ait ex genere tumultus; ex autem numero turba dicatur<sup>17</sup>. Et quidem

<sup>1</sup> Cod. qui. — <sup>2</sup> Cod. possessionem. — <sup>3</sup> Cod. compari intro. — <sup>4</sup> Cod. om. est. — <sup>5</sup> Cod. habet deiectorum pro deiector ut. — <sup>6</sup> Cod. varietatis. — <sup>7</sup> Cod. ex lacunam quandam habet. — <sup>8</sup> Cod. qui.

— <sup>9</sup> Cod. inserit cum. — <sup>10</sup> Cod. veniunt. — <sup>11</sup> Cod. vi rapiat. — <sup>12</sup> Cod. om. si. — <sup>13</sup> Cod. plectentur. — <sup>14</sup> Cod. daret. — <sup>15</sup> Cod. his. — <sup>16</sup> Cod. inserit cum quo. — <sup>17</sup> Cod. inserit querebatur.

duo non dicuntur turbam facere quia duo proprie turba non dicuntur<sup>1</sup>, nec etiam tres, vel quattuor. Decem vero vel plures proprie turbam faciunt. Duorum autem vel trium vel quattuor rixa et non turba dicitur. Hoc autem edicto plectetur non tantum is cuius dolo in turba dampnum<sup>2</sup> datum fuerit sive presens sive absens; sed etiam is<sup>3</sup> qui dampnum dedit,<sup>4</sup> et qui adventu suo turbam concitavit vel clamore, dum criminatur<sup>5</sup>, iniuriam provocat tenetur. Non enim exigit Pretor ut ab ipso sit turba convocata, sed ut dolo alicuius in turba dampnum sit datum. Hec autem actiones heredibus dantur; contra heredes autem non intenduntur, nisi<sup>6</sup> in id quod ad eos pervenit, quia contra heredes dantur conditiones ex rapina sive quid<sup>7</sup> ad eos pervenit, sive non. Item lege Aquilia actio de eo quod<sup>8</sup> ad heredes pervenit contra eos proponitur, et non forte hec actio in factum competens de dampno in turba dato.

### LXXVII

Stipulatur quis quandoque rem sibi dari et tradi, quandoque vacuum possessionem tradi; et in his omnibus casibus diversa sunt iura prodita. Nam cum quis<sup>9</sup> stipulatur rem sibi dari, hoc stipulari videtur ut promissor rem faceret accipientis ex stipulatu, nisi res facta sit stipulantis. Si vero rem tradi<sup>10</sup> stipulatus<sup>11</sup> sit, hec stipulatio factum tantum continet promittentis, scilicet ut tradat, non ut faciat licere habere. Sed si vacuum possessionem tradi stipulatus sit, hec stipulatio causam bonorum continet; ideo fructus venient in hac stipulatione; non tamen cogitur rem facere accipientis, sed facere licere habere. Et ita Ugo. Ceteri dicunt continere causam omnium bonorum ita ut res fiat accipientis, ne advocari possit. Cum vero rem dari vacuumque possessionem tradi sit<sup>12</sup> stipulatus, hec stipulatio non tantum fructus continet, sed etiam partum propter inferiora verba, vacuumque possessionem tradi, ut D. de usuris l. si Stichum (D. 22, 1, 2); et D. de verborum obligationibus l. si rem tradi, et l. in conventionalibus § si quis (D. 45, 1, 28 et 52 § 1); et tit. de contrahenda emptione l. si ita § qui fundum (D. 18, 1, 25 § 25).

### LXXVIII

Cum procurator actoris agit<sup>13</sup> et satisdedit de<sup>14</sup> defensione, cogitur iudicium suscipere nisi iusta causa intercesserit, ut C. de procuratoribus l. invitus<sup>15</sup> (C. 2, 13, 17). Quod<sup>16</sup> non idem<sup>17</sup> est in procuratore rei cum dominus eo presente et consentiente satisdederit iudicatum solvi,

<sup>1</sup> Cod. dicuntur non. — <sup>2</sup> Cod. om. dampnum — <sup>3</sup> Cod. his. — <sup>4</sup> Cod. inserit quoniam in uno. — <sup>5</sup> Cod. vel clamore vel dum criminatur vel iniuriam et cet. — <sup>6</sup> Cod. non. — <sup>7</sup> Cod. qui. — <sup>8</sup> Cod. qui. — <sup>9</sup> Cod. his. — <sup>10</sup> Cod. tradidi. — <sup>11</sup> Cod. stipulantis. — <sup>12</sup> Cod. om. tradi sit. — <sup>13</sup> Cod. exigit. — <sup>14</sup> Cod. om. de. —

nisi iusta causa intercesserit; et tunc<sup>18</sup> committitur stipulatio, sed ex causa cogendus est, si res est peritura tractu temporis, ut D. eod. l. filias § procuratorem (D. 3, 3, 8 § 3). Sed si dominus satisdederit iudicatum solvi, procuratore tamen ignorante non cogitur<sup>19</sup> procurator iudicium suscipere, sed committitur stipulatio ob rem non defensam. Sed si iusta causa recusat eum defendere, non committitur stipulatio, ut D. eod. l. non cogendum Sabinus (D. 3, 3, 45).

### LXXVIII

Cum debitor offert pecuniam creditori: aut extra iudicium, aut in iudicio. Si in iudicio, creditore non accipiente pecuniam, debitor tenetur, ut D. de solutionibus l. si debitor (D. 46, 3, 30), Cum debitor offert debitum creditori suo, si creditor accipere noluerit, pecunia vel alia re oblata deperdita, liberatur debitor quandoque per exceptionem, ut in contractibus stricti iuris, quandoque ipso iure, ut in bone fidei contractibus, ut D. de exceptionibus l. si rem<sup>20</sup> (D. 44, 1, 6); et tit. de solutionibus l. qui (D. 46, 3, 72). Si vero extra iudicium: aut congruo loco et tempore, aut non. Si oportuno autem loco et tempore<sup>21</sup> eam consignavit et deposuit, potest agere pignoratitia, ad pignus persequendum, si pro ea pignus obligavit; et si perierit, erit a pena liberatus, ut D. de solutionibus l. qui decem (D. 46, 3, 72); et C. de usuris l. acceptam (C. 4, 32, 19); et tit. de evictionibus<sup>22</sup> l. I (D. 21, 2, 1); et tit. de compensationibus l. invicem (D. 4, 31, 12). Sed si fundus sit obligatus, ex sola oblatione pecunie<sup>23</sup> fructus postea percepti extenuant debitum, ut C. de usuris l. ex predio (C. 4, 31, 11). Si vero non idoneo loco et tempore, non liberatur etiam si eam amiserit, ut D. de solutionibus, l. creditori, et l. si soluturus (D. 46, 3, 102 et 39).

### LXXX

Qui confitetur: alias extra iudicium, vel alias in iudicio. Si extra iudicium, non preiudicat sibi confessio sua, ut D. de interrogatoriis actionibus l. ult (D. 11, 1, 22); nisi ut in Auht. habetur de creditore qui ante ut testis ad hoc interrogatus se debitum recepisse confessus fuerit, vel e converso debitor mutuam pecuniam se accepisse<sup>24</sup>, preiudicat confessio ac si in iudicio factum fuerit, ut in Auth. collat. VII de testibus § 1<sup>25</sup> (Nov. const. 90, C. 1). Sed si in iudicio confitetur: aut confitetur verum, aut falsum. Si verum, pro condemnatione habetur; si falsum: aut confitetur id cuius nomine non

<sup>15</sup> Cod. mutus. — <sup>16</sup> Cod. qui. — <sup>17</sup> Cod. ms. paris habet idem ommissis quod non. — <sup>18</sup> Cod. ms. paris, inserit non. — <sup>19</sup> Cod. igitur. — <sup>20</sup> Cod. opera. — <sup>21</sup> Cod. om. aut non... tempore, quae omnia ex cod. ms. paris. supplevi. — <sup>22</sup> Cod. addit pignorum. — <sup>23</sup> Cod. pene. — <sup>24</sup> Cod. inserit non. — <sup>25</sup> Cod. inserit § licet.



erat actio, aut id cuius nomine alius tenebitur. Et hic refert an per dolum aut iocum. Si quidem per iocum, tenetur; sed <sup>1</sup> a Pretore iuvatur. Si dolo malo: aut sciens, aut ignorans. Si sciens, tenetur. Si ignorans: aut factum, aut ius. Si factum, non tenetur; si ius, tenetur. Ius ignorat, puta, est confessus se occidisse, cum filius occidit: credebatur se teneri ex maleficio filii: hic omnimodo tenetur ut D. <sup>2</sup> ad legem Aquiliam <sup>3</sup> l. hoc apertius (D. 9, 2<sup>o</sup> et 24).

LXXXI

Furti actio <sup>4</sup> quandoque defertur ratione interesse <sup>5</sup>, quandoque ratione domini <sup>6</sup>. Cum vero ratione interesse alicui defertur, actio durat quatinus interest. Si ergo interesse desinit, et competens actio, ut D. de furtis l. qui iniurie § si servus et l. fullo actione (D. 47, 2, 53, § 1 et 90). Cum vero ratione domini alicui datur furti actio, si res eius esse desinit, distinguendum est utrum desinat eius esse ex causa que furtum precessit, an ex sequenti. Nam si ex causa precedenti desinat eius esse res, est id quod dixi cum defertur ratione interesse, id est ut desinat competere quando desinit interesse, ut D. de furtis l. si quis uxori § si Titius § si statuliber subreptus (D. 47, 2, 52 § 17 et § 39). Cum vero ex causa sequenti res esse <sup>7</sup> cuius subrepta est desinit, nichilominus furti actione experitur, ut D. de furtis l. inter omnes (D. 47, 2, 46); et tit. de actionibus et obligationibus l. quecumque (D. 44, 7, 56). In conditione vero furtiva distinguendum est utrum domini facto <sup>8</sup> dominium subrepte rei ab eo recedat, an sine eius facto <sup>9</sup>. Si enim sua esse desinit suo facto, desinit ei competere furtiva conditio. Si vero sine suo facto dominium amittit, nichilominus retinet conditionem, ut D. de conditione furtiva l. sive, l. ult. (D. 13, 1, 10 et 20).

LXXXII

Cum dolus vel delictum ab aliquo committitur <sup>10</sup>: aut in contractu vel quasi, aut extra. Si extra: aut lite contra eum contestata decedit qui dolum seu delictum commisit, aut non. Si lite contestata decedit, heredes eius ex delicto defuncti in solidum conveniuntur, alioquin in quantum ad eos pervenit vel dolo fecerunt quominus perveniret tenentur, ut C. ex delictis defunctorum (C. 4, 17, 1); et D. de peculio l. summa. l. quesitum est (D. 15, 1, 21 et 30); et tit. de dolo l. in heredem (D. 4, 3, 26). Et quidem perpetuo in factum tenentur <sup>11</sup> actione sicut et ille qui dolum commisit, ut

D. de dolo l. itaque (D. 4, 3, 28). Furis tamen successor et ad <sup>12</sup> exemplum raptoris heredis <sup>13</sup> licet furti vel vi bonorum raptorum actione non teneatur, conditione furtiva vero ex delicto defunctorum in solidum condempnatur, ut D. de privatis delictis l. I (D. 47, 1, 1); et D. <sup>14</sup> de vi bonorum raptorum l. II (D. 47, 8, 2) in fine; et D. de conditione furtiva l. in conditione ex (D. 13, 1, 9). Cum vero in contractu vel quasi delicto committitur, <sup>15</sup> aut ipso iure deficit contractus dolo dante causam contractui, aut contractu quidem tenente dolus aut incidens delictum committitur: actione ex illo contractu heredes in solidum conveniuntur. Nam hic dolus ex contractu et rei persecutione descendit. Quod <sup>16</sup> quidem in omnibus contractibus bone fidei et <sup>17</sup> stricti iuris verum est, ut contractu de iure tenente, dolus a defuncto commissus ab heredibus in solidum per actionem ex eo contractu prestetur, ut D. depositi l. si hominem § 1 (D. 16, 3, 7 § 1); et D. de actionibus et obligationibus l. ex depositi (D. 44, 7, 12); et tit. de verborum obligationibus l. ex ea parte (D. 45, 1, 121); et tit. de regulis iuris l. ad ea (D. 50, 17, 157). Sane uno casu ex dolo defuncti in contractu vel quasi habito heres non convenitur nisi in quantum ad eum pervenit, ut D. de precario l. quesitum est § ult. (D. 43, 26, 8 § 8). Cum dolus dat causam contractui, et ipso iure non tenet contractus; heredes, quia dolum commisit, in solidum non conveniuntur ea videlicet ratione <sup>18</sup> quia ex tali contractu nulla nascitur actio, sed sola de dolo adversus eum qui dolum commisit datur per quam heredes non in plus quam in quod <sup>19</sup> ad eos pervenit possunt conveniri, et quia ex contractu dolus non descendit, quippe cum nullus sit contractus. Quod vero dixi dolo dante causam contractui ipso iure nullum esse contractum, intelligas in bone fidei iudiciis; ceterum in stricti iuris iudiciis, <sup>20</sup> dolo dante causam contractui, tenet quidem contractus, et ex eo oritur actio, sed per exceptionem eliditur. Et hec omnia invenies in Instit. de perpetuis et temporalibus actionibus § aliquando (I. 4, 12); et D. de dolo l. et eleganter, in fine, l. quod si, l. quod venditor, l. in heredem (D. 4, 3, 7 et 8 et 37 et 26); et C. de inutilibus stipulationibus l. dolo (C. 8, 39, 5).

LXXXIII

Vitiorum alia rei, alia persone coherent. Rei coherent vitia, puta si sit vi vel clam possessa, seu Presidi contra legem Iuliani repetundarum data, aut furtiva.

<sup>1</sup> Cod. si. — <sup>2</sup> Cod. inserit eod. D. — <sup>3</sup> Cod. inserit extimata. — <sup>4</sup> Cod. habet glossam: Agitur furti quandoque respectu domini tantum, quandoque interesse tantum, quandoque utriusque. Respectu domini tantum, ut D. de furtis l. eum (D. 47, 2, 14). Interesse tantum, ut in commodatario et creditore; utriusque, ut D. de furtis l. si quis uxori § si filius (D. 47, 2, 52 § 5). —

<sup>5</sup> Cod. periculi. — <sup>6</sup> Cod. om. quandoque ratione domini. — <sup>7</sup> Cod. est. — <sup>8</sup> Cod. factio. — <sup>9</sup> Cod. factio — <sup>10</sup> Cod. mittitur. — <sup>11</sup> Cod. inserit eius. — <sup>12</sup> Cod. satis. — <sup>13</sup> Cod. heres. — <sup>14</sup> Cod. l. — <sup>15</sup> Cod. amittitur. — <sup>16</sup> Cod. qui. — <sup>17</sup> Cod. cum. — <sup>18</sup> Cod. idem. — <sup>19</sup> Cod. heredes pro in quod. — <sup>20</sup> Cod. inserit dante.

Precaria quoque possessio vitiosa dici potest, cum voluntate domini non nititur; vel potest dici ab initio vitiosa, quia non est plena possessio nec integritatem habet quam possessio desiderat habere cum alius possideat. Ille enim possidet cuius nomine possidetur, ut D. de acquirenda possessione <sup>1</sup> l. quod (D. 41, 2, 24). Persone coherent vitia, puta dolus et mala fides. Item successorum: alii rei, alii iuris. Rei: ut emptores, donatarii, legatarii, fideicommissarii speciales, <sup>2</sup> permutatores, in solutum acceptores et his similes; iuris: ut <sup>3</sup> heredes bonorumve possessores et generales fideicommissarii quibus hereditas per Trebellianum restituitur. Et quidem vitia rei coherentia omnibus successoribus obstant indifferenter; rei vel iuris suis <sup>4</sup> aut extraneis ad usucapionem <sup>5</sup> seu longi temporis prescriptionem, nisi sint purgata. Nam vitia possessionum a maioribus contracta perdurant, et successorem auctoris sua culpa comitatur, ut C. de acquirenda possessione l. vitia (C. 7, 32, 11); et D. de diversis temporalibus l. cum heres (D. 44, 3, 11); et tit. de acquirendo rerum dominio <sup>6</sup> l. bone fidei (D. 41, 1, 48); et tit. ad legem Iuliam repetundarum l. penult. (D. 41, 11, 8); et tit. de usucapionibus l. sequitur, et l. ubi lex § interdum (D. 41, 3, 4 et 24 § 1); ex tit. vi bonorum raptorum l. ult. (D. 47, 8, 6); et in Instit. de usucapionibus (I. 2, 6); et D. de doli exceptione l. apud Celsum § de auctoris (D. 44, 4, 4 § 27). Excipitur tamen secundum quosdam precarie possessionis vitium quod non obest <sup>7</sup> successoribus rei quominus usucapiant vel longo tempore prescribant, ut in re deposita seu commodata, vel locata et ab herede distracta legitur in Instit. de usucapionibus (I. 2, 6); et D. de usucapionibus l. potest (D. 41, 3, 36). Si vero vitia <sup>8</sup> persone cohereant, distingue successores iuris suos ab extraneis. Nam suis etiam <sup>9</sup> ignorantibus nocent ne usucapione vel longi temporis prescriptione dominium acquirant, quia vitiorum defuncti successores sunt, ut D. de publiciana actione l. si ego § partus (D. 6, 2, 11 § 2); et in Instit. de usucapionibus § diutina (I. 2, 6 § 12); et C. de usucapione pro herede l. nichil, et l. ult. (C. 7, 29, 2 et 4); et tit. de longi temporis prescriptione l. diutina (C. 7, 33, 4). Extranei vero heredes ex sui persona sumunt vitium et usucapiant pro herede, ut D. pro herede l. plerique (D. 41, 5, 3). Successoribus autem rei vitia persone <sup>10</sup> coherentia auctoris non obstant quominus usucapiant vel longi temporis prescriptione se tueantur si bone fidei sunt, ut D. de diversis temporalibus prescriptionibus l. an vitium (D. 44, 3, 5); et in Inst. de usucapionibus (I. 2, 6); et D. de usucapionibus l. sequitur (D. 41, 3, 4); et C. de rei vindicatione l. adversus (C. 3, 32, 4). Nova vero

constitutione cavetur ut male fidei possessore alienante, cesset usucapio et longi temporis prescriptio si verus dominus ignorat ius suum et alienationem factam. Spectatur ergo XXX annorum defensio, ut in Auth. in coll. VIII tit. ut sponsalitia largitas § rursus (Nov. const. 119 c. 7). Sed si experiantur vel a creditoribus in fraudem alienata revocantibus conveniantur, refert lucrativam vel prope habeant causam, necne. Etenim lucrativam vel prope causam habentes, ut legatarii seu fideicommissarii, creditores et his similes ex persona suorum auctorum doli exceptione agentes patiuntur, et a creditoribus pauliana vel in factum seu faviana, detracta mentione scientie, conveniuntur, ut C. de imponenda lucrativa descriptione <sup>11</sup> (C. 10, 35); et D. de exceptione doli l. apud § si quis (D. 44, 4, 4, 11); et tit. de exceptionibus l. si rem (D. 44, 1, 6); et tit. de his que in fraudem creditorum l. quod autem § si quid cum, et l. ait Pretor § si cui, et l. cum inventus, et l. si fraudator § 1 (D. 42, 8, 6 § 10 et 10 § 13 et 25 § 1); et C. de revocandis his que in fraudem creditorum l. ignoti (C. 7, 75, 5). Lucrativum autem titulum non habentes, puta emptores, permutatores, in solutum acceptores, et mariti constante matrimonio dotem exigentes, non exceptione doli si sunt bone fidei ex persona sui auctoris nisi eius utantur accessione repelluntur, nec ignorantes predictis actionibus conveniuntur, ut C. de imponenda lucrativa descriptione (C. 10, 35); et D. de publiciana actione l. cum <sup>12</sup> (D. 6, 2, 12); et de doli exceptione l. apud § item queritur et § si quis autem § de auctoris, et l. pure § si eum (D. 44, 4, 4 § 3 et § 4 et § 27 et 5 § 5). Soluta vero matrimonio marito dotem petenti, ex persona mulieris doli obstat exceptio in id dumtaxat quod <sup>13</sup> mulier est receptura, ut D. de conditione datorum ob causam l. si donaturus (D. 12, 4, 9); et tit. de doli exceptione l. apud § apud Iulianum, et l. pure (D. 44, 4, 4 § 22 et 5).

LXXXIII <sup>14</sup>

Cum servus contrahit, aut contrahit nomine domini, aut iure peculiari. Item si nomine domini: <sup>15</sup> aut mandato domini aut sine eius mandato; et si sine mandato: aut dominus ratum habet, aut non. Si nomine domini et mandato domini servus contraxit, eius factum domino prodesse et obesse poterit, ut D. de doli exceptione l. apud § in hac (D. 44, 4, 4 § 17); et D. de redibitoria l. cum mancipium (D. 21, 1, 51); et de exercitoria actione, vel quod iussu, vel utili institoria dominus teneatur, ut Instit. quod cum eo § eadem (I. 4, 7 § 2); et D. de exercitoria l. I § cuius (D. 14, 1, 1, § 4); et D.

<sup>1</sup> Cod. acquirunt possessionem. — <sup>2</sup> Cod. om. speciales; ex cod. ms. parisi. supplevi. — <sup>3</sup> Cod. vero. — <sup>4</sup> Cod. si ius. — <sup>5</sup> Cod. usucapionibus. — <sup>6</sup> Cod. inserit et D. do. lego. — <sup>7</sup> Cod. est. — <sup>8</sup> Cod. ut ea. — <sup>9</sup> Cod. et. — <sup>10</sup> Cod. personis.

— <sup>11</sup> Cod. inscriptione. — <sup>12</sup> Cod. inserit qui emptor ait. — <sup>13</sup> Cod. qui. — <sup>14</sup> Hic incipiunt distinctiones a diverso fortasse librario scriptae. — <sup>15</sup> Cod. om. domini et inserit et iure peculiari.



de institoria l. I (D. 14, 3, 1); et Instit. quod cum eo<sup>1</sup> (l. 4, 7) in principio<sup>2</sup>; et C. de exercitoria l. qui secutus (C. 4, 25, 6); et D. de negotiis gestis l. liberto (D. 3, 5, 31). Si vero sine mandato, nomine domini tamen contraxit, si dominus ratum non habuit, non tenetur, ut C. quod cum eo l. si servus (C. 4, 26, 6); nisi forsitan de peculio vel de in rem verso. Si vero ratum habet, obligabitur ratihabitione, actione de in rem verso, ut D. de in rem verso l. si res § 1 (D. 15, 3, 5 § 1). Cum autem iure<sup>3</sup> peculiari servus contrahit; aut liberam habet administrationem, aut non. Si non habet, nichil agit quantum ad translationem dominii, vel dominus obligatur in solidum; aget tamen quantum ad actionem peculii vel de in rem verso<sup>4</sup>, nisi voluntate domini contraxit vel precedente vel consequente, quibus casibus alias tenebitur quod iussu, alias utili actione ad exemplum institorie, ut D. quod iussu l. I circa principium § si ratum (D. 15, 4, 1 § 6); et C. de exercitoria l. qui secutus (C. 4, 25, 6); vel nisi domino sciente in his negotietur. Tunc enim tenetur dominus tributoria, ut D. de tributoria l. huius<sup>5</sup> (D. 14, 4, 1); et C. quod cum eo l. si liberam (C. 4, 26, 10). Si autem liberam habet administrationem,<sup>6</sup> refert qualiter contrahat; utrum remittat vel donet res peculiares, an alias contrahat. Si remittat vel donet, non valebit; quia non videtur ei peculium concessum ut perdat, ut D. de peculio l. qui (D. 15, 1, 46), generaliter; et D. de donationibus l. filius (D. 39, 5, 7); et D. quibus modis pignus vel hypotheca l. sicut § an (D. 20, 6, 8 § 5). Si autem alias contrahit, servabitur, ut C. quod cum eo l. si liberam (D. 4, 26, 10); et D. de iureiurando l. servus, et l. huic (D. 12, 2, 20 et 21), nisi forte fideiubeat. Quo casu non valebit nisi pro suo domino, ut D. de peculio l. III § si filius (D. 15, 1, 3 § 5). Eadem in filiofamilias puto distinguenda preterquam in fideiussore; filius enim familias etiam pro patre potest fideiubere iudiciumque accipere, ut D. de peculio l. licet (D. 15, 1, 3).

## LXXXV

Cum ex ultima voluntate quid per servum nobis acquiritur, refert utrum sit hereditas vel legatum; et si hereditas, utrum data sit contemplatione domini, quod semper presumitur, an contemplatione servi. Legatum servo relictum<sup>7</sup> acquiritur domino nulla interveniente opera vel scientia servi, ac si ipsi domino datum esset. Unde perinde dominus repudiare potest ac si ipsi relictum esset, ut hic, et D. de acquirendo rerum dominio l. liber homo (D. 41, 1, 17); et D. de legatis I l. legatum servo (D. 30, 1, 7). Si vero servus heres instituitur, non aliter acquiritur domino quam si servus adierit

<sup>1</sup> Cod. inserit institoria. — <sup>2</sup> Cod. inserit l. et D. de exercitoria l. I. — <sup>3</sup> Cod. nomine. — <sup>4</sup> Cod. inserit vel. — <sup>5</sup> Cod. et ius. —

iussu domini in hereditate, nempe aliquatenus est opere quia per ipsum aditur, ut D. de acquirendo rerum dominio l. homo liber (D. 41, 1, 54). Et siquidem contemplatione domini heres instituitur, invitus etiam adire compellitur, ut C. de iure deliberandi l. cum aliquis (C. 6, 30, 21). Si vero contemplatione ipsius servi, non compellitur, ut ead. l. (C. 6, 30, 21); et C. de hereditibus instituendis l. cum proponis (C. 6, 24, 3).

## LXXXVI

Cum quis volenti ad emptionem accedere vel alias contrahere denuntiat: aut habet ius denuntiandi aut non. Item si habet ius denuntiandi vel non habet, aut ipse qui denuntiat aget, aut alius agere vult. Si habens ius denuntiandi vel alius eius nomine denuntiavit testatori volenti ad contractum accedere ne accedat, siquidem ipse agere velit, ammittitur et, tamquam a male fidei possessore, rem cum fructibus vendicabit, ut D. que in fraudem creditorum l. ait pretor § si quis particeps (D. 42, 8, 10 § 3); et D. de edendo l. quedam (D. 2, 13, 9); et C. de rei vindicatione l. si fundum (C. 3, 32, 17). Hoc tamen, secundum quosdam, si contrahens qui vetabitur vetantem ius vetandi habere credit; alioquin propter prohibitionem non fiet malefidei possessor, ut C. de fructibus et litis expensis l. II (C. 7, 51, 2), et D. quod falso tutore l. II (D. 27, 6, 2). Si vero alius agere velit, nunquam contrahenti qui fuit vetitus obest quod alter licet habens ius prohibuit, ut C. de rescindenda venditione l. si maior (C. 4, 44, 13); et D. de operis novi nunciatione l. de pupillo § si plurium (D. 39, 1, 5 § 6). Nam res inter alios acta obesse vel prodesse non debet, ut C. quibus res iudicata non nocet l. II (C. 7, 56, 2); et D. de negotiis gestis l. si autem § ult. (D. 3, 5, 8 § 3). Si vero is<sup>8</sup> qui denuntiavit ius denuntiandi non habuit, nunquam contrahenti paratur iudicium, ipse qui prevenit agat vel alius, ante contractum vel post intervenerit prohibitio, ut C. debitorem venditionem pignoris impedire non posse l. I (C. 8, 29, 1); nisi nunciationem factam pretoris defecerit auctoritas, ut D. de operis novi nunciatione l. I in principio, l. pretor § I et II (D. 39, 1, 1 et 20 § 1 et § 2); et D. quod vi aut clam l. I (D. 43, 24, 1).

## LXXXVII

Cum rei restitutio a possessore desideratur, distinguitur utrum possessor habeat facultatem restituendi<sup>9</sup> vel non; vel postea, annon<sup>10</sup>; utrum dolo fecit quominus posset, an sola culpa, an vero nec dolo nec culpa. Si possessor ad restitutionem conventus iudice iubente non

<sup>6</sup> Cod. om. administrationem. — <sup>7</sup> Cod. legato servum relicto. — <sup>8</sup> Cod. his. — <sup>9</sup> Cod. restita est et inde. — <sup>10</sup> Cod. an nomine.



restituatur, siquidem posset in presenti restitutionem facere, nec faciat, manu militari res ab eo auferenda est, ut D. de rei vindicatione l. qui<sup>1</sup> restituere (D. 6, 1, 68). Si vero in presenti dicat restituere se non posse.....<sup>2</sup> inde frustra<sup>3</sup>, et tempus petierit ad restitutionem, dandum est, cautione tamen de restitutione prestita vel litis extimatione. Si vero neutrum faciat, condemnandus est quanti actor in litem iuraverit, ut Instit. de officio iudicis (I. 4, 17). Si autem dicat se nullo modo posse restituere, siquidem dolo fecit, similiter per iusiurandum in lite actori<sup>4</sup> condemnatur, refrenandum arbitrio iudicis. Si vero sola culpa, tenetur ad interesse, ut colligitur in lege qui restituere (D. 6, 1, 68); et D. de in litem iurando l. II, et III § penult., et l. V (D. 12, 3, 2 et 4 § 3 et 5); C. de actionibus empti l. si traditio (C. 4, 49, 4). Quod autem dixi de culpa, intelligendum de levi et levissima ubi prestatur. Nam lata culpa dolus est, et ideo etiam ex ea iuraretur in litem, ut D. de verborum significatione l. magna (D. 50, 16, 226). Si vero nec dolo nec culpa fecit, adservandus est, ut D. de regulis iuris l. contractus (D. 50, 17, 23); et D. de contrahenda emptione l. quod sepe (D. 18, 1, 35). Et hec omnia locum habent tam in actione in rem quam in personam ubi res que est in dominio possessoris restituenda petitur, ut in l. qui restituere (D. 6, 1, 68).

## LXXXVIII

Cum quis heres instituitur ab aliquo et ab eo desubstituatur, videtur distinguendum utrum in solidum instituat an pro parte; et si pro parte, utrum adierit hereditatem ex institutione antequam substitutio deferatur, annon. Si enim aliquis in solidum heres instituitur, et filio testatoris exheredato substituatur, non poterit institutionem obmittere et substitutionem accipere vel e contrario, ut D. de acquirenda hereditate l. quesitum (D. 29, 2, 40). Si vero pro parte instituat et coheredi substituatur, siquidem ante conditionem substitutionis venientem ex institutione adierit, invitus postea substitutionem suscipere debet, ut C. de iure deliberandi l. quidam (C. 6, 30, 20); et D. de acquirenda hereditate l. si quis heres, et l. qui patri (D. 29, 2, 35 et 59). Si vero non adierit, et ita insimul utrique delata fuerit, eligere poterit quam velit admittere an vendicare, ut D. de acquirenda hereditate l. quesitum, et l. filius, et l. si tu ex parte in fine (D. 29, 2, 40 et 41 et 76); et C. si obmissa sit causa testamenti l. I § I (C. 6, 39, 1 § 1); et C. de iure deliberandi l. quidam (C. 6, 30, 20); secus est si ex pluribus partibus a testatore instituat. Tunc enim omnes licet delate fuerint tamen unam earum licet minimam eligere non poterit; sed omnes dimittet aut omnes habebit, ut D. de acquirenda hereditate l. si solus, et l. II (D. 29, 2, 80 et 2).

<sup>1</sup> Cod. quam. — <sup>2</sup> Cod. lacunam habet. — <sup>3</sup> Cod. frustratione.

## LXXXVIII

Cum quis alieno instrumento subscribit, refert utrum desideretur eius subscriptio ad auctoritatem contractus ut propter eius consensum et subscriptionem valeat, an vero exigatur ad auctoritatem instrumenti ne veritas occultetur. Item si ad auctoritatem contractus, et ibi refert subscribat tamquam dominus vel in re ius habens, an tamquam tutor, curator, procurator. Ubi subscriptio ad contractus desideratur auctoritatem ab eo qui dominus est vel ius in re dicitur habere, ex subscriptione sibi preiudicat subscribens, quia consensisse creditur, nisi se deceptum probaverit, ut C. plus valere quod agitur l. ult. (C. 4, 22, 5); et C. de rebus alienis non alienandis l. II (C. 4, 51, 2); et D. quibus modis pignus vel hypotheca l. sicut, et l. Titius § I (D. 20, 6, 8 et 9 § 1); et D. de pignoribus l. fideiussor (D. 20, 1, 2); et D. de legatis I l. si fundum in principio (D. 30, 1, 81 vel 92). Si autem non proprio, sed tutorio vel procuratorio nomine subscriptio licet ad contractus auctoritatem a quoquam desideretur, subscribenti ex subscriptione non preiudicatur, ut C. de administratione tutorum l. si non (C. 5, 37, 15); et D. de rescindenda venditione l. Titius (D. 18, 5, 8); et D. de institoria l. ult. (D. 14, 3, 20). Si vero ad auctoritatem instrumenti et veritatem quandoque probandam subscriptio exigatur, consensus non presumitur nec subscribenti preiudicatur, ut D. de pignoratitia actione l. Cajus (D. 13, 7, 39); et C. si certum petatur l. mutue (C. 4, 2, 14); et C. de administratione tutorum l. si non (C. 5, 37, 15); et C. de fideiussoribus l. si pater (C. 8, 41, 6). Hoc intelligas ubi causa propter quam subscriptio facienda erat ostenditur, vel per se patet. Nam in dubio semper contra subscriptionem<sup>5</sup> presumitur, nec subscribenti preiudicatur, qui nec se in iure ius habere contendat, ut argumentum C. de probationibus l. cum precibus (C. 4, 19, 18); et C. ad Velleianum l. si sine (C. 4, 29, 5).

## LXXXX

Error alius rei, alius cause. Error rei domini impedit translationem, si dominus putans eam alterius, illius nomine cuius esse putat vendidit et eam tradidit, ut D. de acquirendo rerum dominio l. si procurator (41, 1, 35); quia tamen de evictione tenetur, exceptione doli si vendicetur potest removeri, licet dominus remansit, tunc maxime cum alius indempnis potest conservari, ut D. mandati l. servum Titii (D. 17, 1, 49); secundum quod de domino legitur qui heres extitit venditori ut C. de rebus alienis non alienandis l. venditori (C. 4, 51, 3). Aliud autem dico e contrario scilicet cum vendidit quis rem suam et suo nomine tradidit quam credidit

<sup>4</sup> Cod. actorius. — <sup>5</sup> Cod. subscribere.



alienam; tunc enim dominium transtulit ut prevaleat quod est in veritate quam quod est in opinione, ut argumentum D. de iuris et facti ignorantia l. regula (D. 22, 6, 9); et Instit. de legibus § si quis rem suam (I. 2, 20 § 11); licet videatur quadam subtili ratione excogitata non transtulisse, quia transferendi voluntatem non habuit. Error vero false cause, scilicet cum quis ex causa quacumque dominii transferendi putans se obligatum tradidit, dominii transfusionem non impedit, ut D. de conditionibus l. id (D. 35, 1, 88); et C. de rescindenda venditione l. dolus (C. 4, 44, 10); et C. si quis alteri vel sibi l. multum (C. 4, 50, 6); eo tamen excepto specialiter secundum quosdam quod dicitur de legato ex falsa causa tradito cuius non transfertur dominium, ut D. pro legato l. II (D. 41, 8, 2).

LXXXXXI

Cum quis rem distrahit tributariam videtur multum interesse utrum uterque sciat tributariam, aut uterque ignoret; an vero venditor sciat, emptor autem ignoret, vel e contrario. Item si uterque sciat, et hic refert utrum emptor stipulatus sit non esse tributariam, annon. Item si uterque ignoret, et tunc interest utrum venditor asseveraverit aliquid de tributo, annon. Item si venditor sciat, emptor autem ignoret, et hic distinguitur utrum venditor de tributo predixerit emptori, annon. Si quidem uterque sciat, nec emptor quicquam fuerit stipulatus, non aget quia seipsum decipit et non alium, ut C. communia utriusque iudicii l. si fratres (3, 38, 7); et C. de evictionibus l. si fundum (C. 8, 45, 27). Si autem emptor tributariam non esse stipulatus fuerit, licet scierit, ex stipulatu tamen actionem intendit, ut D. de actionibus empti l. I § ult. (D. 19, 1, 1 § 1); et D. de pignoratitia actione l. tutor (D. 13, 7, 16); et C. de actionibus empti l. si minor (C. 4, 49, 9); et D. de doli exceptione l. III § Item Labeo (D. 44, 4, 4 § 5). Cum autem uterque ignorat, siquidem nihil venditor de tributo expresserit, non tenetur; tributarium enim predium habere licet et expedit quandoque, ut D. de actionibus empti et venditi l. si sterilis § I (19, 1, 21 § 1). Si autem de tributo aliquid asseruit, tenebitur quanti minoris intra annum, atque licet ignoravit non tamen debuit que ignorabat facile asseverare, ut D. de actionibus empti l. Julianus § I (D. 19, 1, 13 § 1); et C. de actionibus empti l. si minor (C. 4, 49, 9). Si vero venditor sciat, emptor autem ignoret, aut predixit venditor de tributo, aut non. Si quidem predixit, non tenebitur, ut D. de actionibus empti l. I § I, et l. si sterilis § I (D. 19, 1, 1 § 1 et 21 § 1); etiam si dixisset: Si tributum tenetur, nolo teneri: quia dolo fecerit, ut D. de actionibus empti l. tenetur § ult., et l. ex empto, l. predia, et l. quero (D. 19, 1, 6 § 9 et 11 et 28 et 39). Cum vero emptor scit, venditor autem ignorat, luce clarius est venditorem in hoc casu non teneri etiam si non deberi tributum

vel minorem modum asseruit, nisi forte stipulanti promiserit, ut C. de actionibus empti l. si minor (C. 4, 49, 9), et D. de contrahenda emptione l. si in emptione § item, et l. domum (D. 18, 1, 34 § 4 et 57), et D. de doli exceptione l. III § item Labeo (D. 44, 4, 4 § 5).

LXXXXXII

Cum queritur utrum male fidei emptori sit pretium restituendum, distinguendum videtur utrum stipulatus fuerit de evictione, annon; et si non, utrum conveniatur a venditore an ab alio, et utrum fuerit male fidei et contra leges, an male fidei et non secundum leges. Si quidem emptor male fidei de evictione vel pactus fuerit vel stipulatus, re<sup>1</sup> a quocumque evicta<sup>2</sup> de pretio aget, ut C. communia de legatis l. si fratres (C. 6, 43, 3); et C. de evictionibus l. si fundum (C. 8, 45, 27). Si vero de evictione stipulatus non fuerit, si quidem a venditore conveniatur, restitui sibi debet pretium. Sicut enim venditor non vult morari in dampno, ita nec debet versari in lucro; et maxime si restitutoria actione conveniatur, ut C. quod metus causa l. III, et IIII (D. 2, 20, 3 et 4), et C. de rescindenda venditione l. I (C. 4, 44, 1); eo tamen specialiter intellecto quod dicitur in C. de agricolis et censitis l. quemadmodum (C. 11, 47, 7), et C. quod metus causa l. penult. (C. 2, 20, 11). Si vero ab alio conveniatur, neque ab agente neque a venditore, pretium male fidei emptori non est restituendum, ut C. de evictionibus l. si fundum (C. 8, 45, 27); et C. communia utrisque iudicii l. si fratres (C. 3, 38, 7); et C. de prescriptione XXX annorum l. I (C. 7, 39, 1); et C. ne submoveatur rei dominice vel templorum l. II (C. 7, 38, 2); et C. de litigiosis l. ult. (C. 8, 37, 4); eo tamen specialiter intellecto quod dicitur de eo qui sciens emit ab herede rem alii relictam cui pretium restituendum est, ut C. communia de legatis l. ult. § ult. (C. 6, 43, 3 § 4). Vel meo iudicio lex illa loquitur in eo casu ubi cautum fiat emptori, ut ex littera ipsa patenter ostenditur. Item illud excipiendum est specialiter de eo qui sciens emit a fraudatore, cui restituendum est pretium in bonis debitoris conversum, ut D. qui in fraudem l. si debitor, et l. ex his (D. 42, 8, 7 et 8). Item nisi fuerit debitor qui evicit, qui saltim debitum restituet cum usuris, ut C. de iure fisci l. III (C. 10, 1, 3); et C. si vendito pignore agatur l. I et IIII (C. 8, 30, 1 et 4); vel pretium, si minus fuerit debitum, ut C. de restitutionibus militum l. si cum (C. 2, 51, 6).

LXXXXXIII

Cum evincitur res vendita ab emptore, quandoque ab actore, quandoque ab alio vice<sup>3</sup> actoris, quandoque nec ab actore nec ab alio actoris vice<sup>4</sup>. Cum ab

<sup>1</sup> Cod. rem. — <sup>2</sup> Cod. evictam — <sup>3</sup> Cod. vitio — <sup>4</sup> Cod. vitio.



actore vel ab alio facto actoris res evincitur, sive possit emptor se tueri sive non, semper de evictione aget si a se patitur evinci, ut C. de rebus alienis non alienandis l. III (C. 4, 51; 3), et C. de rei vindicatione l. quotiens (C. 3, 32, 15); et D. de evictionibus l. vendicantem (D. 21, 2, 17); nisi forte emptor vitio laboraret consimili, quia forte rem iam alii obligatam vel traditam et venditam emisset, quo casu vel locum non haberet de evictione actio, nisi specialiter esset permissa<sup>1</sup>, sed nec etiam ad pretium ageretur, ut C. communia utriusque iudicii l. si fratres (C. 3, 38, 7); et C. de evictionibus l. si fundum (C. 8, 45, 27); eo tamen<sup>2</sup> specialiter intellecto quod dicitur C. communia de legatis l. ult. (C. 6, 43, 3). Cum autem neque ab actore, neque ab alio actoris facto res evincitur, hic referre dicitur utrum possit emptor eam defendere honeste et sine detrimento sui, annon; et si non: utrum certitudo vertitur circa factum, aut est dubium. Siquidem emptor iuste valeat et sine detrimento sui rem defendere, vel culpa fecit quominus posset, de evictione non aget, ut D. de evictionibus l. qui alienam rem, et l. si dictum § si cum (D. 21, 2, 54 et 56 § 3). Hec ita si res evincatur ab homine. Si enim evincatur a iure, de evictione agitur, licet ab homine nunquam possit evocari dominium vel possessio, ut D. de evictionibus l. si vendideris (D. 21, 2, 9); et D. mandati l. servum Titii (D. 17, 1, 49). Si autem rem iuste vel sine detrimento sui retinere non possit, siquidem patet, de evictione aget, licet rem non defendat, vel defendat sed evincens submittat. Redde singula suis terminis, ut D. de actionibus empti et venditi l. ex empto § idem ait (D. 19, 1, 11, § 9); et D. de negotiis gestis l. atqui § cum (D. 3, 5, 19 § 3). Si autem dubitatur, vel de facili forte dilucidari non possit, defendere rem compellitur, alioquin de evictione non aget, ut C. de evictionibus l. emptor (C. 8, 45, 8), et C. de periculo et commodo rei vendite l. I (C. 4, 48, 1); et D. de evictionibus l. si dictum (D. 21, 2, 56); in principio legis. Hec autem ita exaudire te oportet ut de evictione actori denuntietur si possit quando emptorem in iudicio defendere compellitur, ut C. de periculo et commodo l. I (C. 4, 48, 1); et C. de evictionibus l. auctore, et l. emptor, et l. si controversia, et l. si cum (C. 8, 45, 7 et 8 et 9 et 17). Item ita si fuerit evicta non si possit evinci, nisi dolus intervenerit venditioni, ut D. de actionibus empti et venditi l. servus § ult. (D. 19, 1, 30 § 1); et D. de evictionibus l. si servus (D. 21, 2, 21). Preterea si per iudicem, non per amicabilem evincatur compositorem vel arbitrum, ut D. de evictionibus l. si dictum § I (D. 21, 2, 56 § 1). Ita quoque si non per iudicium iudicantis, ut tit. eod. l. si per iniuriam (D. 21, 2, 51). Item si non ex posteriori causa evincatur intelligitur ut C. de periculo et

commodo l. I (C. 4, 48, 1). Item ita exaudire oportet si non convenerit ne de evictione venditor teneatur: quo casu non de evictione, dumtaxat ad pretium igitur repetendum, nisi forte dolus intervenerit venditoris scientis forte rem alienam vel alii obligatam, quandoque ad interesse tenebitur propter dolum, ut D. de actionibus empti l. ex empto § ult., et l. I § ult., et l. tenetur (D. 19, 1, 11 § 18 et § 1 et 6). Et in his casibus inferioribus et similibus periculum evictionis non venditoris sed personam respicit emptoris.

## LXXXVIII

Cum res in dotem data evincitur, multum referre videtur utrum fuerit estimata an inestimata; et si inestimata, utrum data fuerit bona fide, an mala fide; et si mala fide utrum a muliere an ab estraneo data fuerit. Et hii omnes casus in l. ista notantur (C. 5, 12, 1). Siquidem dos a pollicitatione vel promissione inceperit, re evicta, agitur conditione certi, vel ex stipulatu contra dantem et heredem eius, ut in principio l. (C. 5, 12, 1); porro traditum non videtur quod retineri non potest, ut D. de actionibus empti l. ratio (D. 19, 1, 3), in principio; et D. de legatis III l. qui concubinam § si heres (D. 32, 1, 29 § 3); et D. de solutionibus l. qui res (D. 46, 3, 98), in principio; ut C. de sententiis et interlocutionibus l. libera quidem (C. 7, 45, 8). Si autem a datore dos accepit primordium, siquidem fuerit estimata evictionis utili agetur actione, ex empto contra dantem et eius successorem. Quicquid tamen per hoc maritus fuerit consecutus, tamquam dotale mulieri vel heredi eius matrimonio soluto restitui debet<sup>3</sup>, ut hic (C. 5, 12, 1); et D. tit. eod. l. quotiens et l. non solum (D. 23, 3, 16 et 52). Si vero fuerit inestimata vel estimata ut sub eadem estimatione redderetur, siquidem bona fide data fuerit, nulla actio super evictione marito competit. Si autem mala fide, siquidem extraneus, agitur de dolo nisi ratio persone vel summe aliud inducat. Si vero mulier, constante matrimonio, teneretur in factum, propter in integrum restitutionem. Eo autem soluto, de dolo posset argui, si magis<sup>4</sup> res illas deberet ex pacto vel ex lege lucrari ut in hac l. (C. 5, 12, 1); et D. tit. eod. l. cum post § cum res (D. 23, 3, 69 § 7). Ubi cumque autem dictum est maritum de evictione posse agere, sic reo potest exaudire, et inde ipse rei aliene conscientiam habuit, vel culpa eius evicta res fuerit, ut infra C. si a matre (C. 5, 12, 13); ut in alia nostra distinctione super evictione similiter promulgata uberius notavimus. Hodie autem hoc ius aufractoribus locum non habet, cum semper tacite pro dote petenda et repetenda intervenire intelligatur stipulatio.

<sup>1</sup> Cod. promissa. — <sup>2</sup> Cod. tempore.

<sup>3</sup> Cod. om. debet — <sup>4</sup> Cod. maius.



## LXXXXV

Cum queritur utrum adversus sententiam contra se latam quis restitui valeat, distinguitur utrum fuerit maior an minor; et si maior, utrum fuerit iudicium in maiori etate finitum et ceptum, an ceptum in minori, finitum vero in maiori. Et hoc in casu aut dolo adversarii intercessit, aut non. Siquidem minor contra sententiam restitui velit, et hic quoque distinguendum videtur utrum ipse fuerit victus, an tutor vel curator vel legitimus procurator; et si ipse, utrum assistente sibi legitimo defensore, annon. Siquidem ipse fuerit victus assistente sibi legitima persona, scilicet tutor vel curator, vel etiam ipse tutor vel curator succubuerit, rite minor lesus restitutionem implorabit nisi vel persona vel genus cause, ut liberalis, hoc impediatur, ut C. si adversus rem iudicatam l. I, et II, et III, et IIII, et ult. (C. 2, 27, 1 et 2, et 3 et 4 et 5); et D. de dolo, l. si dolo (D. 4, 3, 24); vel nisi contra sententiam principis restitui velit: tunc enim omnino <sup>1</sup> denegatur, vel perraro audietur, ut D. de minoribus l. minor autem § I (D. 4, 4, 18, § 1); vel nisi contra rem bis iudicatam restitutionem imploret; quo casu omnino denegatur ei, nisi nova instrumenta emergerint, ut D. tit. eod. l. I. § II (D. 4, 4, 1, § 2); et C. si sepius in integrum restitutio postuletur l. I, et II, et III (C. 2, 4, 4, 1 et 2 et 3): vel si quid simile reparatur. Si autem ipse solus sine legitimo actore iudicetur, ipso iure non leditur, et ideo non restituitur, ut C. si adversus rem iudicatam l. ult. (C. 2, 27, 5); et D. de re iudicata l. acta apud (D. 42, 1, 45), et C. quomodo et quando iudex l. si preses (C. 7, 43, 6). Hoc de minore. Si autem maior contra sententiam restitutionem imploret, siquidem iudicium finitum et ceptum in maiori etate, expeditum est, quia non restituitur, nisi secundum quod in distinctione Ugonis continetur, et secundum quod ius commune dictaverit, si forte sententia iure communi irritetur. Si autem ceptum fuerit in minori etate iudicium, finitum vero in maiori, siquidem dolus adversarii intervenerit, hic maior tamquam minor restituitur. Si autem dolus cessaverit vel doli suspitio levior inerat, restitutio cessat, ut C. si adversus rem iudicatam l. I (C. 2, 27, 1); et D. de minoribus l. III. § 1 (D. 4, 4, 3, § 1).

<sup>1</sup> Cod. animo. — <sup>2</sup> Adest in Cod. principium cuiusdam distinctionis his verbis: Filiusfamilias aut contrahit, aut quasi contrahit, scilicet munus suscipit.

## LXXXXVI

Cum creditor distrahit pignus: aut promittit de evictione, aut non, et inde non tenetur quia creditor evictionem prestare non cogitur, ut C. creditorem evictionem pignoris non debere (C. 8, 46); nisi ad hoc ut cedat pignoratitiam actionem contrariam quam habet contra debitorem, quod sine dispendio creditoris futurum est, ut D. de hereditate vel actione vendita l. si quasi (D. 18, 4, 16); et D. locati conducti l. si quis domum (D. 19, 2, 9); nisi forte tamquam dominus vendidit, cum non sit, argumentum ut D. de evictionibus l. in creditore (D. 21, 2, 38); vel finxerit se creditorem esse cum non erat, ut argumentum idem intelligo si non habuit ius distrahendi, vel si rem alienam sciens vel alii obligatam pignori acceperit et vendiderit, argumentum ut C. creditorem non debere evictionem pignoris l. I et II (C. 8, 46, 1 et 2); et D. de actionibus empti l. ex empto § Cassius (D. 19, 1, 11, § 14). Si autem de evictione promiserit, tenetur. Sed alias experitur pignoratitia contraria actione. Tunc debitor est, alias non. Aut est sicut se habebat regionis consuetudo, scilicet ut creditores de evictione caverent, alias non. Si consuetudo talis erat, de evictione cavens condemnatus contrarium contra debitorem habebit iudicium. In hoc distinguo si in hoc casu attulerit venditio emolumenti aliquid vel non attulerit debitori. Si autem consuetudo talis non erat: aut aliquod emolumentum attulerit venditio debitori, aut non. Si attulerit emolumentum, forsitan eatenus et non ultra convenietur debitor. Si autem nullum emolumentum attulerit, etiam si non satisderit creditor, de evictione tamen non poterit conveniri debitor, nisi actione pristina de sorte et de usuris etiam medii temporis, si modo creditor nomine evictionis duplum vel interesse prestiterit; alioquin si simplum tantum, petendo usuras removebitur doli exceptione cum commodum eius quod nomine pretii datum est medio tempore habuerit. Et sic intelligitur meo iudicio illud difficile, ut D. de pignoratitia actione l. si pignore § si creditor, et l. non enim (D. 13, 7, 22, § 4 et 26). Sed queri potest: Numquid teneretur creditor de evictione ubi consuetudo erat regionis, si eam non promiserit? Py. Me. respondit: Utique, quia ea que moris est et consuetudinis veniunt in bone fidei iudiciis, ut D. de edilitio edicto l. quod si nolit § quia assidua (D. 21, 1, 31 § 20). Sed nunquam eo casu ageret contra debitorem? Py. respondit: utique, quia tenetur perinde ac si promisisset <sup>2</sup>.



Faint, illegible text in the left column, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text in the right column, likely bleed-through from the reverse side of the page.



HUGOLINI

---

SUMMA SUPER USIBUS FEUDORUM

(EX COD. MS. BIBLIOTHECAE PUBLICAE CASANATENSIS A. IV. 10)

PRODIT CURANTE

JOHANNE BAPTISTA PALMERIO


### CODICES MANUSCRIPTI

CH..... — *Cod. ms. bibliothecae Chigianae. E. VII. 211.*

CH. 2 — *Cod. ms. bibliothecae Chigianae. E. VII. 218.*

COD.... — *Cod. ms. bibliothecae Casanatensis. A. IV. 10.*





I

**Incipit summa composita a domino Hugolino presbitero bononiensi super usibus feudorum. Et primo quid sit feudum.**



QUIA <sup>1</sup> de feudis tractaturi sumus ideo videndum est quid sit feudum, <sup>2</sup> et unde dicatur, et a quibus constituatur, et tam ex veteri quam ex nova consuetudine quid iuris sit videamus. Sed et novissimo <sup>3</sup> iure quid optineat adnectamus, nec qualiter distinguatur <sup>4</sup> omittamus. <sup>5</sup>

Est itaque feudum beneficium, idest benivola actio tribuens gaudium capientibus, capiensque tribuendo et in id quod facit prout <sup>6</sup> sua sponte parata, vel est feudum id beneficium quod <sup>7</sup> a benivolentia <sup>8</sup> alicuius ita traditur alicui ut proprietate eius rei <sup>9</sup> quidem immobilis <sup>10</sup> beneficiarie penes tradentem <sup>11</sup> remanente, usufructus eius <sup>12</sup> rei ita ad accipientem transeat, <sup>13</sup> ut ad eum et <sup>14</sup> heredes <sup>15</sup> suos masculos et feminas, si de eis <sup>16</sup> nominatim dictum fuerit, in perpetuum pertineat: ad hoc ut ipse sicut eius heredes fideliter domino serviant, sive illud <sup>17</sup> servicium nominatim fuerit dictum <sup>18</sup> a domino quale esse debeat, sive indeterminate sit promissum, ut infra in

<sup>1</sup> Ch. 2 inserit vero. — <sup>2</sup> Ch. habet: videamus primum qui feudum dare possunt. Feudum autem dare possunt archiepiscopus, episcopus, abbas et abbatissa. — <sup>3</sup> Ch. sed notissimo. — <sup>4</sup> Cod. distingatur. — <sup>5</sup> Ch. om. nec... omittamus. — <sup>6</sup> Ch. prona et. — <sup>7</sup> Ch. beneficium illud quod. Cod. om. quod. — <sup>8</sup> Cod. ab in violencia. — <sup>9</sup> Ch. ita ad accipientem transit inserit. — <sup>10</sup> Ch. qui non nobilis. — <sup>11</sup> Ch. dantem. Cod. tandem. — <sup>12</sup> Ch. cuius. —

quibus casibus feudum amittitur, (Feud. I, 5) circa principium. Potest enim feudum ad certum servicium dari, ut infra dicitur de <sup>19</sup> capitaneo qui Curiam vendidit, c. similiter potest feudum dari. (Feud. II, 51 § 7).

In primis vidimus <sup>20</sup> quid sit feudum nunc; videamus unde dicatur. Et utique feudum dicitur a fidelitate vel a fide, nec enim debet <sup>21</sup> investitura fieri ei qui fidelitatem facere recusat, ut infra per quos fiat investitura, et per quos recipiatur c. nulla. et c. sequens <sup>22</sup> (Feud. II, 3). Hec autem <sup>23</sup> sic sunt intelligenda scilicet nisi feudum eo pacto sit acquisitum ut de eo fidelitas non prestetur, ut ibidem (Feud. II, 3), et infra in quibus causis feudum amittatur c. est et alia. <sup>24</sup> (Feud. II, 24 § 1).

Constituiebant <sup>25</sup> olim feudum archiepiscopus, abbas, abbatissa, prepositus: hodie vero constituere feudum non valent huiusmodi <sup>26</sup> persone. Et hoc intelligendum est de rebus ipsius ecclesie que videlicet eis subiecte sunt, ut infra qui feudum dare possunt et qualiter aquiratur (Feud. I, 1) in principio et primo <sup>27</sup> episcopum vel abbatem, et cet. (Feud. I, 6); quod sic puto intelligendum, scilicet id quod in feudum datum tempore sui ingressus invenitur, si fuerit apertus adhuc, in feudum dare possit; sed alia dare, que data non invenit, <sup>28</sup> prohibetur. Et hoc est quod dixit « que eis subiecte sunt ». Que vero de clericis diximus, intelligenda sunt secundum quod legitur infra de clerico qui investituram facit,

<sup>13</sup> Ch. pertranseat. — <sup>14</sup> Cod. om. et. — <sup>15</sup> Ch. heredesque. — <sup>16</sup> Ch. his. — <sup>17</sup> Cod. inserit per. — <sup>18</sup> Ch. om. in perpetuum pertineat... fuerit dictum. — <sup>19</sup> Ch. qui. — <sup>20</sup> Cod. videamus — <sup>21</sup> Ch. inserit aliquam. — <sup>22</sup> Ch. semper hoc. — <sup>23</sup> Ch. om. hec autem. — <sup>24</sup> Cod. aut cum et alia. — <sup>25</sup> Ch. continebat. — <sup>26</sup> Cod. huius. — <sup>27</sup> Ch. om. in principio et primo. — <sup>28</sup> Ch. invenerit.

c. clerico (Feud. II, 35). Sed <sup>1</sup> Marchiones et Comites, item et minores et maiores valvassores qui capitanei appellantur, et <sup>2</sup> feudum dare possunt, ut infra qui feudum dare possunt (Feud. I, 1) circa principium. Idem dicendum puto et de minimis et de hiis <sup>3</sup> qui ab eis feudum acceperunt, cum idem hodie sit servandum in eis quod et <sup>4</sup> in maioribus servabitur, ut infra de natura feudi (Feud. I, 7) in fine. Verum <sup>5</sup> licet secundum antiquam consuetudinem quantumque volebant feudum <sup>6</sup> auferebant, medio tamen iure deventum est ut usque ad vitam <sup>7</sup> fidelis auferre non <sup>8</sup> valeant. Et postea ultra processum est, scilicet ut si decidat fidelis, ad eius filios transeat, sed ad illum tamen quem dominus voluerit, licet hodie ad omnes equaliter pertineat, ut infra qui feudum dare possunt § et quia <sup>9</sup> vidimus <sup>10</sup> (Feud. I, 1 § 1). Unde <sup>11</sup> Conradus usque ad nepotes ex filio produxit hanc successionem. Item et ad fratrem si frater sine legitima prole decedat, <sup>12</sup> ut ibidem sequitur in § cum vero Conradus (Feud. I, 1 § 2), et in legibus <sup>13</sup> de beneficiis et de terris censualibus l. ultima precipimus etiam (Lomb. II, 8, 4. Conr. 1). Sed hoc quod dicimus <sup>14</sup> de fratre est intelligendum quandocumque est feudum <sup>15</sup> paternum, quoniam in alio feudo frater fratri non succedit, nisi eo pacto fuerit acquisitum, ut in predicto § cum vero Conradus, (Feud. I, 1 § 2), et infra de gradibus successionis in feudo (Feud. II, 11) c. I; vel nisi fuerit feudum de communibus bonis emptum domino sciente cum insimul starent, vel etiam in hoste regis acquisitum, ut infra de beneficio fratris, et qualiter frater succedat fratri in feudo c. si quis adquisierit (Feud. I, 20); unde dixi « domino sciente » quoniam secus esset si eo ignorante, tunc enim non succederet frater fratri in feudo <sup>16</sup> ne forte invitus dominus alium quam quem <sup>17</sup> velit acquirat vassallum, ut infra de fratribus de novo beneficio investitis (Feud. II, 12) c. II.

Sed ad id quod diximus « nisi feudum fuerit emptum » tu instabis <sup>18</sup>: Numquid feudum emitur? Et videtur <sup>19</sup> quod sic, ut in predicto titulo de beneficio fratris, ut infra de natura feudi <sup>20</sup> c. si vero (Feud. I, 7); et infra quemadmodum feudum ad filiam pertineat c. I si quis sine filio <sup>21</sup> (Feud. I, 24). Sed obstare videtur quod dicitur infra scilicet quod feudum non sub pretextu pecunie sed honore et amore domini acquiritur, ut infra de feudo dato in vicem legis commissorie, c. I, si quis obligavit (Feud. I, 27); illud enim sic intelligo « non sub pretextu pecunie » idest quod pecunia sola non sit causa quare feudum datur.

<sup>1</sup> Ch. hoc. — <sup>2</sup> Ch. om. et. — <sup>3</sup> Ch. his. — <sup>4</sup> Cod. om. et. — <sup>5</sup> Cod. om. verum. — <sup>6</sup> Cod. s. (scilicet) pro eo quod est f. (feudum). — <sup>7</sup> Cod. victam. — <sup>8</sup> Cod. om. non. — <sup>9</sup> Ch. et quid. — <sup>10</sup> Cod. audivimus. — <sup>11</sup> Ch. verum. — <sup>12</sup> Cod. descidat. — <sup>13</sup> Cod. letibus. Ch. in bo' b. (in Lombarda?). — <sup>14</sup> Ch. dicitur. — <sup>15</sup> Ch. om. feudum. — <sup>16</sup> Cod. in fine ut etiam Ch. habet. — <sup>17</sup> Cod. quemquam pro quam quem. — <sup>18</sup> Ch. tu instabis Cod. tunc stabit. — <sup>19</sup> Cod. utrum. — <sup>20</sup> Cod. de natural'. — <sup>21</sup> Cod. om. c. si

Hodie autem qualiter feudi successio extendatur <sup>22</sup> infra plenius dicemus, cum de successione feudi tractabimus <sup>23</sup>.

Feudum autem guardie et gastaldie vel quod pro mercede alicuius rei datur, potest transacto anno iure auferri etiam precio pro eo dato non restituto <sup>24</sup>, nisi ad certum tempus datum sit, ut infra de feudo guardie (Feud. I, 2) c. I, et de contentione inter dominum et vassallum de investitura feudi (Feud. II, 23).

Insuper sciendum est quod <sup>25</sup> iure antiquissimo poterat vassallus usque ad medietatem feudum pignori obligare <sup>26</sup> item alienare idest libellario nomine dare. Sed et locare (nisi foret fraudulenta locatio) feudum poterat etiam <sup>27</sup> necessitate suadente, usque ad mediam partem, et ignorante domino feudum <sup>28</sup> vendere, ut infra quibus modis feudum amittitur § rursus (Feud. I, 5); et infra tit. de feudi alienatione (Feud. II, 39) c. I; et tit. qualiter olim poterat feudum alienari c. I, est autem optima et § donare (Feud. I, 9). Sed hec sunt intelligenda secundum ius antiquum quando vassallus non habebat id feudum in curte; aliter si habebat in curte, <sup>29</sup> vel si habebat extra curtem quando dominus habebat districtum <sup>30</sup> vel alium honorem, quoniam tunc si aliquam partem sine domini voluntate alienabat, a feudo cadebat, ut infra quibus modis feudum amittitur § item si quis feudum (Feud. I, 5 § 1). Sed si <sup>31</sup> fiebat alienatio sicut fieri non debebat, <sup>32</sup> locum habebat prescriptio, scilicet XXX annorum et obstabat <sup>33</sup> tam scienti quam ignoranti, ut infra qualiter olim poterat feudum alienari c. prescriptio autem XXX (Feud. II, 9 § 1). Verum hodie non potest etiam minima pars alienari sine domini voluntate, et si fiat alienatio, ad dominum feudum libere revertitur, nulla prescriptio obstante, quia quod ab initio non tenet, non potest tractu temporis convalescere, ut infra de prohibita feudi alienatione secundum Fredericum c. imperialem (Feud. II, 55); et infra de capitulis Conradi, c. I, (Feud. II, 40). Sed utrum totum, an partem tantum alienatam amittere debeat ibi non cavetur; verum potest intelligi sine calumpnia ut partem tantum amittat, sicut et ille qui contra constitutionem Lotharii regis feudum alienat, ut infra de vasallo qui contra constitutionem Lotharii regis beneficium alienavit (Feud. II, 38) in principio. Nec enim debet ultra progredi pena quam reperitur noxia, <sup>34</sup> ut C. de penis l. sancimus <sup>35</sup> (C. 9, 47, 22).

Sed an hodie pignori possit obligari secundum quod dixit dominus Pylius, sic remanet incautum; igitur lege

vero, et infra quemadmodum f. ad f. p. c. I, si quis sine filio. — <sup>22</sup> Ch. ostendatur. — <sup>23</sup> Ch. om. cum de successione feudi tractabimus. — <sup>24</sup> Cod. restituendo. — <sup>25</sup> Cod. Insuper sciendum Rober. Porro. Ch. Insuper feudum porro. — <sup>26</sup> Cod. obligatur. — <sup>27</sup> Ch. et. — <sup>28</sup> Ch. inserit recte. — <sup>29</sup> Cod. om. in curte. — <sup>30</sup> Cod. distinctum. — <sup>31</sup> Cod. om. si. — <sup>32</sup> Cod. debeat. — <sup>33</sup> Cod. obstat. — <sup>34</sup> Cod. motus. Ch. metus. — <sup>35</sup> Cod. scimus. Ch. C. de pannis scimus.



scripta sine calumpnia strenuus advocatus uti poterit, ut infra de feudi cognitione (Feud. II, 1) c. I. Quid ergo erit? Respondit Pylius: Pignori obligari non poterit quoniam lex predicta alienationem prohibet; ergo et pignoris obligatio est prohibita, ut C. de rebus alienis non alienandis l. ult. (C. 4, 51, 7). Respondeo: Quid<sup>1</sup> tamen errori<sup>2</sup> hanc<sup>3</sup> partem notaverit<sup>4</sup> Pylius argumentando, poterat hoc idem dicere expressim per legem predictam imperialem que nominatim pignorationem feudi prohibet, licet alibi<sup>5</sup> notaverit idem Pylius contrarium, scilicet quod poterit usque ad medietatem obligari, ut per eum notatur infra de feudi alienatione (Feud. II, 39), c. I, super verbo illo « intelligas de libello » et cet.

Sed an<sup>6</sup> possit in feudum dari nec hodie prohibetur nec olim; sicut ergo poterat, sic potest quia quod specialiter non mutatur quare stare prohibetur?, ut C. de testamentis l. sancimus (C. 6, 23, 27). Quicquid enim lege nova specialiter non videtur expressum, id veteri lege relictum intelligi debet, ut C. de appellationibus, l. precipimus (C. 7, 42, 32) in fine; ergo et hodie poterit in feudum dari, sincere tamen<sup>7</sup> sine fraude, ut infra qualiter olim poterat feudum alienari, circa principium § ut (Feud. II, 9).

Usque huc Pylius; et hec vera sunt, dum tamen secundus vasallus talis sit qui feudum servire possit, ut si dictus miles est dans et ille qui accipit miles inveniatur, ad hoc ut feudum, si contigerit, domino servire ut prior possit. Item si non dederit alia lege<sup>8</sup> nisi quam ipse habet in se et suis heredibus; quod intelligitur tantum de masculis non debet in se et suos heredes masculos<sup>9</sup> et feminas, ut infra de lege Conradi § ex eadem lege, (Feud. II, 34 § 1); meliorem enim feudi conditionem facere potest, sed deteriolem non, sine domini voluntate vel eorum agnatorum ad quos per successionem pertinere debet, ut infra de investitura rei aliene § rei autem (Feud. I, 8) et cet. Quidam tamen volunt dicere quod hodie non possit feudum infeudari sine domini voluntate<sup>10</sup> et hoc per constitutionem predictam imperialem, cum per eam<sup>11</sup> prohibeatur alienatio, quasi velint dicere quod hec sit alienatio; quod videre verum non puto secundum preassignatam rationem, et secundum quod de hac materia plenius infra de capitulis Conradi (Feud. II, 40) notatur.

Restat igitur videre qualiter feudum distinguatur. Quod quidem ita breviter potest distingui feudum: aliud dicitur paternum, aliud<sup>12</sup> novum, aliud etiam dicitur maternum sive femineum; item feudum aliud est<sup>13</sup> cum fidelitate, aliud sine fidelitate: item aliud est feudum<sup>14</sup>

conditionale, aliud non; item feudum aliud habet propriam feudi naturam, aliud non.

Feudum paternum dicitur quod a<sup>15</sup> maioribus est acquisitum, hoc est ab eo<sup>16</sup> parente qui fuit agnationis communis, ut infra de gradibus successionis in feudo (Feud. II, 11) c. I, et infra de natura successionis feudi (Feud. II, 50) circa principium.

Novum feudum dicitur quod de novo est acquisitum, ut infra per quos fit investitura et per quos recipiatur c. I, et § novi vero feudi (Feud. II, 3); et infra qui testes sunt<sup>17</sup> necessarii ad probandam novam investituram, c. I (Feud. II, 32) circa finem.

Maternum autem feudum, sive femineum, dicitur quod<sup>18</sup> per feminam est acquisitum, ut infra de beneficio femine c. I (Feud. II, 30), et infra de natura successionis feudi c. I (Feud. II, 50), licet secundum usum regni non debeat feudum vocari per maternum sed per paternum, ut infra de feudis an maritus uxori<sup>19</sup> in beneficio<sup>20</sup> succedat c. I, si femina (Feud. I, 15).

Feudum cum fidelitate dicitur illud de quo fidelitas iuratur vel iurari debet. Et intelligas quod de omni feudo debet fieri fidelitas, nisi per pactum remittatur, nec enim debet fieri aliqua investitura nisi fidelitas debeat sequi, nisi, ut dictum est, per pactum remittatur, ut infra per quos fiat investitura et per quos recipiatur<sup>21</sup> c. nulla (Feud. II, 3 § 1).

Sine fidelitate autem feudum dicitur illud de quo sacramentum fidelitatis fieri non debet, puta per pactum remissum; quod fieri potest ut predicto c. nulla (Feud. II, 3 § 1) in fine; et infra in quibus causis feudum amittatur c. est et alia ingratitude (Feud. II, 24 § 1) in fine.

Feudum conditionale est illud quod datur<sup>22</sup> ad certum servicium vel ad conditionem certam faciendam; quod fieri potest, ut infra in quibus causis feudum amittatur c. I (Feud. I, 24) in fine, et infra de capitaneo qui Curiam vendidit c. ult. similiter potest et cet. (Feud. II, 51 § 7). Inde est quod alias dicitur si vasallus negaverit conditionem feudi, quod id amittere debet, ut infra si de feudo controversia fuerit. c. vasallus si feudum (Feud. II, 26 § 3).

Non conditionale feudum dicitur illud quod sine conditione aliqua datur ut ex premissis<sup>23</sup> patet.

Perpetuum feudum dicitur illud quod transit ad heredes, ut infra in quibus causis feudum amittatur, in fine c. I. (Feud. II, 24); non perpetuum vero feudum illud quod non<sup>24</sup> transit ad heredes. Sunt enim quedam que ad heredes non transeunt, ut infra de feudo

<sup>1</sup> Ch. Quicquid. — <sup>2</sup> Ch. circa. — <sup>3</sup> Ch. habeat. — <sup>4</sup> Ch. notavit. — <sup>5</sup> Ch. om. alibi. — <sup>6</sup> Ch. fieri ut non. — <sup>7</sup> Cod. tam. — <sup>8</sup> Ch. om. lege. — <sup>9</sup> Ch. om. masculos. — <sup>10</sup> Cod. om. dicere quod... voluntate, quae omnia ex Ch. supplevi. — <sup>11</sup> Ch. comparatas. — <sup>12</sup> Cod. om. dicitur paternum, aliud. — <sup>13</sup> Cod. aliud est feudum.

— <sup>14</sup> Cod. om. feudum. — <sup>15</sup> Cod. a quo usque ad Ch. ad quocumque e. — <sup>16</sup> Ch. hoc autem ad eo. — <sup>17</sup> Cod. intersunt pro testes sunt. — <sup>18</sup> Cod. qui. — <sup>19</sup> Cod. uxoris. — <sup>20</sup> Cod. vero. — <sup>21</sup> Cod. remittatur. — <sup>22</sup> Cod. dicitur. — <sup>23</sup> Cod. expressis. — <sup>24</sup> Cod. om. non.

Marchie, c. I (Feud. I, 14); et infra quibus modis feudum constitui potest (Feud. I, 25) c. I.

Feudum autem quod habet propriam feudi naturam dicitur illud de quo vasallus non potest disvestiri<sup>1</sup> sine culpa, ut infra de natura feudi c. I (Feud. I, 7); item quod ad heredes transit, vel quod ita datur ut ipse et eius heredes habeant<sup>2</sup> aut cui in feudum datur, ut infra de feudo non habente propriam feudi naturam c. I si quis ea lege alicui (Feud. II, 48).

Feudum vero quod non dicitur habere propriam feudi naturam dicitur illud quod ita datum est, ut ipse et sui heredes habeant aut cui dederint, ut infra predicto titulo et capitulo (Feud. II, 48); item quod sine investitura est acquisitum, ut infra quibus modis feudum constitui potest c. I (Feud. I, 25); item feudum guardie et galdie<sup>3</sup> ut infra de feudo guardie cap. I (Feud. I, 2); item quod non transit ad heredes ut feudum Marchie, Ducatus et Comitatus, ut infra de feudo Marchie c. I (Feud. I, 14).

## II

### Qualiter feudum acquiratur.

Vidimus quid sit feudum et unde dicatur et a quibus constituatur; quid olim, quid hodie de feudo observetur et qualiter distinguatur: restat videre qualiter acquiratur et utique feudum constituatur.

Feudum constituitur uno modo tantum puta per investituram<sup>4</sup>; nec enim scilicet alio modo<sup>5</sup> constitui<sup>6</sup> potest ad hoc ut habeat propriam feudi naturam, ut infra quibus modis feudum constitui potest, c. I. Acquiratur autem feudum pluribus modis; acquiratur enim investitura vel eo quod habetur pro investitura<sup>7</sup>, acquiratur etiam successione, ut infra de feudi cognitione c. sciendum est (Feud. II, 1).

Investitura enim acquiratur feudum, puta cum aliquis tradit possessionem alicuius rei immobilis alicui nomine feudi corporaliter; et tunc proprie dicitur investitura quando asta vel aliud corporeum quodlibet porrigitur a domino se investituram facere dicente, ut infra quid sit investitura (Feud. II, 2) in principio. Et bene dixi alicuius rei immobilis quando feudum sive beneficium non potest consistere nisi in rebus soli aut solo coherentibus, aut in hiis que inter immobilia computantur, veluti cum de Camera seu de Cavena feudum datur, ut infra de feudi cognitione, c. sciendum (Feud. II, 1). In predictis enim recte feudum consistit, nisi fuerit rei cuius alienatio sit prohibita, nam illa non potest per beneficium dari nisi in casu, ut infra per quos fiat in-

vestitura et per quos recipiatur. § sed etiam res (Feud. II, 3 § 1).

Eo autem quod habetur pro investitura acquiratur feudum, puta cum dominus dixit alicui coram Curia: Vade<sup>8</sup> in possessionem illius feudi et ipsum teneas pro feudo. Licet enim non intercessisset investitura, tamen tale est ac si intercessisset, ut infra de consuetudine recti feudi c. sciendum (Feud. II, 33). Verumtamen hoc tale feudum non habebit propriam feudi naturam, cum in eo nullus succedat, ut infra quibus modis feudum constitui potest (Feud. I, 25) c. I. Vel dicas, et forte melius, quod propriam naturam feudi habet, et in eo bene succeditur; nec obstat predictum capitulum, quoniam ibi non dixit coram Curia ut ingrederetur post, sed alias forte eam nactus fuerit voluntate domini.

Acquiratur etiam alio modo feudum eo quod habetur pro investitura, puta prescriptione, ut si quis possederit feudum aliquod per XXX annos per feudum, et servicium domino exhibuit. Quamvis enim de eo numquam fuerit investitus, tamen recte in eo tamquam in feudo tuebitur prescriptione predicta XXX annorum, ut infra si de feudo controversia fuerit c. si quis per XXX annos. (Feud. II, 26, § 4).

Per successionem autem acquiratur feudum non quidem<sup>9</sup> ex testamento, sed potius ab intestato. Nec enim valet aliqua ordinatio defuncti in feudo facta sive legatum, ut infra de successione feudi (Feud. I, 8) principio tituli; infra qualiter olim poterat feudum alienari § donare autem (Feud. II, 9 § 1). Natura enim successionis feudi talis est quod<sup>10</sup> ascendentes non succedunt in feudo, puta pater filio, ut infra de natura successionis feudi (Feud. II, 50) c. I in principio. Descendentes vero sic, et primo quidem filius patri et non filia. Item nepos ex filio et sic usque in infinitum, ut infra de successione feudi c. I, et § filia vero (Feud. I, 8, c. I et § 2); et infra de gradibus succedentium in feudo (Feud. II, 11) c. I; et de natura successionis feudi (Feud. II, 50) c. I; et tit. qui feudum dare possunt § hoc quoque<sup>11</sup> sciendum est (Feud. I, 1 § 4). Postea vero succedunt collaterales, et postea fratres cum fratrum premortuorum filiis, deinde agnati posteriores, olim usque ad fratres patruales, hodie vero usque ad VII. geniculum, immo<sup>12</sup> usque in infinitum, ut tit. qui feudum dare possunt § hoc vero quoque sciendum (Feud. I, 1 § 4). Et bene dixi<sup>13</sup> de agnatis, quoniam ad cognatos feudi successio non pertinet, ut infra de gradibus succedentium in feudo (Feud. II, 11) c. I, in fine. Et vera sunt, quia succedunt collaterales in feudo, scilicet si fuerit paternum; in alio enim non succedunt nisi paternum, ut infra tit. predicto (Feud. I, 1). Quidquid<sup>14</sup> autem dixi<sup>15</sup> de filio qui succedit patri in

<sup>1</sup> Cod. disverti. — <sup>2</sup> Cod. om. habeant. — <sup>3</sup> Cod. gastalli. — <sup>4</sup> Cod. investitura. — <sup>5</sup> Cod. om. tantum puta... modo. — <sup>6</sup> Cod. om. constitui. — <sup>7</sup> Cod. om. vel quod habetur pro investitura quae

omnia ex Ch. supplevi. — <sup>8</sup> Cod. inde. Ch. valde. — <sup>9</sup> Cod. quod. — <sup>10</sup> Cod. quoniam. — <sup>11</sup> Cod. quousque. — <sup>12</sup> Ch. minimo. — <sup>13</sup> Cod. dixit. — <sup>14</sup> Cod. Quidam. — <sup>15</sup> Cod. dixit.



feudo, intelligas verum esse de legitimo ab initio, non de adoptivo nec de naturali; adoptivi enim filii inter naturales, licet postea efficiantur legitimi, ad successionem feudi nec soli nec cum aliis vocantur, ut in rub. si de feudo controversia fuerit c. adoptivus et c. naturales (Feud. II, 26 § 4). Item hoc intelligas verum esse de tali legitimo, qui <sup>1</sup> non sit natus de uxore ad morganaticam <sup>2</sup> accepta; alias dicitur lege Salica quod <sup>3</sup> ille <sup>4</sup> non succedit in feudo, immo nec in proprietate prioribus extantibus, ut infra de filiis natis de matrimonio ad morganaticam contracto <sup>5</sup> c. quidam habens filium (Feud. II, 29); et infra si de feudo controversia fuerit c. filii nati (Feud. II, 26 § 5). Item hoc verum est de tali legitimo qui natus non sit ex secundo matrimonio, quoniam ille excluditur a filio ex priore matrimonio nato, scilicet in feudo materno, quod iniquum videtur, ut infra si de feudo controversia fuerit c. mulier habens feudum (Feud. II, 26 § 4); vel dicas quod illud intelligitur de filiis morganaticis, quod forte verius est. Quod vero de filio dixi, scilicet quod non succedit patri in feudo, verum est quoniam proles feminini sexus vel ex feminino sexu descendens ad huiusmodi successiones aspirare non potest, ut infra de gradibus succedentium in feudo (Feud. II, 11) c. I. circa principium. Licet enim filie ut masculi succedant legibus, a successione tamen feudi removentur, et earum filii, ut infra qui feudum dare possunt et qualiter § hoc <sup>6</sup> autem notandum est (Feud. I, 1 § 3). Et hoc intelligas verum esse, nisi ea conditione vel pacto fuerit feudum acquisitum ut filii et filie succedant. Et etiam deinde succedet filia, si masculi non extiterint, alias non, ut infra de gradibus succedentium in feudo (Feud. II, 11) c. I; et infra episcopum vel abbatem (Feud. I, 6) in fine; et infra de successione feudi § filia vero (Feud. I, 8 § 2). Nec enim patet locus femine in feudi <sup>7</sup> successione, donec masculus superest ex eo qui primus de eo feudo fuerit investitus, ut infra de eo qui sibi vel heredibus suis masculis et feminis investituram accepit c. qui sibi (Feud. II, 17). Item hoc verum est quod non succedit, nisi feudum fuerit femineum: tunc enim tantum <sup>8</sup> succedit filia patri et matri in feudo, ut infra de natura successionis feudi (Feud. II, 50) c. I in principio; licet videatur contradicere quod legitur infra de beneficio femine, c. si femina (Feud. II, 30). Item verum est quod non succedit, nisi ipsa post mortem patris redemerit beneficium a domino vel nisi dominus eam investierit de beneficio patris propter servicium et amorem patris: tunc enim non poterit revocari ab ullo ex parentibus suis, ut infra quemadmodum ad filiam feudum pertineat (Feud. I, 24) c. I. Et hec vera sunt quod feudum acci-

piatur per successionem, nisi fuerit tale feudum Marchie, vel Ducatus, vel Comitatus vel alicuius regali dignitatis, de qua Imperator <sup>9</sup> fecit investituram: in eo nullus scilicet succedit, nisi ab Imperatore fuerit iterum investitus, quoniam morte vassalli finitur, ut infra de feudo Marchie (Feud. I, 14) c. I: licet hoc hodie sit usurpatum, ut infra de feudi alienatione <sup>10</sup> (Feud. II, 39) in fine; item nisi fuerit feudum sine investitura ab initio acquisitum, in quo nullus succedit, ut infra quibus modis feudum constitui potest (Feud. I, 25) c. I.

### III

#### Per quos possit fieri investitura feodi.

Quia supra diximus quod per investituram feudum <sup>11</sup> sive beneficium potest acquiri sibi constitui, videamus per quos fieri possit investitura et per quos <sup>12</sup> percipi possit, et etiam coram quibus testibus fieri debeat investitura. Utique investitura fieri potest tam a femina quam a <sup>13</sup> masculo, etiam de novo beneficio, ut infra per quos fiat investitura et per quos <sup>14</sup> recipiatur § feminam quoque (Feud. II, 3 § 1). Potest etiam fieri investitura tam a minore XXV annorum quam a maiore, cum distinctione tamen si <sup>15</sup> fiat investitura de veteri beneficio, aut de novo. Siquidem fiat investitura de veteri beneficio, tunc si fiat a minore, valet et tenet: si vero de novo, secus; nec enim potest investitura de novo beneficio recte fieri, nisi ab eo qui liberam suorum bonorum administrationem habet. Qui enim qualibet ratione aliquid de bonis suis impeditur alienare, is nec feudi potest investituram facere, ut infra per quos fiat investitura et per quos recipiatur in principio, et § novi vero feudi (Feud. II, 3). Hodie autem puto per constitutionem Frederici sacramenta puberum, si minor puber iuraverit se non venturum contra novam investituram quam fecerit, quod bene valeat investitura.

Persona vero eius qui investitur, non est distinguenda, quoniam etiam servus potest de feudo investiri, nisi in servicium eum investivit: tunc enim forte non valeret investitura.

Item non interest utrum per te <sup>16</sup> facias investitura vel recipias, an per alium. Potest enim hoc negotium et per procuratorem ab utraque parte expediri, ut infra per quos fiat investitura et per quos <sup>17</sup> recipatur § personam vero investituram accipientis, et cet. (Feud. II, 3 § 1).

Restat modo ut videamus coram <sup>18</sup> quibus testibus fieri debeat investitura, quo quidem casu distinguendum est: aut fit a laico, aut fit a clerico; item: aut dominus

<sup>1</sup> Cod. quod. — <sup>2</sup> Cod. amorticam. — <sup>3</sup> Cod. quem. Ch. quoniam. — <sup>4</sup> Ch. aliter. — <sup>5</sup> Cod. contractum. — <sup>6</sup> Hic finem habet. Ch. 2. — <sup>7</sup> Cod. feudo. — <sup>8</sup> Cod. secundum. — <sup>9</sup> Cod. nuper. — <sup>10</sup> Cod. aliena-

tionem. — <sup>11</sup> Cod. feudi. — <sup>12</sup> Cod. om. fieri investitura et per quos. — <sup>13</sup> Cod. in. — <sup>14</sup> Cod. om. fiat investitura et per quos. — <sup>15</sup> Cod. om. si. — <sup>16</sup> Cod. parte. — <sup>17</sup> Cod. om. fiat investitura et per quos. — <sup>18</sup> Cod. quorum.

habet pares, aut non. Siquidem fiat investitura de novo beneficio et a laico, siquidem habet pares, coram enim saltem duobus vel tribus fieri debet, et si fiat inde breve testimonium, ab eis debet confirmari. Sed secundum Mediolanenses sufficit si etiam ab extraneis confirmetur, ut infra quid sit investitura, c. I et II (Feud. II, 2); et infra qui testes sunt necessarii ad probandam novam investituram c. I et c. sequenti (Feud. II, 32); unde si postea emergat controversia feudi inter dominum et vassallum, domino in possessione tunc constituto et negante se investituram fecisse, vel<sup>1</sup> non factam fuisse, tunc vassallus probabit per illos pares qui interfuerunt investiture, vel per breve testimonium supradicto modo. Et si pares noluerint iurare, tunc dominus debet eos compellere iurare; si non voluerint iurare, tunc vassallus potuerit etiam per extraneos probare investituram esse factam, ut infra quid sit investitura § si enim (Feud. II, 2). Si autem extranei noluerint iurare, comes vel populus debet eos compellere; quod si comes vel populus non compellat eos, tunc vassallus cum misso domini ad Imperatorem ibit, et quid Imperator iudicaverit servabitur, ut infra si de investitura inter dominum et vassallum lis oriatur (Feud. I, 26), c. I.

Super probationem autem investiture, dic ut plenius notatur in distinctione que fit infra quid sit investitura (Feud. II, 2), c. I; que sic incipit: « Circa hunc<sup>2</sup> articulum talis facienda est distinctio, nam aut agitur de novo » et cet.; et vera sunt scilicet quod debet fieri nova investitura coram paribus, cum dominus habeat pares et presentes sunt. Idem est etsi absint, quoniam expectari debent donec presentes sint, alias enim non valeret investitura, ut infra de consuetudine recti feudi (Feud. II, 33), c. I in fine.

Si autem dominus non habeat pares, tunc sufficit si fiat investitura coram<sup>3</sup> extraneis testibus, ut infra tit. predicto (Feud. II, 33). Et hec vera sunt quando fit investitura de novo beneficio. Si autem investitura fit<sup>4</sup> de veteri beneficio, tunc indistincte coram omnibus, sive paribus sive extraneis, fieri potest investitura, ut infra qui testes sunt necessarii ad probandam novam investituram (Feud. II, 32), c. I.

Et hec vera sunt cum laicus facit investituram. Si autem clericus facit investituram tunc subdistingue: facit investituram de rebus ecclesie, aut de suis propriis rebus. Siquidem facit investituram de rebus ecclesie, tunc indifferenter possunt testes adhiberi, sive pares sive extranei: et hoc ideo quia huiusmodi<sup>5</sup> clerici fere absconse faciunt investituram feudi sine presencia suorum confratrum, ut infra si de investitura inter dominum et vassallum lis oriatur § si autem se venturum (Feud. I,

26). Si autem faciat clericus investituram de suis propriis rebus tunc eadem sunt observanda in eius investitura, que servantur in investitura laici, ut infra qui testes sunt necessarii ad probandam novam investituram.

### III

#### Quid sit fidelitas et a quibus fieri debeat. Qualiter sit facienda.

Vidimus de investitura qualiter et a quibus debeat sive possit fieri vel recipi, sed quia post investituram statim debet sequi fidelitas sive fieri, videamus de ipsa fidelitate, scilicet quid sit fidelitas et a quibus fieri debeat et qualiter sit facienda fidelitas.

Et utique fidelitas nichil aliud est nisi iusiurandum, quod a vassallo prestatur sive fit<sup>6</sup> domino post investituram: debet enim precedere investitura fidelitatem et non fidelitas investituram, ut infra quid<sup>7</sup> precedere debeat investitura an fidelitas c. I, et § fidelitatem (Feud. II, 4). Et hoc verum est quod statim debet sequi fidelitas post investituram nisi per pactum sit fidelitas remissa; quod fieri potest, ut infra, per quos fiat investitura et per quos recipiatur c. nulla (Feud. II, 3 § 1); et infra in quibus causis feudum amittatur c. est et alia ingratuitas (Feud. II, 2 § 1).

Ab omnibus autem qui feudum habent fieri debet fidelitas, ut infra si de feudo controversia fuerit, c. omnes filii (Feud. II, 26 § 4); et infra de prohibita feudi alienatione per Fredericum I. I § preterea Ducatus. (Feud. II, 55 § 1). Et hec vera sunt nisi per pactum sit remissa, ut supra dictum est, vel nisi sit minor impubes, qui non cogitur eam facere donec venerit in maiorem etatem, ut infra si de feudo controversia fuerit c. si minori et c. sequenti, si quis decesserit (Feud. II, 26 § 4 et § 5).

Fieri autem fidelitas ita debet: « Juro ego per<sup>8</sup> sancta Dei Evangelia quod amodo inantea ero fidelis huic, sicut debet esse vassallus domino; nec id quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit pandam alii<sup>9</sup> me sciente ad eius detrimentum<sup>10</sup> ».

Et hoc de sacramento vasalli. Si autem domesticus idest<sup>11</sup> familiaris eius sit cui iurat, vel si ideo fidelitatem iurat non quod feudum habeat, sed quia est sub iurisdictione eius, cui iurat, tunc nominatim vitam, membrum, mentem et illius rectum honorem iurabit secundum quod hec dicuntur infra qualiter vassallus iurare debeat c. II (Feud. II, 5).

Est autem sciendum quod ille qui domino fidelitatem iurat ista sex in memoria semper debet habere, scilicet incolume, tutum, honestum, utile, facile, possibile. Debet etiam alia duo domino<sup>12</sup> suo prestare scilicet consilium

<sup>1</sup> Cod. se. — <sup>2</sup> Cod. tunc. — <sup>3</sup> Cod. inserit. paribus. — <sup>4</sup> Cod. om. fit. — <sup>5</sup> Cod. huius. — <sup>6</sup> Cod. sit. — <sup>7</sup> Cod. an. — <sup>8</sup> Cod. pro.

— <sup>9</sup> Cod. nisi. — <sup>10</sup> Cod. decrementum. — <sup>11</sup> Cod. inserit s. (scilicet). — <sup>12</sup> Cod. om. domino.



et auxilium, si beneficio vult dignus videri et in fidelitate esse salvus. Que <sup>1</sup> sex predicta qualiter intelligantur dicitur infra de forma fidelitatis (Feud. II, 6) c. I.

Est et alia de novo super fidelitatis iuramento forma inventa, utentium approbata consuetudine, que hodie in omni fere Curia videtur obtinere, hec: « Ego Titius iuro super hec sancta Dei Evangelia quod ab hac hora inantea usque ad ultimum diem vite mee ero fidelis tibi Gaio domino meo contra omnem hominem, excepto Imperatore, vel Rege <sup>2</sup> ». Quod verbum recte si <sup>3</sup> intelligatur, nulla quidem indiget adiectione, sed integram et perfectam in se continet fidelitatem; sed propter simplices et nominis significationis ignaros, ad illius verbi interpretationem etiam <sup>4</sup> adiici solent: « Et iuro quod nunquam scienter ero in consilio vel facto, quod tu amittas vitam vel membrum aliquod, vel quod tu recipias aliquam lesionem vel iniuriam vel contumeliam, vel quod amittas aliquem honorem, quem nunc habes vel inantea possidebis. Et si scivero vel <sup>5</sup> audivero de aliquo qui velit aliquod illorum contra te facere, pro posse meo, ut non fiat, impedimentum prestabo. Et si impedimentum prestare nequivero, quam citius potero tibi nunciabo et contra eum prout potero, tibi meum prestabo auxilium. Et si contigerit te rem aliquam quam habes vel habebis iniuste vel fortuito casu amittere, recuperare iuvabo vel recuperatam omni tempore retinere. Et si scivero te iuste velle offendere aliquem, et inde specialiter vel generaliter fuero requisitus, meum tibi, si potero, prestabo auxilium. Et si quid mihi in secreto quis manifestaverit, tibi dicam; et si tu mihi in secreto aliquid manifestaveris, illud sine tui licentia nemini pandam vel per quod pandatur faciam. Et si consilium mihi super aliquo facto postulaveris, illud tibi dabo consilium quod magis mihi videbitur <sup>6</sup> expedire tibi, et nunquam aliquid ex mea persona faciam scienter, quod pertineat ad tuam iniuriam vel contumeliam » secundum quod hec omnia ita de verbo ad verbum continentur infra de nova fidelitatis forma c. est et alia, et cet. (Feud. II, 7), scilicet post rubricam illam de forma fidelitatis. In quibusdam tamen consuetudo non invenitur. Recte enim ponitur in supradicto sacramento de novo invento verbum illud « contra omnem hominem » quoniam vasallus contra omnes debet dominum iuvare, etiam contra patrem et filium, nisi contra alium antiquiorem dominum: hic enim est preferendus, ut infra hic finitur lex, deinde consuetudines regni incipiunt, c. contra omnes (Feud. II, 28). Et ideo recte fiat si in sacramento expressim excipiatur antiquior dominus, si alium habet dominum ille qui iurat. Quod autem persona Imperatoris nominatim debeat excipi in omni sacramento fidelitatis, expressim dicitur infra de prohibita feudi alienatione per Fride-

ricum l. imperialem, et c. illud quoque precipimus (Feud. II, 55). Et illud autem verbum « et si scivero te velle iuste offendere aliquem » et cet. quod in predicto sacramento continetur supra, recte ponitur quoniam non tenetur vasallus dominum adiuvere, si iniuste velit aliquem offendere, nisi ad domini defensionem vel nisi dubitetur utrum iuste guerram faciat <sup>7</sup>: tunc enim tenetur eum adiuvere: licet quidam dixerit quod omnino sine aliqua distinctione tenetur eum adiuvere, ut infra, hic finitur lex c. I (Feud. II, 28). Et hec vera sunt quod tenetur dominum adiuvere sicut supra dicitur, nisi dominus sit excommunicatus, vel a Rege bannitus, quoniam interim vasallus est a sacramento fidelitatis absolutus, ut infra predicto titulo et capite (Feud. II, 28). Quod vero sequitur in dicto sacramento « et inde specialiter vel generaliter fuero requisitus » et cet. non, si non queritur, ponitur; quoniam vasallus non tenetur offerre servicium domino, scilicet quantocumque <sup>8</sup> tempore steterit quod domino non servierit, ob hoc non amittit feudum, si <sup>9</sup> tamen domino petenti servire paratus sit. Si tamen contigerit <sup>10</sup> domino magnum periculum imminere, puta mortem vel captionem vel quid simile, tunc ultro se ei offerre debet, ut infra hic finitur lex c. ab hoc (Feud. II, 28); et infra si de feudo controversia fuerit c. licet vasallus (Feud. II, 26 § 5); et infra tit. an ille qui interfecit fratrem domini sui <sup>11</sup> feudum amittat c. non cogitur (Feud. II, 37 § 1).

Investitura vero facta et fidelitate subsecuta omnimodo coegetur dominus investitum <sup>12</sup> in vacuum possessionem mittere, quod si differat <sup>13</sup>, omnem utilitatem ei prestabit, ut infra de nova fidelitatis forma c. investitura (Feud. II, 7 § 1). Nec liberabitur dominus prestando interesse si peniteat investituram fecisse, ut infra si de feudo controversia fuerit c. si facta (Feud. II, 26 § 5); expressum ergo videtur quod dominus nullam retineat possessionem, sed tenetur vasallo tradere vacuum possessionem, aliter enim non esset vacua si aliquam retineret. Ad hoc enim pertinet vacui appellatio, ut nullus sit in precessionem ut C. de actionibus empti et venditi l. II (C. 4, 49, 2) in fine. Sed dicas quod dominus retinet civilem possessionem, et vasallo tradit naturalem; quam naturalem tenetur ei tradere vacuum, scilicet ut nullus sit potior vasallo in ipsa possessione naturali quantum ad perceptionem fructuum, cum vasallus quasi fuctuarius intelligitur, ut in quibus causis feudum amittatur (Feud. II, 24) circa princ.

Facta autem recte alicuius rei investitura et possessione tradita, vasallus hanc habebit potestatem scilicet quod tamquam dominus poterit illam rem a quolibet possidente quasi vindicare, et si ab alio eiusdem rei nomine conveniatur, defensionem poterit opponere, ut de

<sup>1</sup> Cod. quod. — <sup>2</sup> Cod. lege. — <sup>3</sup> Cod. sic. — <sup>4</sup> Cod. vel. — <sup>5</sup> Cod. non fuero nec pro si scivero vel. — <sup>6</sup> Cod. videtur. — <sup>7</sup> Cod. faciet. —

<sup>8</sup> Cod. quam totum enim. — <sup>9</sup> Cod. de. — <sup>10</sup> Cod. servierit. — <sup>11</sup> Cod. om. domini sui. — <sup>12</sup> Cod. investituram. — <sup>13</sup> Cod. deinde ferat.

investitura rei aliene § rei autem (Feud. II, 8); quam actionem habebit utilem ad ipsam rem vindicandam, ut infra de controversia inter vasallum et alium c. I si causa inter vassallum (Feud. II, 43). Verum<sup>1</sup> hic posset queri utrum vasallus habeat domini actionem ut ipsam rem possit quasi vindicare vel<sup>2</sup> saltem utilem actionem ut tamquam dominus possit eam quasi vindicare et defendere, ut supra dictum est, sicut et aliter dicitur de superficario, cui datur utilis actio, ut D. de rei vindicatione l. in speciali § superficario<sup>3</sup> (D. 6, 1, 73 § 1 et 74 et 75); et D. de pignoratitia actione l. tutor § ult. (D. 13, 7, 16 § 2). Alias et si sciens. Idem etiam dicitur de emphiteota et de eo qui ad modicum tempus feudum conduxit, quibus datur utilis in rem, ut D. si ager vectigalis vel emphiteutarius petatur l. I § ult., et l. ult. (D. 6, 3, 1 § 1 et 3).

E contra videtur quod non habeat aliquod dominium et penes dominum remaneat; nam si<sup>4</sup> dominus facit investituram alicuius beneficii, proprietas remanet penes eum et ususfructus transit ad investitum<sup>5</sup> et eius heredes, ut infra in quibus causis feudum amittatur (Feud. II, 24) circa princ. Quamvis enim per beneficium ad eum res in feudo sibi data pertineat, tamen proprietas ad alium spectat, ut infra de investitura rei aliene c. rei autem (Feud. II, 8). Nec obstat quod habet utilem actionem sive quasi vindicationem, quia per hoc non dicitur quod habeat dominium aliquod; nam et aliunde datur utilis rei vindicatio ei qui non est dominus directo nec utiliter, sicuti est ille cui datur Publiciana, ut Instit. de actionibus § namque si cui<sup>6</sup> (l. 4, 6 § 4); et D. per totum tit. de publiciana (D. 6, 2). Hoc etiam videtur innui ex predicto capite rei autem (Feud. II, 8), cum ibi dicatur quod tamquam dominus posset eam vindicare, ita ipse poterit eam quasi vindicare, ut sic videatur ab eo excludere dominium. Quicquid tamen superius sit allegatum, satis videtur posse dici quod habeat utile dominium ad exemplum supradictorum.

## V

**Quibus modis vel causis feudum amittatur.**<sup>7</sup>

Dictum est in superioribus qualiter feudum acquiratur; sed quia postquam recte feudum acquisitum multa possunt intervenire quare debeat amitti, sive retineri non possit, idcirco hic recte possunt subici cause sive modi quibus feudum amittatur. Multis ergo de causis sive modis amittitur feudum sive non retinetur. Amittitur enim feudum alias propter casum, alias propter religionem, alias propter incuriam sed non culpa,<sup>8</sup> alias

propter culpam<sup>9</sup> que non proprie dicitur feloniam; alias propter feloniam que respicit dominum, alias que respicit alium et non dominum. Item cum propter feloniam seu culpam, alias propter suam, alias propter alienam; alias etiam sine culpa amittitur feudum, quod est dignum nota.

Propter casum enim amittitur feudum sive non retinetur, puta<sup>10</sup> si vasallus efficiatur mutus ita quod nullo modo loquatur; verumptamen si feudum fuerit<sup>11</sup> quo ei ablato se exhibere non valeat, tantum<sup>12</sup> ei relinqui debet de dicto feudo unde se possit sustinere,<sup>13</sup> ut infra episcopum vel abbatem c. mutus (Feud. I, 6 § 2). Et hoc intelligas verum esse in feudo quod non est paternum, sed novum; si autem esset paternum, tunc mutus, surdus, cecus, claudus vel alias imperfectus, totum retinebit secundum quosdam. Quidam autem<sup>14</sup> dixerunt<sup>15</sup> scilicet eum qui talis natus est feudum retinere non posse, quia ipsum servire non valet, ut infra an mutus vel alias imperfectus feudum retineat c. mutus (Feud. II, 36).

Propter religionem vero amittitur feudum, puta cum vasallus efficiatur clericus sive conversus, quia factus est miles Dei et desinit esse miles alii, nec pertinet beneficium ad eum qui non debet gerere officium, ut infra de eo qui arma bellica deposuit, c. I (Feud. II, 21); et infra an mutus vel alias imperfectus feudum retinere possunt c. I mutus (Feud. II, 36) in fine; et infra si de feudo controversia fuerit c. qui<sup>16</sup> clericus (Feud. II, 26 § 4). Immo etsi fuerit paternum, in eo non succedit, licet illum hereditari postea possit, ut infra de beneficio femine c. ex hoc illud (Feud. II, 30).

Propter incuriam autem sed non culpa amittitur feudum, puta si heres vasalli steterit post mortem ipsius vasalli per annum et diem quod non petierit a domino investituram feudi pollicendo fidelitatem, nisi per pactum foret remissa, vel etiam si ipse vasallus post mortem domini eodem modo non poterit ab herede domini recipere, ut infra in quibus causis feudum amittatur c. prima causa (Feud. II, 24); et infra de capitulis Conradi c. I (Feud. II, 40). Et hoc verum est dum tamen fuerit maior XIII annorum, ut infra de prohibita feudi alienatione per Fridericum l. imperialem § preterea si quis infeudatus (Feud. II, 55); secus enim si impubes esset, cum ipse non cogatur fidelitatem facere, ut infra si de feudo controversia fuerit c. si quis decesserit (Feud. II, 26 § 5). Aliud tamen videtur observandum in milite quoniam miles potest stare per annum et mensem ad petendam investituram, ut infra quo tempore miles investituram petere debeat (Feud. I, 22) c. I. Quod qualiter intelligatur ibi notatur, et intelligas hec vera esse, si dolose

<sup>1</sup> Ch. unde. — <sup>2</sup> Cod. om. possit quasi vindicare, vel. — <sup>3</sup> Cod. licet sequenti. — <sup>4</sup> Cod. ei. — <sup>5</sup> Cod. tantum sit a advestitum. — <sup>6</sup> Cod. ecce plerumque. — <sup>7</sup> Cod. modi... casus... amittat. — <sup>8</sup> Cod.

gloria. — <sup>9</sup> Cod. gloriam. — <sup>10</sup> Cod. inserit quod. — <sup>11</sup> Cod. fecerit. — <sup>12</sup> Cod. tamen. — <sup>13</sup> Cod. retinere. — <sup>14</sup> Cod. cum. — <sup>15</sup> Cod. dixerit. — <sup>16</sup> Cod. si.



steterit per dictum tempus quod non petiit, nam si dolose non stetisset, tunc secus esset; et intelligatur abesse dolus si iusta causa impediendi steterit, ut infra de prohibita feudi alienatione per Lotharium c. quoniam inter dominum (Feud. II, 52 § 3). Tunc autem iusta intelligitur causa impediendi, cum propter mortem vel capitales inimicitias vel infamiam vel etiam propter iustam absentiam impeditur, ut infra quo tempore miles investituram petere debeat (Feud. I, 22) c. I; quod capitulum et alia plura ibi sequentia et precedentia credo fuisse Lotharii imperatoris.

Propter culpam vero que non proprie dicitur fellonia amittitur feudum, puta si dominus investituram pollicendo fidelitatem petierit <sup>1</sup> a vasallo, et illo non prestante, dominus tribus vicibus conveniri, tempore interposito, ad Curiam super hoc proclamaverit, et vasallus tribus vicibus a suis paribus citatus iurare noluerit, <sup>2</sup> si <sup>3</sup> tamen non sit sacramentum per pactum remissum, ut infra in quibus causis feudum amittatur c. est et alia ingratitude (Feud. II, 24 § 1). Sed numquid minor in isto casu et in superiori restituatur, si restitutionem petierit, cum hoc ipso videatur lesus quod investituram non petierit infra predictum tempus et fidelitatem non fecerit cum ab eo peteretur, et hoc ipso debeat amittere feudum? Respondeo: Forte sic. Nec enim per constitutionem Frederici videtur beneficium illud ei auferri, cum ibi specialiter non dicatur; quod ergo non amittatur, queritur quare stare prohibetur, ut C. de testamentis l. sancimus (C. 6, 23, 27); et de appellationibus l. precipimus (C. 7, 62, 32) in fine. Audivi tamen quod in quibusdam locis non auditur volens restitui, cum leges indeterminate loquantur.

Est et alia culpa per quam vasallus feudum amittit, puta si infeudaverit feudum alia lege, quam quam ipse habuerit, vel etiam in talem vasallum qui feudum servare non possit, ut infra de lege Conradi c. ex eadem lege descendit (Feud. II, 34 § 1).

Propter felloniam autem que non respicit dominum amittitur feudum quum vasallus interfecit fratrem proprium vel filium fratris vel aliud crimen commisit, quod parricidii <sup>4</sup> appellatione contineatur, ut totam habeat hereditatem; vel etiam hominem tradidit ut <sup>5</sup> in Curia amplius stare non possit, ut quibus modis feudum amittatur § item si fratrem (Feud. I, 5); et infra quibus causis feudum amittatur c. denique (Feud. II, 24); et infra tit. an ille qui interfecit fratrem domini sui <sup>6</sup> feudum amittat c. I (Feud. II, 37). Et quia fellonia non respicit dominum, feudum pertinebit ad agnatos, si feudum sit paternum, et non ad dominum, ut in predicto cap. denique (Feud. II, 24).

Propter felloniam autem que dominum respicit scilicet amittitur feudum quando vasallus reliquit dominum

in prelio campestri, non mortuum nec ad mortem vulneratum vel propter alias multas ingrattudines que enumerantur infra quibus modis feudum amittitur (Feud. I, 5); et in quibus causis feudum amittitur (Feud. II, 24); et infra hic potest esse tit. quibus modis feudum amittitur c. I. et c. sequenti (Feud. I, 5); et infra de feudo sine culpa non amittendo c. I et c. II (Feud. I, 21); quas hic enumerare nimis esset prolixum.

Sunt et alie ingrattudines sive fellonie notande, que sunt extra predictos titulos posite per quas vasallus amittit feudum, puta si vasallus negaverit feudum, vel partem, vel feudi conditionem, ut infra si de feudo controversia fuerit c. vasallus si feudum (Feud. II, 24 § 3); et infra de lege Conradi c. si fuerint (Feud. II, 34). Et hoc verum est si sciens negaverit; secus si ignorasset, quoniam subvenitur ei, ut infra si de feudo controversia fuerit predicto capite et c. vasallus feudum (Feud. II, 24 § 3 et 5).

Item si vasallus feudum alienaverit contra constitutionem Lotharii vel Frederici sive Conradi amittit feudum, ut infra de vasallo qui contra constitutionem Lotharii feudum alienavit (Feud. II, 38); et infra de lege <sup>7</sup> Conradi c. I (Feud. II, 34); et infra de prohibita feudi alienatione per Fredericum l. imperialem (Feud. II, 55). Veruntamen pro ea parte tantum amittit pro qua alienatum erit, ut infra predicto tit. de vasallo qui contra constitutionem Lotharii et cet. (Feud. II, 38); quoniam non debet ultra progredi pena quam reperiatur noxia, <sup>8</sup> ut C. de penis, l. sancimus (C. 9, 47, 22). Nec proderit vasallo si post alienationem iniuste factam, illud recuperaverit ab emptore, cum semel fuerit domino aperitum, ut infra tit. quid iuris sit si post alienationem feudi vasallus eum recuperaret c. preterea (Feud. II, 44). Quod verum est ubi vasallus non <sup>9</sup> poterit iurare quod ignorans eum feudum esse vendidit; tunc enim dabitur dicto emptori electio utrum velit eum restituere <sup>10</sup> domino an vasallo; et si vasallo restitutum fuerit, vasallus id beneficium retinebit, non nocente ei venditione ideo quia ignorans eam fecisset. Quod enim dicitur quod alienatio feudi domino aperitur, intelligendum est cum a sciente beneficium venditur. Idem est et in omni alienatione, ut infra de contentione <sup>11</sup> inter dominum et emptorem feudi c. domino cum emptore (Feud. II, 42); et infra si de feudo controversia fuerit c. si vasallus feudum alienavit (Feud. II, 26 § 5). Si autem hoc non possit iurare, tunc dominus eum recuperabit, nulla ei prescriptione obstante, quia quod ab initio non tenuit, non potuit tractu temporis confirmari, ut infra de prohibita feudi alienatione per Fredericum l. imperialem, circa finem primi cap. (Feud. II, 55); et de lege Conradi c. (Feud. II, 34).

<sup>1</sup> Cod. inserit vel. — <sup>2</sup> Cod. voluerit. — <sup>3</sup> Cod. de. — <sup>4</sup> Cod. ractor (?) — <sup>5</sup> Cod. om. ut. — <sup>6</sup> Cod. dominum suum. — <sup>7</sup> Cod.

om. et infra de lege. — <sup>8</sup> Cod. metus. — <sup>9</sup> Cod. om. non. — <sup>10</sup> Cod. inserit utrum. — <sup>11</sup> Cod. constitutione.

Item si vasallus dominum accusaverit vel testimonium contra eum tulerit in civili causa modica vel criminali, similiter amittit feudum, licet quidam dixerit quod in civili causa possit testimonium contra dominum deferre, ut infra de consuetudine recti feudi c. similiter vasallus (Feud. II, 33 § 1).

Item amittit vasallus feudum, si expeditione publice indicta vasallus a domino suo vocatus ut secum in ea expeditione cum rege ad suscipiendam Rome coronam vadat, et non ierit nec alium pro se domino acceptabilem miserit vel stipendio militie ei non dederit, puta dimidium redditus feudi unius annis, ut infra de pace iuramento firmanda et vindicanda § ult. (Feud. II, 53); et infra de prohibita feudi alienatione per Fredericum I. imperialem § firmiter (Feud. II, 55 § 1). Huiusmodi autem stipendia alias dicuntur hostenditie<sup>1</sup> scilicet per capitula Conradi, que tales erant quoniam vasallus debebat prestare in Lombardia XII den. de modio, in Almania trinam partem fructuum feudi illius anni quo expeditio fiebat, ut infra de capitulis Conradi c. similiter in hostenditiis (Feud. II, 40).

Propter felloniam autem seu culpam alterius vel non suam amittitur feudum, puta si vasallus delinquatur, sive culpam committat per quam feudum amittere debeat, quoniam filius eius et alii descendentes tunc similiter amittunt, ut infra si vassallus feudo privetur cui defertur c. vasalli feudum (Feud. II, 31); et infra si de feudo controversia fuerit c. si vasallus culpam (Feud. II, 26 § 5). Immo, ut puto, et agnati amittunt, licet fuerit paternum, si fellonia dominum respiciat, ut dominus habeat hanc sue iniurie ultionem, ut infra in quibus causis feudum amittatur c. denique (Feud. II, 24); licet quidam forte dicant quod illud caput loquatur de feudo novo et non de paterno.

Sine culpa<sup>2</sup> amittitur feudum (quod est valde notabile) puta si dominus infeudaverit allodium suum, et postea eum contulerit alicui ecclesie, vel per oblationem fidelium, vel per contractum emptoris et venditoris, vel etiam per alium contractum quando tunc vasallus non poterit illud feudum retinere nisi per gratiam id ab ecclesia reciperet tanquam novum, ut infra de pace iuramento firmanda et vindicanda § ult. (Feud. II, 53). Sed numquid tunc poterit vasallus contra dominum agere videlicet ad interesse ut aliud eiusdem bonitatis feudum sibi debeat dare? Respondeo: Sic, ut ibidem editum notavi. Posset autem queri utrum vasallus amittat feudum ipso iure, an per sententiam cui incidit in culpam per quam quis debeat amittere, sive cum et non convicta culpa et laudanda per iudicium parium suorum, ut in Cod. Lombarde de beneficiis et terris censualibus l. ult. (Lomb. II, 8, 4; Conr. 1); et infra de

feudo sine culpa non amittendo c. I (Feud. I, 21); et infra quo tempore miles investituram petere debeat (Feud. I, 22). Est autem sciendum quod sicut vasallus amittit feudum propter culpam seu felloniam, item dominus amittit proprietatem feudi si eum committat, ut infra si de feudo controversia fuerit c. domino committente (Feud. II, 26 § 5); et infra qualiter dominus proprietate privetur c. ex facto (Feud. II, 47). Nec mirum, cum dominus in omnibus<sup>3</sup> debet prestare vasallo in hiis que vasallus ei tenetur, ut infra de forma fidelitatis c. I in fine (Feud. II, 6).

## VI

### De controversia orta inter dominum et vasallum et alios quoscumque.

Contingit autem aliquando controversia fieri de feudo; unde videndum est apud quem iudicem vel quos debeat causa feudi agitari et terminari. Distinguat ergo inter quos sit controversia feudi. Aut enim est inter dominum et vasallum, aut inter duos vasallos, aut inter dominum et alium qui non est vasallus, aut inter vassallum et alium qui non est<sup>4</sup> vasallus.

Siquidem fuerit controversia intra duos vasallos, coram domino debeat agitari causa et per eum terminari, ut infra de prohibita feudi alienatione per Fredericum § preterea si inter duos (Feud. II, 55 § 2).

Si autem inter dominum et vasallum, tunc coram paribus debeat fieri et per eos terminari, ut ibidem (Feud. II, 55 § 2); et in Lombarda de beneficiis et terris censualibus l. ult. (Lomb. II, 8, 4; Conr. 1); et infra de controversia feudi coram paribus terminanda c. si inter dominum (Feud. II, 16); et infra, de milite vasallo qui contumax est c. dominus<sup>5</sup> vocat militem (Feud. II, 22). Pares autem ita debebant eligi: si enim consentiant in eis eligendis, scilicet planum est; si vero dissentiant, tunc dominus primo eligit quem vel quos voluerit, postea vasallus eligit secundum a domino numerum comprobatum, nisi sint vassalli qui fidelitatem domino<sup>6</sup> non iuraverint qui invito altero eorum pro paribus non sunt eligendi<sup>7</sup>, ut infra de controversia feudi coram paribus terminanda c. si inter dominum (Feud. II, 16). Debent enim pares qui debent cognoscere a domino sub debito fidelitatis coniurari, ut infra de prohibita feudi alienatione per Fredericum I. imperiale § preterea si inter (Feud. II, 55 § 2).

Jure autem consuetudinario aliud servabatur quando inter duos pares erat controversia de feudo, quoniam tunc coram iudice seu arbitro terminari debebat, ut infra de lege Conradi c. si inter pares duos (Feud. II, 34).

<sup>1</sup> Cod. hestantie. — <sup>2</sup> Cod. inserit non. — <sup>3</sup> Cod. inesse.  
— <sup>4</sup> Cod. om. qui non est. — <sup>5</sup> Cod. om. dominus. — <sup>6</sup> Cod.

om. comprobatum.... domino. — <sup>7</sup> Cod. om. pro paribus non sunt eligendi.



Nec enim poterat alter alterum trahere ad dominum vel Curie iudicium; verumptamen si dominus et Curia eum vocabat, tunc non poterat declinare eius examen, ut infra de investitura in maritum facta c. illud tamen sciendum (Feud. II, 15); et infra an apud iudicem vel Curiam domini questio feudi terminari debeat c. ex eo quod supra diximus (Feud. II, 46). Vel dicas quod illa capitula loquantur de illis qui non erant aliter vasalli ipsius domini de alio feudo, nisi quia contendere debeant de eodem feudo quod quilibet dicebat ad se per feudum pertinere, dubitabatur tamen ad quem deberet pertinere. Constitutio vero predicta Federici loquitur de illis qui alias erant vasalli ipsius domini, scilicet de aliis feudis; et preterea unus eorum debebat esse similiter eius vasallus de illo feudo de quo erat questio, et dubitaretur quis eorum deberet esse. Et ita secundum hoc dices quod possint.

Diversi casus quos <sup>1</sup> notavi sunt quando controversia est inter dominum et vasallum vel inter duos vasallus. Si vero controversia fuerit inter dominum et alium qui non sit vasallus, puta emptorem feudi vel alio modo possidentem ipsum feudum vel etiam inter vasallum et alium non vasallum, tunc alius iudex cognoscat: alius cuius iurisdictionis sit saltim reus, vel res ipsa. Cum enim iste casus consuetudinibus feudorum non sit comprehensus, absque calumpnia lege scripta strenuus advocatus poterit super hoc uti, ut de cognitione feudi c. I (Feud. II, 1); et etiam est argumentum de hoc predictum capitulum illud tamen sciendum est (Feud. II, 15); et c. ex eo quod supra diximus et cet. (Feud. II, 46); si inter pares duos (Feud. II, 34); et infra de pace tenenda l. quoniam <sup>2</sup> § si duo homines et § sequenti (Feud. II, 27 § 2). Potest in hoc probari per eandem constitutionem Federici imperialem § preterea si inter (Feud. II, 55 § 2). Cum enim specialiter ibi loquatur de domino et vasallo, videtur voluisse quod in aliis casibus veteres leges debeant servari, scilicet ut alius iudex in <sup>3</sup> eis cognoscat; quod enim non mutatur, quare stare prohibetur? ut C. de testamentis l. sancimus (C. 6, 23, 27). Nam quicquid novi specialiter non videtur expressum illud regulis veterum legum constitutionum intelligitur relictum, ut C. de appellationibus l. precipimus (C. 7, 62, 32) in fine.

Hoc autem in summa notandum est quod quando controversia est inter dominum et vasallum et sacramentum defertur a parte parti, quod vasallus tunc debeat exigere sacramentum calumpnie a domino; quod et a domini parte intelligendum est; et quod quisque iuris in alterum statuerit, ipse eodem iure utatur, ut infra de consuetudine recti feudi c. iudicium, in fine (Feud. II, 33).

In quo autem loco debeat iudicium feudi agitari, dic ut constitutio Federici imperialem § preterea si inter duos (Feud. II, 55 § 2).

Qualiter autem debeat fieri citatio eius qui convenitur de feudo, et quo debeant fieri citationes, et quod intervallum <sup>4</sup> debeat esse inter unam citationem et aliam dicitur infra de milite vasallo qui contumax est c. dominus vocat militem (Feud. II, 22). Et ea dic secundum quod ibidem Pilius <sup>5</sup> plene notavit.

Quid autem iuris sit si controversia est inter dominum et agnatum <sup>6</sup> defuncti de feudo, vel inter dominum et filiam defuncti, vel inter agnatum <sup>7</sup> et filiam defuncti, dic ut dicitur infra si de feudo controversia fiat c. I, II et III (Feud. II, 26); et infra de controversia inter vasallum masculinum et feminam de beneficio c. item sciendum est (Feud. II, 41). Verumptamen licet ibi dicatur quod per sacramentum debeat terminari, alterutra parte in probatione deficiente, illud tum est intelligendum ut determinatione eius <sup>8</sup> legitur infra de consuetudine recti feudi c. sacramentum (Feud. II, 33); non semper est dandum possidenti; debere dari scilicet ut intelligitur et determinatur predicto c. sacramentum (Feud. II, 33).

Istud autem scire debes quod omnes filii eius qui feudo supersunt debeant facere fidelitatem, maxime si feudum indivisum habent; sed si ad unum ex divisione tantum pervenerit, tunc ille solus iurabit, ut infra si de feudo controversia fuerit c. omnes filii (Feud. II, 26 § 4). Sed numquid vasallus tenebitur iurare fidelitatem omnibus filiis domini sui defuncti? Respondeo: Non puto, quoniam vasallus non cogitur pro uno feudo plures dominos habere, ut infra de prohibita feudi alienatione per Fredericum I. imperialem § preterea Ducatus (Feud. II, 55 § 1).

Hoc etiam in summa notandum est quod in feudo est inhibitum pactum legis commissorie sicut in pignore, ut infra de feudo dato in vicem legis commissorie c. I (Feud. I, 27); et infra de capitaneo qui Curiam vendidit c. similiter feudum datum (Feud. II, 51 § 6).

Est etiam hoc in summa notandum quod vasallus poterit feudum refutare quandocumque voluerit, etiam sine voluntate domini; et postquam refutaverit ultra non tenebitur domino servire, verumptamen eum non debeat offendere, ut infra de vasallo qui contra constitutionem Lotharii feudum alienaverit c. I (Feud. II, 38).

Sed et hoc sciendum est quod alienatio feudi paterni non prohibetur inter agnatos, cum potius refutatio quam alienatio videatur, ut infra de alienatione feudi paterni c. I (Feud. II, 39).

Preterea istud in summa sciendum est quod si vasallus aliquod edificium in feudo fecerit cum sua pecunia, ipsum melioraverit, et postea sine descendibus

<sup>1</sup> Cod. quam adversi. — <sup>2</sup> Cod. una. — <sup>3</sup> Cod. ut. — <sup>4</sup> Cod. inter va-

sallum. — <sup>5</sup> Cod. P. — <sup>6</sup> Cod. agnator. — <sup>7</sup> Cod. agnator. — <sup>8</sup> Cod. eiusque.

decesserit, dominus debet pati edificium ad heredem, vel debet precium meliorationis solvere.

Item est et si sua pecunia servitatem feudo acquisivit, licet quidam dixerit quod omnino ad dominum predicta pertineant, ut infra hic finitur lex c. si vasallus in feudo (Feud. II, 28).

Sed et si vasallus descedat kalendis Martii sine prole et post Augustum, omnes fructus qui sunt in feudo pertinent ad dominum; si vero post kalendas Martii et ante Augustum tunc pertinent ad heredem. Quidam tamen dixerunt quod quocumque tempore decesserit omnes pendentes pertinent ad dominum, ut infra predicto tit. c. hiis consequenter (Feud. II, 28).

Hoc autem in summa non est omittendum quod filius non potest retinere feudum repudiata patris hereditate, ad hoc ut non teneatur solvere tributum paternum; sed aut totum repudiare aut totum retinere, nisi dominus eum tamquam de novo beneficio investiat agnatis conscientibus, quoniam tunc eum bene retinere potest<sup>1</sup> sine onere iure hereditario. Aliud est in cognatis quoniam ipsi possunt feudum retinere, repudiata hereditate, sine onere aliquo hereditario, ut infra tit. an agnatus vel filius defuncti possit feudum retinere repudiata hereditate c. si contigerit (Feud. II, 45); et infra de capitaneo qui Curiam vendidit c. filius non potest (Feud. 2, 51 § 4).



<sup>1</sup> *Cod. om. potest.*



QUESTIONES  
IN SCHOLA BULGARI DISPUTATE

(EX COD. MS. VATICANO OTTOBONIANO SAEC. XIII. N. 1492)

CURANTE

FRIDERICO PATETTA

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

# QUESTIONS

## IN SCHOLA BULGARI DISPUTAT


IN THE UNIVERSITY OF BULGARIA

1911

EDUARDO PATETA

PRIMO





I



ITIUS pater pro filia sua, quam collocavit in uxorem filio Seii, convenit cum Seio nomine filii, et promisit ut haberet C. in dotem: que C. in dotem promissa, post dissolutum matrimonium intra decennium morte mariti filii Seii, a parte mulieris petuntur, quamquam <sup>1</sup> mortuo non esse soluta probari possunt. Severina, Titii iam mortui filia, petit que iam fuerant promissa in dotem, a quondam suo socero patre mariti iam mortui. Queritur, cum non possunt probari soluta sed tantum in dotem promissa, si possunt exigi.

Severina, Titii filia, repetit dotem a quondam socero: socer dicit se non teneri ad dotem reddendam, que non fuit sibi soluta, etsi conventa; nec scriptura nec conventio facit dotem, sed numeratio: et hoc asserente prima lege de non numerata pecunia <sup>2</sup> (C. 4, 30, 1). Severina ait dotem esse rem favorabilem et favore dotis legem non permittere socero vel marito, qui debuit dotem a patre mulieris vel ab alio promittente exigere, dotem non esse sibi solutam] dicere, si quidem non opposuit non <sup>3</sup> numerate dotis exceptionem, si scripsit <sup>4</sup> se accepisse,

I. *Quaest. dom. Bon. CLVIII. Huius capituli initium propter lacunam in cod. Vaticano desideratur. Quae igitur uncis inclusa sunt ex Quaest. dom. Bon. (P.) suppleri.* — <sup>1</sup> *Quaest.*: nam mortuo non esse soluta prob. pos. a filia Titii nomine Severina. Titii etc. — <sup>2</sup> *Lege de dote cauta et non numerata.* (C. 5. 15, 1). — <sup>3</sup> *V. nunc.* — <sup>4</sup> *P. scripserit.* — <sup>5</sup> *P. accionem.* — <sup>6</sup> *P. accepisset*

vel exceptionem <sup>5</sup> in factum si non se accepisse scripsit <sup>6</sup>, ad instar illius qui promisit pecuniam se redditurum quam non accepit (lex <sup>7</sup> C. de non numerata pecunia cum non ultra, 4, 30, 9); sic ille cui dos datur vel promittitur semper de ea reddenda per stipulationem <sup>8</sup> promittere mulieri vel eius heredi intelligitur. Socer dicit eum debere exceptionem non numerate dotis opponere <sup>9</sup> qui dotem se accepisse scripsit, vel exceptionem in factum qui <sup>10</sup> pecuniam expressim se redditurum promisit, sed hic dicit nec scripsisse se habere, nec per stipulationem dotem redditurum promisisse; ideo nec teneri <sup>11</sup> debere, cum illa lex <sup>12</sup> « rem in presenti » dicit debere intelligi subsecutam fore de dote reddenda <sup>13</sup> mulieri stipulationem, cum fuerit dos soluta marito a muliere vel pro ea ab alio. Item Severina nomine culpe socerum teneri <sup>14</sup> debere, qui non exegerit dotem, cum potuit exigere, lege <sup>15</sup> de pactis dotal. ad res donatas, que utitur his verbis: « si non petierit maritus tenebitur nomine huius culpe, si dotem exigere potuit » (D. 23, 4, 20). B. socerum non ad dotem reddendam, si in nulla deprehendatur culpa teneri. (b. veritate socerum tueri utilitate).

II

Sempronius <sup>16</sup> pepigit cum sorore ne nuberet sine suo consensu et stipulatus est penam C. si nupserit sine

scripserit. — <sup>7</sup> *P. om. lex... ultra.* — <sup>8</sup> *V. pro stipulatione.* — <sup>9</sup> *V. apponere In P. nonnulla exciderunt.* — <sup>10</sup> *P. quia.* — <sup>11</sup> *teneri P.: in V. litura est unius vocis.* — <sup>12</sup> *P. add. que incipit sic.* — <sup>13</sup> *V. dotem reddendam.* — <sup>14</sup> *P. deb. ten. qui dot. non exegit... lege.* — <sup>15</sup> *V. lex.* — II. *Quaest. dom. Bon. CXXXXVII.* — <sup>16</sup> *P. Titius.*

suo consensu <sup>1</sup>. Soror <sup>2</sup> non servato pacto sine consensu fratris nupsit Seio <sup>3</sup>: si inciderit in penam queritur <sup>4</sup>.

Frater penam a sorore petit per conditionem certi <sup>5</sup>, que competit ex omni contractu et <sup>6</sup> ex omni obligatione, ex qua certum debetur. Soror tali ratione et <sup>7</sup> lege utitur, que dicit matrimonia debere esse libera in contrahendo et in dissolvendo <sup>8</sup> nec ulla pena astringi posse (l. <sup>9</sup> II. C. de inutilibus stipulationibus, C. 8, 38, 2); nec interesse fratris ullomodo videtur, cum <sup>10</sup> nupsit idoneo viro, cum etiam si patrem absentem haberet, si interim nupsisset, pater reversus cogere ratum habere <sup>11</sup>.

Frater: non inspicitur cum quis stipulatur penam quid <sup>12</sup> intersit eius, sed que sit quantitas, queque conditio in conditione stipulationis posita. Item frater: quod lex dicit matrimonia esse libera nec astringi ulla pena, verum esse inter maritum <sup>13</sup> et uxorem. Soror: lex loquitur inter omnes generaliter personas <sup>14</sup>; non accipi tale pactum, utpote probrosum, id est contra bonos mores, nec stipulationes nec penam admitti, quia debet esse libera facultas matrimonium contrahendi, nec oportere transferre ad necessitates iuris: C. tit. de secundis nuptiis l. neque ab initio. (C. 5, 9, 2). Quod lex dicit, non interesse eius qui penam <sup>15</sup> stipulatur spectari, ita determinatum est, ut eius arbitrio qui promittit attendere quod in pacto devenit vel penam prestare debeat, quum <sup>16</sup> pactum etsi ius non adprobat tamen non reprobatur. Sed pactum quod matrimonium astringit reprobatur, quia interest rei publice mulierem <sup>17</sup> nubere et filios procreare, ut idoneis hominibus civitas repleatur. B. non deberi <sup>18</sup> penam a muliere.

### III

Quidam minor qui erat <sup>19</sup> XV annorum, ad ecclesiam se contulit et predia sua dedit: nunc, penitentia ductus, vult revocare donationem prediorum. Si possit facere queritur <sup>20</sup>.

Ecclesia dicit: Etsi ille sit minor, non potest revocare donationem <sup>21</sup>, quia non est lesus nec sui facilitate nec adversarii calliditate nec ipso iure, cum sit <sup>22</sup> usus iure communi, siquidem et hoc diligentis-

<sup>1</sup> P. sine consensu eius. — <sup>2</sup> P. om. soror. — <sup>3</sup> P. om. Seio. — <sup>4</sup> P. Quer. si in pen. incidit. — <sup>5</sup> P. certi conditione. — <sup>6</sup> P. om. ex o. c. et. — <sup>7</sup> P. om. rat. et. — <sup>8</sup> P. in dando et in solvendo esse libera. — <sup>9</sup> P. om. l. .... stip. — <sup>10</sup> P. fratris, si. — <sup>11</sup> P. cum etiam si patre abs. nups., eo reverso cogere ratum habere. V. cogere... haberi. — <sup>12</sup> V. pre eam, que. P. penam quod. — <sup>13</sup> P. intra virum. — <sup>14</sup> P. om. omnia, quae sequuntur usque ad v. pactum, quod matr. astr. — <sup>15</sup> V. eius per penam stipulat. — <sup>16</sup> V. quod: om. debeat. — <sup>17</sup> V. muliere. — <sup>18</sup> V. debere: P. debetur. — III. Quaest. dom. Bon. CLIX cfr. LXXXVIII. Quaest. 30 cod. Gratianopolitani 255, apud Haenel,

simus faceret. Minor <sup>23</sup>: Predia minorum non possunt alienari sine decreto, nec donari etiam cum decreto, nec dico me lesus sed ipso iure indemnum conservatum <sup>24</sup>, cum lex <sup>25</sup> prorsus alienationem maximeque donationem prohibeat. Defensor ecclesie ita: Ecclesia pluribus privilegiis redundat in acquirendo et in retinendo: facilius enim acquirit, cum solo pacto tantum habeat in venditione <sup>26</sup> rei quantum minores et ceteri <sup>27</sup> traditione rei, ut C. tit. de sacrosanctis ecclesiis l. ut inter divinum (C. 1, 2, 23) <sup>28</sup>: retinet <sup>29</sup>, cum non possit patrimonium ecclesie ullo iure in alium transferri, quod et ipsa ecclesia convenit illesum conservare <sup>30</sup>, ut C. de sacrosanctis l. generali. (C. 1, 2, 13) <sup>31</sup>. Sic potest videri plus iuris ecclesiam habere quam habeant <sup>32</sup> minores. Quod dictum est, minores posse restitui <sup>33</sup> illesosque conservari, adversos privatos verum est hoc dici. Lex item dicit <sup>34</sup> privilegium adversus privilegium non posse exerceri, ut minorem adversus minorem <sup>35</sup>, si non contra minorem, qui minus iuris habet; multo minus contra ecclesiam, que plus iuris habet. B. alienationem non valuisse, et minorem petere posse. Sed tamen hoc durum sibi videtur.

### III

Titius arbores, quas habebat in suo nemore, Seio donavit et consignavit. His consignatis, easque signavit <sup>36</sup> Seius: easdem arbores cecidit abduxitque Mevius, dum idem dominus, scilicet Titius, Mevio donavit arbores, quas vellet succidere in suo nemore.

Cuius sint hee arbores queritur: Seii, cui priori donavit Titius et consignavit, utque eas succideret precepit <sup>37</sup>, an Mevii, cui postea arbores, quas in suo nemore vellet, donavit. Seius, cui priori donate sunt et consignate, suas quasi ex consignatione sibi traditas dicit. Mevius respondet: donec arbores solo coherent sunt eius cuius est solum, cum sit impossibile arbores coherentes <sup>38</sup> solo traditas videri, cum sint eius cuius est solum. Si ergo eas mihi donatas, licet prius tibi donatas, cecidi, measque feci. B. Mevii arbores fore, cum eas domini voluntate ceciderit <sup>39</sup>.

Dissens. Domin. accessio III, § 9. — <sup>19</sup> P. erat minor. — <sup>20</sup> P. Quer. si possit. — <sup>21</sup> P. don. rev. non potest. — <sup>22</sup> P. amisit pro cum sit. — <sup>23</sup> P. Min. asserit.... alienari non posse. — <sup>24</sup> P. conservari. — <sup>25</sup> V. res. — <sup>26</sup> P. vendicatione. — <sup>27</sup> P. et cum. — <sup>28</sup> P. om. ut.... divinum. — <sup>29</sup> P. facilius ret. — <sup>30</sup> P. illesam: V. conservari. — <sup>31</sup> P. om. ut.... l. generali. — <sup>32</sup> P. habent. — <sup>33</sup> P. dicitur min. rest. id est. — <sup>34</sup> P. hoc ver. est, hoc dicit lex. Item dicit. — <sup>35</sup> P. om. nonnulla. — III. Quaest. dom. Bon. CLX. In V. extat rubrica margini adscripta: de arbore II. do. ab eodem antequam incidatur. — <sup>36</sup> P. signavit V. consignavit. — <sup>37</sup> Ita P.: V. utque cedere cepit eas. — <sup>38</sup> V. contrahentes. — <sup>39</sup> P. fore arb. cum eas vol. dom. cecidit.



V

Titius fundum petebat a Mevio in rem actione. Titius dubius litis eventus actionem suam remisit Mevio transactione in tali modo, ut Mevius heredem eum institueret sua morte. Mevius cum decessit aliis<sup>1</sup> hereditatem suam reliquit. Titius ad actionem pristinam redit et eam adversus heredem Mevii intendit, cum ille Mevius illum heredem non instituerit. Mevii heres respondet, non posse Titium nec hereditatem petere nec ad actionem redire, siquidem sibi debeat imputare quod probrosam ac turpem conditionem apposuit, que est ista, ut heres instituatur<sup>2</sup>: quod lex C. de transactionibus l. cum donationis seu (C. 2, 4, 34) evidenter ostendit non debere ad implendum promissum proprie hereditatis pollicitatione<sup>3</sup> astringi, cum et omnes alie leges prohibent pactum de futura successione, quod pactum est contra bonos mores. Titius dicit nullo modo posse impediri ad actionem suam redire, sive tenuerit de iure transactio, cum ille Mevius non adimpleverit quod convenerit, sive non tenuit transactio, impossibili conditione vel probrosa conditione apposita. Si enim tenuit transactio, lex C. de transactionibus sive ad acta (C. 2, 4, 28) permittit redire ad pristinam actionem; nec posse sibi opponi exceptio transactionis cum repellit eam per replicationem doli mali, quia, ut B. ait<sup>4</sup> non est equum fidem ei servari, qui nititur contra fidem versari. Siquidem fuit impossibilis conditio vel probrosa illa<sup>5</sup> fuit transactio: si nulla fuit propter iuris impossibilitatem, sive remisi, durat mea actio, sive etiam aliquid dedi, ut aliquid michi faceres, quod ius fieri prohibet, datur michi actio ad repetendum quod dedi, l. C. de conditione ob causam datorum cum ancillam (C. 4, 6, 6). Sic ergo, sive remisi vel dedi, admittor ad actionem. Quod dicis turpem ac inonestam conditionem non est verum, nam pacisci ut adulterium vel homicidium fiat est turpe, quod et inhonestum est: sed pacisci ut heres instituatur non est turpe, quippe ius quemquam non astringit<sup>6</sup> tali pacto, sed non prohibet si velit pactum servare. Fuit ergo in Seii<sup>7</sup> arbitrio, ut pactum tueretur, sic igitur nulla prohibet ratio quin duret mea actio. B. cum fuit in eius arbitrio eum heredem instituere posse, Titium admitti ad actionem, nulla obstante exceptione.

VI

Libras quinquaginta mandati actione<sup>8</sup> Titius petit a Mevio, quarum librarum nomine dum assereret non teneri Mevius, Titius duxit eum ad iudicem, scilicet<sup>9</sup>

V. *Quaest dom. Bon. CLXI.* — <sup>1</sup> P. aliis scilicet: V. alii s. — <sup>2</sup> *Caetera omnia desunt in P.* — <sup>3</sup> V. pollicitationem. — <sup>4</sup> V. om. ait. — <sup>5</sup> V. fu illa fuit. — <sup>6</sup> V. quid peius quequam non astringit. — <sup>7</sup> V. in suo Titii. — <sup>8</sup> V. add. et. — <sup>9</sup> V. idem. — <sup>10</sup> V. add. timens sententiam. — <sup>11</sup> V. transierit. — <sup>12</sup> V. add.

sacramento calumpnie facto. Confessus X Mevius fuit et reliquas negavit: reliquarum causa fere peracta et placitata, timore sententiae<sup>10</sup> uterque transegit<sup>11</sup> et ita Titius<sup>12</sup> Mevio promisit se discessurum a lite et amplius controversiam non moturum, nulle quantitatis facta mentione, Mevius Titio ob illam transactionem XX dare: postea ex intervallo modico Titius decem, que Mevius fuit confessus, petit a Mevio. Mevius exceptionem transactionis opponit, quia ille Titius sibi non amplius se moturum controversiam promisit. Titius respondet non debere intelligi transactionem fieri, nisi de quadraginta, unde erat controversia; de X unde confessus fuerat nulla erat controversia, et ait transactionem non posse fieri de re certa, nisi de re dubia et lite incerta; ac se dicit iuvari lege illa codicis de transactionibus age cum Geminiano (C. 2, 4, 3) que ostendit, de qua non apparuerit transactum, non impediri petere. Mevius legem illam determinat ita, quia dicit eam loqui cum nominatim est transactio facta super certa quantitate: hic vero non est quantitas nominata, sed generaliter super certum est transactio facta et sic se lege illa tueri ex causa transactionis C. de transactionibus (C. 2, 4, 24), que dicit se posse tueri si nichil amplius peti convenit.

B. cum non valeat transactio de re certa, eum teneri ad X prestanda asserit.

VII

Titius moriente patre iussu patris heredem se ex semisse<sup>13</sup> scripsit in testamento: in eo testamento alium filium pater heredem instituit ex triente.<sup>14</sup> Queritur si Titius debeat habere aliquod emolumentum qui se scripsit heredem in testamento, cum videatur incidisse in penam Senatusconsulti Liboniani, qui aufert totam hereditatem ei qui se scribit heredem.

Frater vult totam hereditatem retinere eo quod ille se scripsit<sup>15</sup> heredem. Titius dicit penam sibi remitti et hereditatem posse habere l. I. C. de Senatusconsulto Liboniano<sup>16</sup>.

B. si pater subscripsit in testamento, quod scripsit nichil sibi posse obesse, et hereditatem habere.

VIII

Titius homo potentior de episcopatu Ymole, dum multum illi civitati poterat obesse, que habebat cum bononiensibus guerram, cum ille Titius esset in verbis cum bononiensibus de prestando eis suo patrocinio, misit

et. — <sup>13</sup> V. exhibuisse. — <sup>14</sup> V. exiente. — <sup>15</sup> V. scribit. — <sup>16</sup> *Titulum de S. C. Liboniano frustra quaeres, sed auctor procul dubio intellexit t. de his qui sibi adscribunt in testamento (Cod. 9, 23).* — VIII. *In summa pagina extat rubrica t. de mandato.*



sum clientem scilicet Mevium Bononiam, qui conveniret <sup>1</sup> cum bononiensibus de certo salario sibi Titio prestando per unumquemque annum. Cliens scilicet Mevius cum bononiensibus nomine Titii domini sui convenit de XX marcis argenti prestandis Titio domino per unumquemque annum, quousque duraret facta conventio. <sup>2</sup> Mevius per unumquemque annum Bononiam ibat ac nomine Titii XX accipiebat: V celabat, XV Titio domino dabat. Postea re comperta, est questio si Mevius, nomine Titii <sup>3</sup> qui acceperat, mandati vel furti teneri debeat Titio.

Mevius negat teneri, quia fuit turpe mandatum et ex turpi mandato non nascitur actio. Titius eum debere mandati vel furti teneri dicit, nec turpe mandatum intercessisse, cum sit honestum super pecuniam pacisci: cum et si turpe esset, cum datum sit tantum sui contemplatione, nichilominus eum teneri debere; possessionem sibi quesitam et dominium per possessionem, domino hoc agente, licet illo malignante, veluti l. illa nichil prohibet C. tit. si quis sibi vel alii (C. 4, 50, 9).

Respondit B. Mevium teneri mandati et furti: quod minus prestiterit <sup>4</sup> per actionem mandati, prestet per actionem furti.

### VIII

Titius decessit relicto filio et filia, cui iam dotem dederat C., et ea dote esse contentam filiam dixit: cetera omnia filio reliquit. Eo mortuo, postea orto incendio, maior pars hereditatis periit. Filia, cum pater debuit eam vel heredem instituisse vel exheredasse, quod non <sup>5</sup> fecit, semissem a fratre omnium bonorum, que erant tempore mortis patris, petit; vel si testamentum valet, <sup>6</sup> quoniam <sup>7</sup> non habet legitimam, omnium bonorum nomine, que tempore patris mortis erant, repletionem, idest quod minus habet legitima postulat a fratre vel a fratris filio sibi fieri. Frater dicit testamentum valere, patremque eam filiam instituisse heredem, cum eius mentionem fecit dicens eam dote fore contentam <sup>8</sup> relinquens michi cetera filio. Iure facta hec institutio l. illa C. de testamentis, quoniam indignitas ob inanem observationem iudicia mortuorum irrita <sup>9</sup> fieri (C. 6, 23, 15); nec inspicitur quibus verbis <sup>10</sup> fuerit usus, si quibuslibet inditiis possit voluntas patris deprehendi. Filia nullum fuisse testamentum ostendit, cum iuri pater non satisfacit <sup>11</sup> nichil relinquens iure institutionis, quia ut <sup>12</sup> testamentum valeat, oportet patrem saltem ex re minima instituere heredem. Tunc enim filius vel filia, si minus

<sup>1</sup> V. cum veniret. — <sup>2</sup> V. conventione. — <sup>3</sup> V. si nomine Titius. — <sup>4</sup> V. prestiterit. — <sup>5</sup> V. quod cum non. — <sup>6</sup> V. quod nunc habet: om. valet. — <sup>7</sup> V. quod. — <sup>8</sup> V. dotem... contenta. — <sup>9</sup> V. mortuo perirrita. — <sup>10</sup> V. quibuscumque: om. verbis. — <sup>11</sup> V. satisfacisse. — <sup>12</sup> V. in. — <sup>13</sup> V. a se. — <sup>14</sup> V. debeat. — <sup>15</sup> V. reorum. —

habet legitima, potest agere de supletione. Frater: Etsi testamentum non valet, non debere teneri eorum nomine que perierunt, siquidem iure ex asse <sup>13</sup> se putabat heredem. Ille, qui se putat heredem, cum sit bone fidei possessor non debet <sup>14</sup> teneri, nisi quatenus est locupletior, nec debet prestare fatalitatem. Idem frater: Si testamentum valet, de repletionem, amissorum nomine, non debere teneri: qui tenetur in specie, interitu speciei liberatur. Filia: Si testamentum valet, fratrem dicit teneri omnium nomine de repletionem conditione ex lege; nec potest liberari frater interitu rerum <sup>15</sup> cum personaliter sit obligatus, quia incendium debitorem non exiit ere alieno.

B. respondit nullum fore testamentum, cum filiam ex dote <sup>16</sup> saltem non instituit heredem; ac filiam hereditatis semissem, eorum que nunc sunt neque perierunt posse petere. Item B. si testamentum valeret, tantummodo eorum, que nunc <sup>17</sup> sunt, non que fortuito perierunt, repletionem posse exigere.

### X

Negotii difinitio. Difinitio huius negotii non est difficilis inter fratres mergentis duos ex una parte ex primo matrimonio et ex secundo tres. Pater omnes heredes instituit equaliter, et ex primo matrimonio filios, ne bona materna peterent, honeravit; qui, cum hereditati patris immiscuerunt, voluntati testatoris obedire nolunt, sed bona materna a fratribus coheredibus exigunt. Fratres ex secundo matrimonio dicunt, postquam se paterne hereditati immiscuerunt, obstante exceptione, cum potius auctores debent laudari, ad actionem non debere admitti. Fratres ex primo matrimonio, etsi obitiatur eis exceptio, saltem non posse eis obstare exceptionem ostendunt quousque patitur modus falcidie, cum debeant eam habere sine honore. B. repelli usque ad falcidiam posse, sed ultra minime: l. de iure dotium in C. cum patrem (C. 5, 12, 19).

### XI

Huius negotii erit difinitio talis inter Stichum et Titium mergentis: Stichus furto Titii equum subripuit, quem postea servo Titii reddidit, Titio domino ignorante: cum apud servum antequam ad dominum venisset equus periit, Stichus interitu speciei se liberatum dicit post oblationem rei, quia, cum servo <sup>18</sup> reddidit, domino reddidisse videtur, cum quod per servum acquiritur domino

<sup>16</sup> V. dotem. — <sup>17</sup> V. non. — X. — *Extat rubr. margini adscripta:* Si filii primi matrimonii honerati ne bona matris petant, hereditati patris se immisceant, *Haec quaestio denuo extat in V. post quaest. XXX.* — XI. *Extat rubrica margini adscripta:* Si fur rem restituat servo domini ignorantis. — <sup>18</sup> V. servus.



adquiritur. Itaque possessio ad dominum reversa videtur et potest usucapi, utpote purgato<sup>1</sup> vitio rei. Dominus: Non videtur reversa in sua potestate etsi seruo sit reddita, quia qui alii solvit, quam cui debeat, non se liberat. B. furem adhuc conditione furtiva teneri: de usurpationibus et usucapionibus D. I. sequitur §<sup>2</sup> Labeo quoque ait (D. 41, 3, 4 § 7).

XII

Titius, ad regem Africe iturus pro suo petendo debito, quamplurimum hominum operas conduxit, qui ut ibi starent per octo dies convenit. Galea, que navigaverat ibi, idest in portu Africe, delata, Titius ivit ad curtem regis et suum debitum petiit: interim, dum stabat ibi Titius, venerunt Saraceni, qui in galea ceperunt lapides eicere et arcu sagittas ferreas immittere; illius galee hominibus perterritis, inde aliquantulum recesserunt. Hoc facto ad regem pervento, ne plus fieret precepit<sup>3</sup> ac Titius ad galeam pervenit hominibusque, quos in galea conduxerat, ut in portu starent et sine metu dixit, utque<sup>4</sup> rex sibi bene promiserat. Cum ab illis Titius recesserat et ad curtem pervenerat, nec rex ille expensas ita dabat ut erat solitus, ac Saraceni supra portum multotiens quasi<sup>5</sup> terrendo eos astabant, homines cum galea non expectato domino scilicet Titio, metu Saracenorum ac sibi victus deficiendi occasione, abierunt domumque pervenerunt; ibique Titio derelicto, nichil exegit. Nunc queritur si teneantur Titio ex conducto et ex convento<sup>6</sup> ad interesse circa rem prestandum atque ad preter rem interesse. Titius, qui conduxit eorum operas, ex conducto quemdam ex eis convenit ac interesse totum ab illo exigit, sive circa rem vel preter rem intersit eius, non servata lege conventionis. Illi, scilicet locatores, se defendunt: Si nichil dolo vel culpa lata et levi commisimus, nulla est causa, qua debeamus teneri; quod enim recessimus fuit fortuitus casus, qui in iudiciis bone fidei non prestatur.<sup>7</sup> Siquidem persecutio Saracenorum instabat ac victus nobis deficiebat, iuste ac sine pena recessimus, cum quis diligentissimus hoc fecisset. Titius: A culpa vacui non estis, partim quia rex preceperat ne vos offenderent Saraceni, nec victus vobis deficiebat, quia rex semper mittebat, cum, et si erat quod iuste timebatis, inde recessisse poteratis paulisper; partim quia prius, etsi omnia aderant que dicitis, denuntiasset mihi debuistis, ad instar illius legis de locato in D. que dicit domino debere denuntiare colonum, si viderit armatos ad se venire, antequam fugiat, si potest (D. 19, 2, 13 § 7). B. respondit: Circa

<sup>1</sup> V. purgatio. — <sup>2</sup> V. parag. — XII. *Extat rubrica margini adscripta*: Si locator operas sustraxerit. — <sup>3</sup> V. fieri cepit. — <sup>4</sup> V. atque. — <sup>5</sup> V. quia. — <sup>6</sup> V. commodo. — <sup>7</sup> V. patrat. — <sup>8</sup> V. si pro se possint... — XIII. *Ex rubrica, quae margini adscripta erat, extant*

expensas, quas Titius fecit, eos pro parte teneri. Item emergit alia questio, quia dicunt convenisse cum Titio, ut eis quando velint reverti liceret et pro se posse<sup>8</sup> dare testes de hominibus in galea conductis. B. respondit: Cum videatur fere una et eadem causa, non facile eos admitti, nisi aliunde esset iusta presumptio.

XIII

Mevius collocavit suam filiam in matrimonio Seio, qui habuerat filios ex alia iam mortua uxore, cui nomine dotis pro filia numeravit pecuniam: ex illa pecunia lucratus est Seius multa, et cum mors imminerebat<sup>9</sup> ei ex proximo, omne lucrum, quod scilicet ex dotali pecunia obvenerat, inter filios tam primi quam secundi matrimonii pro virili portione reliquit.<sup>10</sup> Quid iuris sit queritur.

Cum uxor, seu filia Mevii, omne quod ex dotali pecunia obvenit tale effici dicit, ex priore uxore filii quod patri<sup>11</sup> ex dotali pecunia obvenit non fuisse dotale dicunt,<sup>12</sup> et omne lucrum patris fuisse, cum omnes fructus dotis ad maritum pertineant, dicunt, et quod patri queratur ostendunt l. illa si ex dotali pecunia<sup>13</sup> C. tit. de iure dotium (C. 5, 12, 12). Contra hoc illa respondet et dotale fieri, quod maritus ex illa pecunia adquisierit, dicit hac ratione et lege: res ex dotali pecunia quesite dotales esse videntur Digestis de iure dotium, nec sibi obesse legem Codicis dicit, que ita loquitur: « marito queri actionem non uxori »<sup>14</sup> nec removet quin sit dotale. B. decidit si convenerit inter maritum et uxorem; quod maritus ex dotali pecunia quesierit uxoris sit, tunc erit dotale et actione dotis poterit petere: si non convenit, mariti esse nec ab uxore peti posse.

XIII

Seia, marito mortuo, cui dotem dederat et donationem propter nuptias ab eodem acceperat, cum filio suo stabat; quo postea defuncto, permansit ipsa in filii hereditate, accepitque a filii debitoribus debita. Deinde filii creditores<sup>15</sup> emergunt et eam pro herede convenire volunt: an possit conveniri pro herede queritur.

Seia non esse heredem, cum suscipiende hereditatis non habuerit animum, dicit. Creditores eam heredem ex iusta presumptione, cui stabitur nisi contrarium aprobeatur, aiunt. Siquidem lex dicit in Inst. tit. de heredum qualitate et differentia (I. 2, 19), fere in fine tit.: sive extraneus ex testamento vocatus sive ab intestato quislibet alius, eum heredem effici si utatur rebus hereditariis tamquam heres, vendendo locando et predia colendo: et

*tantum verba*: pertineat ad filios. — <sup>9</sup> V. eminebat. — <sup>10</sup> V. reliquerat. — <sup>11</sup> V. pater. — <sup>12</sup> V. d. — <sup>13</sup> *Initium legis hic laud. est*: Ex pecunia dotali etc. — <sup>14</sup> *Verba legis sunt*: cum neque maritus uxori actionem empti possit adquirere... — <sup>15</sup> V. creditoribus.

prima lex C. tit. de repudianda hereditate (C. 6, 31, 1) nisi liquido fuerit probatum ex aliqua iusta causa stetisse in domo defuncti, eum esse heredem. Seia hanc esse iustam causam alegat quare in hereditate stabat, quia habebat res hereditarias pignori obligatas, et eas custodiebat. R. eam teneri cum testato<sup>1</sup> ob quod staret non dixerit.

XV

Item Seia servos duos vendendos Titio mandavit, qui suscepto mandato et servis venditis, accepta pecunia, ut puta X quam in arca habebat, decessit. Cum apareat non solvendo, queritur que habeatur potior,<sup>2</sup> Seia an Titii uxor. Seia ad pecuniam petendam actionem in rem proponit, quia dicit sibi possessionem per procuratorem quesitam et per possessionem dominium. Uxor defuncti respondet nec possessionem ei quesitam nec per possessionem dominium, quia Titius non contraxit nomine Seie sed potius suo nomine. Seia: hoc debere intelligi ut suo nomine, scilicet Seie, servos vendiderit et pecuniam acceperit, cum in dubiis que vitio carent sunt potiora habenda. Respondit in actione in rem esse<sup>3</sup> preponendam. Item Seia in actione mandati dicit se preponendam, cum illa pecunia, si Titius amisisset, suo periculo, scilicet Seie, foret, quia qui tenetur in specie interitu speciei<sup>4</sup> liberatur. Titii uxor eum non teneri in specie nec liberari interitu rei, cum fecit suam pecuniam accipiendo suo nomine; nec in actione mandati, que est incerta, eum teneri precise<sup>5</sup> ad rem, si velit interesse prestare.

XVI

Titius rogavit Mevium ad emendum involucrum: cum mercatum non potuit explicari recessit uterque: paulo post Titius rediit et solus<sup>6</sup> involucrum emit. Mevius, ignarus an Titius emerit, postea venit et mercatorem interrogavit, qui cum respondisset nescire, aliud nomine Titii priori simile emit. An teneatur Titius actione negotiorum gestorum ad recipiendum involucrum et ad pretium restituendum queritur. Mevius Titium sibi dicit teneri, cum eius nomine gessit, ad instar illius legis in D. (3, 5, 32) de negotiis gestis si fideiussor imperitia lapsus susceperit pignora a creditore tam pro eo contractu, pro quo intercessit, quam pro eo, qui eius personam non attingebat, pecuniam solverit, que lex fideiussorem actionem negotiorum gestorum dicit habere. Titius: quia ibi fuit suum negotium utiliter gestum, hic non utiliter, ideo non cogitur habere ratum cum alias non debet cogi, quam si fuerit utiliter ceptum. Resp. non teneri Titium.

<sup>1</sup> Statim? — <sup>2</sup> V. portio. — <sup>3</sup> V. om. esse. — <sup>4</sup> V. spei. — <sup>5</sup> V. precisisse. — <sup>6</sup> V. solum. — <sup>7</sup> V. vel in cond. si non indebiti. — <sup>8</sup> Hanc vocem non inveni: cfr. Du Cange, V. forellus, forrellus. — <sup>9</sup> V. res esse dicitur. — <sup>10</sup> V. nullo. — <sup>11</sup> V.

Item Mevius, actione de dolo proposita, si dolo venditor fecit, vel conditione sine causa vel conditione indebiti, si non<sup>7</sup>, cum mercatore agit et pretium, quod dedit, repetit dicens nullum fuisse contractum, sive dolo fecit mercator, sciens se forseltum<sup>8</sup> iam vendidisse Titio, cuius nomine errore ductus hoc emit, sive non intercessit dolus sed tantum utriusque error, quia qui errat non consentit. Mercator dicit se nichil dolo fecisse, contractum et valuisse, cum in venditione magis consensus quam error intercessit. Nam in corpore rei ac pretio consensimus, nec de personis dissensimus, cum ego intellexi vendere atque tu cogitasti emere. Mevius: sicut res certa esse debet<sup>9</sup> que venit et quo veniat pretio, ita cui res veniat debet esse persona certa; cum ergo de persona dissensimus nullus,<sup>10</sup> de iure fuit contractus: siquidem debet constare de persona, ut teneat contractus de iure.

B. mercatorem teneri ad restitutionem pretii, reque sibi reddita, quam destinavit vendere.

XVII

Titius exheredavit filiam, cui res donaverat: scriptus ab eo<sup>11</sup> heres eas res petit a filia: queritur, si possit eas res petere a filia.

B. respondit posse petere eas heredem a filia.

XVIII

Titius filiam minorem<sup>12</sup> XII annis in matrimonium collocavit Seio nec post ea consensit; <sup>13</sup> queritur si sit matrimonium ac si dos repeti possit.

B. resp. nec matrimonium esse et dotem repeti posse.

XVIII

Titius solitariam vitam elegit secum quibusdam rebus delatis, aliis apud fratrem derelictis: deinde cum frater obisset,<sup>14</sup> alium<sup>15</sup> heredem in testamento reliquit et cum omnibus rebus,<sup>16</sup> quas possidebat mortis tempore, eum ordinavit, et nec ille clericus aliquid dixit. Queritur, si tunc velit ipse clericus petere partem suam, an sit admittendus.

B. respondit eum admitti, cum etiam si ut testis subscripserit, non sibi obesse poterit.

XX

Diffinitio negotiorum B. Titius sancti Andree monasterio, dicens se velle monachum fieri, fundum seianum donavit: postea, penitentia ductus, se ad aliam ecclesiam

om. eo. — <sup>12</sup> V. in mortem. — <sup>13</sup> V. p' ea' sensit. — <sup>14</sup> V. abisset. — <sup>15</sup> V. eum. — <sup>16</sup> V. cum omnes res. — XX. *Extat rubrica margini adscripta*: Si quod uni ecclesie donavi, alteri postea dedero.



contulit et omnes res suas vel easdem donavit. Est enim questio si priori ecclesie competat utilis in rem actio et cum effectu possit petere a secunda ecclesia.

Cui questioni B. ita respondit ut prima donatio sit firma, secunda vero infirma: sic a secunda ecclesia auferenda et priori tribuenda.

XXI

Idem Titius debitor Seii X ei debebat: paratus solvere, Seii iussu cuidam electori, ut sibi eligeret dedit. Pecunie medietate iam electa, orto ibi magno incendio, omnes recesserunt, tota ibidem pecunia perdita. Questio est cuius sit periculum, pecunia nondum accepta, debitoris vel creditoris <sup>1</sup>.

Cui questioni B. sic respondit, ut pecunie electe sit periculum creditoris, debitoris vero pecunie nondum approbate.

Item supervenit alia questio; si falsos denarios elector <sup>2</sup> elegit, cui fide ambo debitor et creditor habuerunt, quis debeat teneri, an debitor vel elector <sup>3</sup>.

B. resp. utrumque debere teneri: non est enim debitor liberatus, licet ignorans, qui falsam <sup>4</sup> pecuniam solvit: elector, qui malos elegit, mandati actione tenetur, sive dolo fecerit, sive culpa: culpa enim admititur <sup>5</sup> imperitia.

XXII

Titius mutuam pecuniam dedit Seio tali modo, ut si die sancti Michaelis pecuniam non redderet, ei penam dupli daret, et stipulatus est. Non representavit pecuniam termino statuto: si Titius possit penam exigere est questio, quia debitor dicit eum videri stipulatum penam dupli in fraudem legitimarum usurarum.

Creditor respondet: stipulatus pecunia pro usuris verum esset, quod ultra legitimas usuras non posset penam exigere, set quia non est stipulatus penam pro usuris, sed simpliciter penam, potest eam petere. B. difinit sic, posse eam peti si certa conventionione stipulatus est penam dupli, sciens et hoc exprimens, penam pro usuris ultra legitimas usuras non posse stipulari.

XXIII

Titius, qui operas suas locaverat Seio in perpetuo, cum ex nemore veniret cum equo forte lignis onerato retro veniens ut erat solitus, equum transiens per locum, ubi erat negotiatorum oleum, somate tetigit et in terram sparsit et sic dampnum dedit. Negotiatores dampnum

aiunt ab ipso sibi resarciri debere, cum ipse videatur in culpa lata vel levi vel saltim levissima. Titius ille respondet. Non debeo teneri cum est aliquid quod tibi possit imputari, ut in tonsore qui in loco periculoso radebat.

B. resp. Titium debere teneri.

Titius, quasi ira commotus, dictas operas suas denegat domino, cui locaverat in perpetuo. Dominus dicit eum teneri, ut ei exhibeat operas ex locatione debitas. Titius dicit locationem factam in perpetuo non valere, cum non sit asimilis servitute, nec bona fides patitur conventionem naturali rationi <sup>6</sup> contrariam valere.

B. respondit ut exhibeat operas ille Titius nullo modo teneri, cum illa locatio fuit contra leges.

XXIII

Titius vendidit fundum et arborem ibi natam exceptit ut eam haberet ad bona habenda: postea vero arbor periit excisaque fuit: dehinc radix emisit cespitem <sup>7</sup> et arborem effecit, que fructus, ut altera que fuit succisa, emittit. Queritur cuius sit arbor vel emptoris vel venditoris, vel si tamen ususfructus sit venditoris.

Venditor: quia dixit legem sue rei imposuisse et eam servandam esse, cum unicuique liceat legem sue rei imponere; et alio argumento arborem suam asserit, quia radix emisit; ut si quis superedificaverit super fundamento alterius, illius est superedificatum, cuius erat fundamentum. Emptor resistit ita: Lex que non continet <sup>8</sup> impossibilem cogitasti: non est illa servanda hac ratione quia quicquid inseritur quicquid seminatur quicquid plantatur quicquid edificatur solo cedit <sup>9</sup>; ergo arbor, que ibi nata est, solo cedit nec usumfructum potes habere, scilicet mutata <sup>10</sup> specie arboris interemptione. B.: cum venditor exceperit causam impossibilem nec dolo quid expresserit <sup>11</sup> dixerit, arborem nec potest petere: nec usumfructum, si exceptit, re mutata deberi <sup>12</sup>.

XXV

Titius accepit mutuam pecuniam a Seio cui Seio rem suam pignori dedit, ut, si certo die ei pecuniam non solvisset, pignus suum esset et faceret quicquid vellet. Die preterito, Seius petiit pecuniam, cum pignus non sit tanti quanti est debitum. Titius dicit se non debere pecuniam, si dedit <sup>13</sup> pignus ut sit in solutum, per conditionem illam, qua convenerunt, ut, si debitum non esset solutum sua die, pignus creditoris foret.

B. resp. Titium teneri ad solvendum debitum, cum non sit in eius potestate lex commissoria <sup>14</sup>, que nullo modo valet, lege eam improbante <sup>15</sup>.

XXI. *Estat rubrica margini adscripta*: Cui pereat pecunia perdita cum eligeretur. — <sup>1</sup> V. contraditoris. — <sup>2</sup> V. elegor. — <sup>3</sup> V. creditor. — <sup>4</sup> V. iam. — <sup>5</sup> V. ut videtur, amiat. — XXII. *Estat rubrica margini adscripta*: De pena in fraude usurarum promissa. — <sup>6</sup> V. orationi. — <sup>7</sup> V. cestipitem. — <sup>8</sup> *Quaedam cor-*

*rupta esse videntur.* — <sup>9</sup> V. ceditur. — <sup>10</sup> V. veluti mutatam. — <sup>11</sup> Expressim? — <sup>12</sup> V. debere. — XXV. *Estat rubrica margini adscripta*. Si in pignore sit lex commissoria — <sup>13</sup> V. pec. sive vel pignus ut sit insolutum. — <sup>14</sup> V. convictio. — <sup>15</sup> V. improbare. *Cfr. Cod. 8, 34.*

## XXVI

Servus Titii emit equum sciens morbosum a Seio: Titius, dominus servi, equum propter morbum vult redere. Seius ait equum in causa redibitionis non fore propter scientiam servi: quid iuris sit, queritur. B. equum in causa redibitionis non<sup>1</sup> fore, si servus pecunia domini sui nomine emerit, sive nomine domini sine mandato, vel mandato tunc, cum dominus incertum mandavit emendum, quia tunc scientia servi domino prestat. Si enim certum mandavit emendum, fore<sup>2</sup>, quia tunc scientia domini tantum, non servi spectatur.

## XXVII

Titius exigebat centum a Mevio ante arbitrum, quibus compromiserunt in arbitro, certa pena promissa. Re hinc inde processa, Titius sacramentum calumpnie prestitit, Mevius vero sacramentum calumpnie facere recusavit, nec causa, sacramento calumpnie<sup>3</sup> recusato, ulterius processit. Juris est questio, si possit Mevius conveniri ad penam ac iterum centum possint exigi ab ipso et habeatur pro confesso<sup>4</sup> ex recusatione sacramenti, cum lex dicit eum haberi pro confesso, qui facere sacramentum calumpnie recusavit. Titius penam a Mevio exigit, cum non paruit dicende sententie arbitri, ac eum pro confesso haberi et se ab onere probationis exoneratum ad centum petenda dicit. Mevius nec penam exigi posse nec pro confesso haberi asserit; siquidem arbiter nichilominus ferre<sup>5</sup> sententiam potuit cum lex dicit, ut liceat iudici si sacramentum reus recusaverit, sententiam ferre, prout qualitas rei tulert. Item reum haberi pro confesso lex dicit ante iudicem ordinarium, non autem apud arbitrum, cum compromissum nullatenus valeat, nisi quantum ad penam, ut, si velit arbitro non parere<sup>6</sup>, nullam aliam penam meretur vel patitur nisi quod ad penam<sup>7</sup>.

## XXVIII

Titius et Mevius societatem contraxerunt, posueruntque in societate Titius C. et Mevius C.<sup>8</sup> Dum simul proficiscerent ad merces emendas in predonem inciderunt, qui omnia abstulit, et fugit<sup>9</sup>. Titius paulo post ad predonem pervenit et quod eum depredaverat ac sotium conqueri cepit. Predo ait quod non istius odio sed sotii fecit, ac partem sibi contingentem rerum omnium reddidit, vel extimationem. Est enim magna questio, si

Titius teneri debeat sotio, qui partem totius recuperate pecunie petit actione pro sotio vel extimationem<sup>10</sup>. Titius denegat teneri pro sotio l. D. in tit. deponi super vacuum cum non debeat penas industrie luere, et in D. tit. pro sotio l. si Titius (D. 17, 2, 62); et aliis quampluribus. Alter sotius, scilicet Mevius, eum teneri omnimodo asserit l. III in D. tit. pro socio § cum tres sotii<sup>11</sup>: siquidem contineat societas quodammodo ius fraternitatis (Dig. 17, 2, 63 pr.); et distinguit, interesse an sit contracta societas an inciderit in ea, quia si sit contracta omnino tenetur sotius<sup>12</sup> ad prestandas operas: si ergo exegit sotius, ad partem prestandam tenetur. Adhuc defendit se Titius nec operarum nomine neque pro sotio teneri, cum potius sui contemplatione quam societatis hoc egit, nec distinguitur sive exegerit a sotio sive ab extraneo. Quod lex in illo paragrapho dicit « cum tres » sotium teneri altero, verum est cum exegerat ab altero sotio, qui erat minus solvendo, quoniam plus exegisse videtur sua parte.

B. si eandem pecuniam<sup>13</sup> exegit, teneri, si extimationem nequaquam.

## XXVIII

In scolis B. tale negotium aparuit. Mevius ad iudicem Titium minorem XXV annis vocavit in rem actione pulsaturus. Cum noluit venire Titius, iudex misit Mevium<sup>14</sup> in possessionem; Titius, transacto sexto vigesimo anno, cum Mevio ut exeat de possessione iure restitutionis in integrum vel interdicto uti possidetis concedit, quia dicit se possidere, et si lesus est in minori etate, infra quadrigennum restitui debere.

Mevius ait Titium non debere restitui, quia iudici parere<sup>15</sup> noluit et se in possessionem missum a iudice, quasi illo contumace; cum non debeat subveniri minorum calliditati sed facilitati, quia dolose egit quod ad iudicem non venit. Idem uti possidetis non posse iuvare, quia se infra annum offerre debuit<sup>16</sup> l. C. de prescriptione XXX annorum si quis emptionis (C. 7, 39, 8) et cautionem de suscipienda lite prestare: quod cum non<sup>17</sup> fecit, possessor esse desinit et petitor efficitur de possessione. Titius pro contumace non haberi dicit<sup>18</sup> quia ad iudicem<sup>19</sup> non venit, quia non habet legitimam personam in iudicio standi in minori etate. Idem adhuc possessorem se dicit nec quod infra annum se non presentavit tamen<sup>20</sup> possessionem amisit; quod illa lex Codicis (C. 7, 39, 8) dicit dominum possessionem non recuperare oblata cautione; ita exaudi debet possessionem recuperare hoc dominus potest id

XXVI. *Estat rubrica margini adscripta*: Si servus sciens morbosum emerit. — <sup>1</sup> V. om. non. — <sup>2</sup> V. non fore. — XXVII. *Estat rubrica margini adscripta*: Si qui recuset sacramentum ca. — <sup>3</sup> V. add. arbitrum. — <sup>4</sup> V. concessio. — <sup>5</sup> V. fere. — <sup>6</sup> V. patrem. — <sup>7</sup> *Cetera desunt.* — XXVIII. *Ex rubrica margini olim adscripta haec tantum supersunt*: Sotius partem recu-

peravit. — <sup>8</sup> V. om. C. — <sup>9</sup> V. fugierunt. — <sup>10</sup> V. estimatoris. — <sup>11</sup> *Legis* l. LXIII (vol Verum) § Si cum tres socii. *Dig.* 17, 63 § 5. — <sup>12</sup> V. tenet sotium. — <sup>13</sup> V. eadem pena.... extimatione. — <sup>14</sup> V. Mevius misit iudicem. — <sup>15</sup> *Cod.* pare. — <sup>16</sup> V. om. debuit. — <sup>17</sup> V. om. non. — <sup>18</sup> V. om. dicit. — <sup>19</sup> V. ad invicendum. —



efficere, ut ille, qui est in possessione, exeat de possessione, oblata cautione: quod si infra annum non venit, non ideo possessionem amisit, cum adversarius non est iussus possidere ex secundo decreto: sic ait debere vincere in uti possidetis interdicto. Mevius respondet: Licet minor non habet legitimam personam in petitorio iudicio, habet tamen in possessorio, cum possessorium potest tractari per quamcumque personam; si ergo Titius ad iudicium non venit, iuste mitti debuit in possessionem, nec igitur debuit restitui. Item idem. Quia Titius in annum non venit, possessionem amisit his duabus causis, quia missus in possessione fuit, nec ille Titius infra annum se obtulit: sic quasi ex suo facto possessionem amisit, quod infra annum cautionem non prestitit.

B. Si Mevius est iussus possidere ex secundo decreto, post annum Titius possessionem amisit; sin autem minime.

## XXX

In tali negotio non est difficilis diffinitio. Mevia accepit X a Titio, ob que X promisit vel dixit se daturam vel redituram omnia bona Titio post mortem suam. Que postea maritum accepit et tempore mortis instituit heredem. Titius omnia bona mulieris actione ex stipulatu ab herede petit, si stipulatio intercessit, vel prescriptis verbis si non intercessit stipulatio, vel, si his actionibus non posset obtinere, conditionem ob causam datorum ad X repetenda proponit. Heres Mevie alegat pactum turpe et contra bonos mores fuisse, quia sive dixit se dare omnia bona sua post mortem sive relinquere, pactum fuit de futura successione, quod est improbatum a lege, nec sic ex stipulatu nec prescriptis verbis actio tenet. Titius his rationibus utitur pactum legitimum fore probare, sive <sup>1</sup> dixit tantum dare sive relinquere et dare. Siquidem tale pactum est receptum in dote, ut si pater nomine filie post mortem suam omnia bona sua promisit in dotem, tenet dos post mortem patris et actio de dote. Sic igitur tale pactum recipitur dare omnia bona sua post mortem, quia sicuti quisque potest dare omnia bona sua ante mortem, sic et dationem differre post mortem: si <sup>2</sup> dixit relinquere et dare nichil obest, quia in contractibus, si sunt ibi quedam ambigua verba, ita debent accipi ut in tuto sit contractus et teneat. Quod declarat lex illa de obligatione verborum quotiens in stipulationibus (D. 45, 1, 80); non ergo nocet si dixit relinquere, cum et aposuit dare, quia quod est sine vitio non vertitur per illud quod est vitiosum. Vitiosum est relinquere: sine vitio est dare.

XXX. Post hanc quaest. in V. denuo extant eae, quas num. X et XI insignitas superius edidimus. — <sup>1</sup> V. si non. — <sup>2</sup> V. om. si. — <sup>3</sup> Locus corruptus: V. om. si... promisit... esse et pro Mevia habet Meviam, pro stipulantem, stipulationem. — <sup>4</sup> V. in t. in ff.

Heres, quod pater omnia bona sua potest dare in dotem post mortem, ait non esse argumentum, quia favore dotis dictum est, et cogitur pater dotare filiam, nec interest quomodo bona patris proveniant ad filiam. Item: sive dixit dare tantum, sive relinquere, intellexit eum heredem facere, nec enim verba sed intellectum verborum debemus inspicere. Quod dictum est, verba viciosa non vitiare contractum, verum est cum sunt discreta: hic non sunt discreta set coniuncta. B. teneri heredem dixit si <sup>3</sup> Mevia dare promisit: si dare et relinquere pactum inutile esse, cum obscurum pactum debeat interpretari contra stipulantem, qui habuit in potestate legem apertius dicere, ut est in tit. D. <sup>4</sup> de obligationibus verborum (D. 45, 1). Titius: Nulla turpitudine interfuit, quia non est turpe heredem instituire, licet non admittatur pactum a lege: nec potest dici pactum reprobatum, sed non est aprobatum; immo non impedit petere. Ad quod probandum utitur tali argumento, quia potest repetere quod dederit militi ob procuracionem l. si militem <sup>5</sup> tit. C. de conditione ob causam datorum (C. 4, 6, 5).

B. heredem ad X teneri.

## XXXI

Seius et Mevius compromiserunt in arbitrum simpliciter datis ei pignoribus, si eius non starent sententiae. Seius, data sententia, non vult parere sententiae. Nunc queritur quid iuris sit, si arbiter vult sibi pignora habere, quod ille non vult sententiae stare.

Mevius, ad similitudinem sponsoris, ad restitutionem pignorum actione prescriptis verbis convenit arbitrum, quoniam debet ea restituere victori, ut in D. de prescriptis verbis l. si gratuitam § si quis sponsionis (D. 19, 5, 17 § 5). Arbiter dicit ad reddenda pignora victori non teneri, siquidem nullum intercessit pactum, ut eam rem restitueret si non pareatur sententiae: quod dicit qui se sponsoribus comisit <sup>6</sup> actione prescriptis verbis teneri, ita debet exaudiri, si convenit de prestando victori, ut in tit. de arbitris <sup>7</sup> ostenditur, l. litigatores § quod ait pretor (D. 4, 8, 11 § 2). Si vero <sup>8</sup> non eo pacto res sunt depositae apud arbitrum, ut restituantur victori, non tenetur arbiter, ut ei rem prestat qui vicerit. Mevius ait arbitrum teneri ut pignora restituat victori, quia tacite vel expresse <sup>9</sup> hic agitur inter litigatores et arbitrum, ut, si non stetur sententiae, pignora restituantur victori, eodem modo, quo <sup>10</sup> comittuntur, cumque hoc quod inter contrahentes agitur pro cauto habendum est, ut in D. si certum petetur l. cum quid (D. 12, 1, 3). Item

— <sup>5</sup> V. similiter. — XXXI. — <sup>6</sup> Locus corruptus: intellige: qui sponsionis causa accepit, vel: quod dicit § si quis sponsionis causa. — <sup>7</sup> Leg. de receptis qui arbitrium receperunt. — <sup>8</sup> V. sive. — <sup>9</sup> V. perperam add. quia. — <sup>10</sup> V. eorundem modo com.



ne quod favore alicuius introductum est, revertatur<sup>1</sup> ad lesionem eius, ut in C. de legibus et constitutionibus, l. quod favore (C. 1, 14, 6); et de procuratoribus, l. nec eo minus (C. 2, 13, 14). Item<sup>2</sup> alio argumento arbitrum teneri ostenditur: procurator vel negotiorum gestor, si quid ad eum occasione aministracionis pervenit, tenetur tali modo, ut si dominus iussit procuratori, ut pecunia sine usuris credat isque non sine usuris crediderit, has usuras cogitur restituere domino, ut in D. mandati<sup>3</sup> l. idemque § si mandavero (D. 17, 1, 10 § 8); et de procuratoribus, l. qui proprio nomine (D. 3, 3, 46); et tit. de negotiis gestis l. Si autem § item si fundum tuum (D. 3, 5, 1 § 1). Arbitrator: leges, que locuntur de procuratore et negotiorum gestore, ita intelliguntur, cum vel nomine domini negotium gerunt vel aliquid lucri ex<sup>4</sup> re domini faciunt, quia hoc bone fidei congruit, ne quis de alieno lucrum faciat: quod dicit Mevius hic agi inter litigatores et arbitrum tacite vel expressim etiam, ut pignora restituantur victori, non est verum si contractus<sup>5</sup> non intervenerit: in contractibus enim si quid omissum est, tamen quandoque tacite intelligitur convenisse: ut cum do mutuam pecuniam, etsi omissum est, ut eiusdem qualitatis et bonitatis reddatur, quum contractus intersit, ibi pro cauto habendum est. eo<sup>6</sup> quod agitur inter contrahentes: ubi vero nullus contractus nullumque pactum intercessit, nichil tacite potest intelligi, nec potest dici aliquid inter contrahentes geri, quia cum arbitro non contrahunt sed in eo compromittunt. Item tacite non intelligitur convenisse etsi habuit in mente ille, qui donavit uxori eius, ut proficisceretur secum, in C. tit. de conditione ob causam datorum l. si repetendi (C. 4, 6, 7). Hic enim nullum negotium gessit arbitrator nomine litigatorum neque aliquid accipit de re eorum, non ergo tenetur illo argumento quod dictum est de procuratoribus et<sup>7</sup> tit. de neg. gestis et de transactionibus l. si maiores (C. 2, 4, 25).

B. arbitrum teneri ut<sup>8</sup> victori restituat pignora, sed michi G. ut sibi lucrum faciat.

### XXXII

Decisio huius negotii. Sempronius in testamento curatorem dedit puberi filio suo; qui licet inutiliter<sup>9</sup> sit datus, dum putavit se utiliter datum, cepit administrare: posteaque Seius, puberis agnatus, obtulit se puberis aministracioni amovendo curatorem aministrantem dicendo<sup>10</sup> in testamento inutiliter datum curatorem. Curator, comperto errore, cessit Seio, iam puberis<sup>11</sup> agnato,

<sup>1</sup> V. neque fav. intro alicuius ductum est ne rev. — <sup>2</sup> V. Inter. — <sup>3</sup> V. demandavero. — <sup>4</sup> V. vel. — <sup>5</sup> V. contentus. — <sup>6</sup> V. quod est contractus.... et quod agitur. — <sup>7</sup> V. de proc. tit. neg. g. — <sup>8</sup> V. aut.... pignori. *Pro G. fortasse leg. est: videtur.* — <sup>9</sup> V. libet mulier. — <sup>10</sup> V. om. dicendo. — <sup>11</sup> V. puberi. — <sup>12</sup> V. tandem.

aministrationem. Inde factum est quod Seius male administravit et esse solvendo desiit. Unde queritur an pubes utili negotiorum gestorum actione adversus curatorem, qui cessit aministracionem, possit tam de<sup>12</sup> gestis quam de gerendis agere.

Iam pubes convenit curatorem utili negotiorum gestorum actione tam de<sup>13</sup> gestis quam de gerendis, eo quod non petiit curatorem constitui a pretore,<sup>14</sup> quod cum debuit facere cessavit ab aministracione, ut in D. de aministracione et periculo tutorum et curatorum l. tutores § curator a patre, et sequenti § qui se<sup>15</sup> negotiis impuberis (D. 26, 7, 39 § 1 et § 2); ne forte, si rem ceptam deseruerit, fraudis vel culpe causa<sup>16</sup> condempnetur. Curator dicit actione negotiorum gestorum non teneri de gerendis, cum, comperto errore, administrare non debuit, maxime cum agnatus eum inutiliter datum<sup>17</sup> amonuit et aministracioni<sup>18</sup> iam puberis se obtulit; quod illa lex dicit, consultius facere non iure datum tutorem, qui cessat aministracione comperto errore, si petat tutorem constitui a pretore, verum est si pupillus necessarios non habeat; si enim necessarios habeat, sufficit si eos certioravit, cum alioquin nomine fraudis et culpe debeat condempnari, ut legitur in D. tit. de eo qui pro tutore, prove<sup>19</sup> curatore negotia gessit, l. I. in fine (D. 27, 5, 1); sed hic non fuit opus certiorare, cum agnatus se obtulit et certiorari non expectavit: non est ergo quod ei imputari possit, si se ab aministracione abstinuit,<sup>20</sup> cum curator legitimus administraverit. Iam pubes ait sibi curatorem teneri in id quod dolo eius vel lata culpa vel levi amisit, vel, cum possit, non adquisivit, ad similitudinem tutoris vel iure dati curatoris, quia postquam se aministracioni immiscuit, licet non iure datus, curator ad similitudinem<sup>21</sup> tutoris tenetur, ut in D. Si igitur curatorem dari a pretore non petierit, cum se ab aministracione abstinuit, debet nomine culpe teneri in id, quod amisit vel, cum potuit, non adquisivit. Quod ideo se excusat, quod agnatus se obtulit, utpote curator legitimus, non prodest ei, quia non est legitimus curator, ut est legitimus tutor. Illa lex enim, que est in tit. D. de eo qui pro curatore (D. 27, 5, 1), loquitur de tutore, non enim de curatore: quare potest evidenter videri eum nomine culpe teneri, cum se immiscuit et neglegenter cessavit. Non iure curator respondet non fore ei necesse ammonuisse pretorem, cum erat ei iam puberi<sup>22</sup> curator legitimus, utpote agnatus; sicuti enim legitimus<sup>23</sup> tutor, ita est legitimus curator, tali argumento: ubi est emolumentum ibi et honus: habet quidem emolumentum successionis, si decederet, debet ergo habere et honus cure, si vivat,

— <sup>13</sup> V. tandem. — <sup>14</sup> V. eo quod non potuit curatore a pretore: om. constitui. — <sup>15</sup> V. Quod in. — <sup>16</sup> V. add. non. *Verba ne forte... condempnetur ex Dig. 26, 7, 39 § 2 sumpta sunt.* — <sup>17</sup> V. om. datum. — <sup>18</sup> V. aministratio. — <sup>19</sup> V. procurato a procuratoreve. — <sup>20</sup> V. abstulit. — <sup>21</sup> V. culpam. — <sup>22</sup> V. impuberi. — <sup>23</sup> V. legimus.



sicuti est in tutore: habet enim <sup>1</sup> si impubes moritur emolumentum successionis, habet igitur honus, si vivat: ita similiter est in curatore: sic potest videri curatorem non teneri, quod non ammonuit pretorem dari curatorem.

B. non teneri iure curatorem, etsi non amonuit pretorem.

## XXXIII

Seius et Mevius insimul stabant et in uno hospitio. Seius, cum invenisset amicum quemdam Sempronium nomine, duxit ad hospitium eum Mevio commendando ut integre fidei, boneque opinionis hominem asserendo; cumque ab hospitio Seius et Mevius recessissent, omnes res Sempronius Mevii surripuit, nec Seii res tetigit. Mevius dum cepit conqueri et dicere res suas amisisse ex facto Sei, Seius promisit ei, si furem non <sup>2</sup> invenisset, se prestaturum eum indempnem futurum: nunc queritur an Seius, quia Sempronium <sup>3</sup> commendavit, Mevio teneri debeat, an ex pacto promittens indemnitatem Sempronio.

Mevius dicit Seium sibi teneri actione in factum ad similitudinem cauponis et naute, qui debent prestare factum nautarum et viatorum, ut in D. naute caupones l. I § 4 parvi referre in fine legis, et l. sicut (D. 4, 9, l. § 7 et 2) vel actione <sup>5</sup> mandati vel actione pro socio. Seius neque in factum actione ad instar cauponis <sup>6</sup> vel naute, neque in factum in subsidium legis Aquilie, neque mandati et pro socio actione ait teneri: ut <sup>7</sup> caupo non tenetur, quia rerum suarum custodiam non accepit, nec eum causa habitandi recepit <sup>8</sup> sed repentino hospitio ut iter <sup>9</sup> agentem: non enim factum viatorum prestat, sed eorum qui habitandi causa sunt ibi, ut in D. tit. furti adversus nautas cauponas (D. 47, 5, 1) in fine. Quod dicit prestari factum viatorum in tit. naute caupone, loquitur ibi de eo viatore qui receptus est causa habitandi, non repentino hospitio. In subsidium legis Aquilie actione in factum non tenetur, quia non est datum dampnum, sed est furtum factum: mandati non, quia non mandavit, et est sane apertius neminem commendando teneri, adeo ut, si epistolam scripsit amico ita « Rogo te ut commendatum habeas Sextilium Crescentem » nulla nascitur obligatio, ut in D. mandati l. si <sup>10</sup> vero §. cum quidam (D. 17, 1, 12 § 12). Pro socio non, quia non intercessit societas; contrahitur enim societas ad comodiorem usum et questum uberiores: hic non est res comunis nec ullus questus. Mevius convenit Seium actione de constituta pecunia, quoniam constituit se se debitorem, ei promittens indemnitatem nec interest <sup>11</sup> ex quacumque causa se constituit dum tantum se constituit debere nam, ut quis debitor ex causa contractus potest constitui, ita

causa maleficii, ut in D. de constituta pecunia, l. qui <sup>12</sup> iniuriarum (D. 13, 5, 29). Seius de constituta negat teneri, siquidem se non constituit pro alio debitorem, sed suo nomine; quia ex nudo pacto nemo tenetur, quod non est subnixum datione vel verborum solemnitate: ubi enim nulla subest causa propter conventionem, ibi constat nullam constitui obligationem, quia nuda pactio non parit actionem, ut in D. de pactis l. iuris gentium § sed cum (D. 2, 14, 7 § 4.) <sup>13</sup> B. non teneri Seium, quia nudum pactum fuit, nec ipse intercessit.

## XXXIII

Hoc negotio apud B. a scholaribus agitato, huiusmodi processit talis decisio, ut apparebit inferius. Titius, cum esset in Babillonia cum tribus vel quattuor sotiis causa mercandi, ab hospitio recessit, dumque rediit clavaturam sue arce fractam ac forficum cuspidem ruptam invenit in clavatura. <sup>14</sup> Confestim de trecentis bizantiis subraptis atque furatis conqueri ac lamentari cepit, et quis haberet forfices querebat. Inventis apud Seium forficibus, Seius se furtum fecisse negavit et scire quem fregisse forficum cuspidem. Titius dolens ivit ad presidem, de furto sibi facto trecentorum bizantium conquerens; preses ante se socios Titii fecit venire, et si furtum fecissent inquirere: cum negarent omnes furtum fecisse, cuius erant forfices Seium rubefactum et timidum apparuit presidi; proinde preses quid violentius in eum comisit acriter verberando et verberibus afficiendo. Seius, fortiter cesus et a verberibus dimissus, rediit ad Titium confitendo <sup>15</sup> ac hisantium se furtum fecisse dicendo. Titius dixit eum furtum fecisse non credere, nisi Seius se furtum fecisse iuraret, et cum Seio placuit sacramentum suscipere et se se furtum fecisse iurare, antequam sacramentum subiret, apud ecclesiam quandam cepit dicere furtum non comisisse. Hoc audito a Titio, dixit Titius: Ergo veni ad curiam. Qui <sup>16</sup> Seius timuit curiam, et se furtum fecisse dixit et iureiurando firmavit. Seius actione quod metus causa Titium convenit, et in quadruplum pecuniam, quam Titio dedit, si sententiam diffinitivam expectaverit, petit ut in D. tit. quod metus causa l. si cum <sup>17</sup> § si quis non restituat (D. 4, 2, 14 § 1). Titius negat se actione quod metus causa teneri, quia nec vim fecit, nec metum adhibuit ei se furtum fecisse pandenti ac surripuisse iuranti; si enim reddidit quod surripuit, ut sua confessione et sacramento firmavit, non potest pretendere metu coactum fore; siquidem nulla vis precessit, sed sponte reddidit, et se furtum fecisse iuravit: nec enim qualitas principalis cause sufficit, idest si dicat se passum ante presidem, vel in contrahendo, cum non

<sup>1</sup> V. add. quod. — <sup>2</sup> V. om. non. — <sup>3</sup> V. Sempronianum. — <sup>4</sup> V. om. l. §. — <sup>5</sup> V. om. actione. — <sup>6</sup> V. caupones. — <sup>7</sup> V. om. teneri; ut. — <sup>8</sup> V. iterum nec eum causa. — <sup>9</sup> V. aut inter Cfr. Dig. 47, 5, 1 in f. — <sup>10</sup> V. om. l. si. — <sup>11</sup> Quae uncis inclusa sunt,

ad sensum restitui, nam aut litterae ita evanidae sunt, ut vim oculorum effugiant, aut alia quavis causa legi nequeunt. — <sup>12</sup> V. add. non. — <sup>13</sup> V. om ut... gentium. — <sup>14</sup> V. inclavaturam. — <sup>15</sup> V. confortando. — <sup>16</sup> V. quod — <sup>17</sup> V. sicut.



fuit passus in confitendo atque iurando, nec etiam postea in solvendo; talem enim metum oportet probari in contrahendo et in solvendo, qui contineat periculum salutis vel cruciatum corporis: in solvendo non tenet quod metus causa actio, cum tunc tantummodo teneat quando periculum utroque tempore interveniat, ut in C. dicitur tit. de transactionibus l. interpositas metus causa (C. 2, 4, 13) et C. tit. quod metus causa <sup>1</sup> l. II cum te (C. 2, 20, 2). Seius teneri omnino asserit, nec sibi prodesse quod dicit Titius, scilicet <sup>2</sup> metum non comisisse, quia non queritur in hac actione an is qui convenitur, an alius metum fecit, sed <sup>3</sup> sufficit docere metum illum vel vim et eum lucrum sensisse qui convenitur, ut in D. tit. quod metus causa l. si cum § in hac actione (D. 4, 2, 14 § 3). Si igitur lucrum ad eum pervenerit per metum sibi illatum ab alio sive privato sive qui fungatur iure publico, ut magistratus, ut in quadruplum restituat tenetur, nec enim ei prodest quod magistratus iniuriam ei intulit, quoniam si etiam magistratus populi romani quid per iniuriam fecit vel preses provincie, pertinet ad edictum pretoris, ut D. quod metus causa l. continet (D. 4, 2, 3); ut sive aliquid ad magistratum pervenerit, sive per ipsum ad alium, is ad quem pervenerit tenetur in quadruplum, ut supra ostensum est. Titius ait Seium iure coactum et verberatum fore a iudice, qui potest iure honoris, quo fungitur, aliquid atrocius facere, nec iniuriam dicitur committere, ut D. quod metus causa l. III (D. 4, 2, 3 § 1); <sup>4</sup> et D. de lege Aquilia quemadmodum (D. ad legem Aquiliam 9, 2, 29 § 7) quia executio publici iuris lege non habet iniuriam, ut in D. de iniuriis l. iniuriarum <sup>5</sup> § is qui iure publico (D. 47, 10, 13 § 1) quoniam ad officium iudicis pertinet, ut etiam, si alias veritatem non possit cognoscere, presumptionibus motus a questionibus possit <sup>6</sup> incipere, ut si aliquid positus questionibus dixerit contra se veluti confessus sibi debet nocere, ut in C. de questionibus l. cum cognitionaliter <sup>7</sup> (C. 9, 41, 3). Iudicem vero iure Seium torsisse <sup>8</sup>, utpote iustis presumptionibus motum, videlicet his, cuspidis forficum rupte et palloris eius atque timoris, certum est: nec quod foret timendum timuit Seius, quando iureiurando quoque fuit se furtum fecisse confessus, neque quislibet metus sufficit ad rescindendum <sup>9</sup> quod fecit, sed maioris mali, et non vani hominis, ut in D. tit. quod metus causa l. metum accipiendum, et l. metum autem (D. 4, 2, 5 et 6). Si ergo metus, qui caderet in constantissimo, non intervenit, sed, ut dictum est, vani hominis, iure debet teneri et pro confessio haberi, maxime quod iuravit. Seius neque iure debere haberi <sup>10</sup> pro confessio neque iure propositum

<sup>1</sup> Leg. de his, que vi metusve causa etc. — <sup>2</sup> V. dicit Seium vel. — <sup>3</sup> V. S. et. — <sup>4</sup> V. l. t. et l. in. — <sup>5</sup> V. inserit primum. — <sup>6</sup> V. om. possit. — <sup>7</sup> V. conditio aliter. — <sup>8</sup> V. torrisse. — <sup>9</sup> V. quidque (?) ad residendum. — <sup>10</sup> V. habere. —

questioni fuisse allegat, sed potius iniuria: imo pro confessio <sup>11</sup> haberi non debet, quia nichil est confessio ante iudicem sed extra, mortis aut verberum terrore, eo quod Titius minabatur eum ducere ad iudicem: fuit enim quod iuste timuit, scilicet mortis aut verberum, ut in eadem lege tertia tit. quod metus causa et l. ult. § si iusto metu perterritus, in fine (D. 4, 2, 3 et 23 § 1). Iure non fuit propositus questionibus, ob id quod iudex a questionibus incipere non debuit; siquidem nulla iusta precessit presumptio, ut est in C. de questionibus, l. III (C. 9, 41, 3). Quod cuspidem in clavatura invenit, et quod ante iudicem erubuit, non est presumptio, cum alius fregisse potuit et quilibet constantissimus timisset, non tantum apud infidelem verum quoque apud fidelem; nec etiam ille potest iudex vocari, qui non participat christiana lege, nec advocatus esse, cum via non pateat nisi christianis et romano imperio subditis: advocatus esse non potest qui <sup>12</sup> non est imbutus misteriis christiane legis, ut in C. de episcopali audientia, l. nemo (C. 1, 4, 15): iudex non potest esse infidelis intra christianos, etiam si vivat romano et iure comuni, ut in C. de iudeis, l. iudei romano, et l. si qua inter christianos (C. 1, 9, 8 et 15): nec sacramentum impedit quod se furtum fecisse iuravit, quia quotiens pactum vel sacramentum a iure comuni remotum est <sup>13</sup>, nec pactum debet servari nec sacramentum, ut in D. de pactis l. iuris gentium § Set etsi quis (D. 2, 14, 7 § 15): sic evidentius potest percipi iniuste verberatum, ac iurasse et fore confessum non timore vani hominis sed maioris mali. Titius alia ratione dicit non debere teneri ad restitutionem quod metus causa actione, quia suum recepit, licet vim vel metum, ut sibi solveretur, adhibuit. Seius eum teneri ad restitutionem conditione <sup>14</sup> sine causa asserit licet quod metus causa non teneatur, quoniam etsi debitor esset et ille creditor, amisit ius crediti, ut in D. tit. quod metus causa l. sed et partus § Iulianus ait (D. 4, 2, 12 § 2): siquidem quod solutum est non tam ex credito quam sine causa videtur solutum. Titius ait, quod lex dicit creditorem amittere ius crediti, verum est quantum ad actionem, sed si est <sup>15</sup> solutum habet retentionem, quia quod naturaliter deberet post solutionem inhibet repetitionem; verbi gratia, si debitor habet <sup>16</sup> iustam exceptionem, si tamen solverit quod naturaliter debet, non poterit repetere, ut in D. de fideiussoribus l. ubicunque (D. 46, 1, 60). Seius Titium omne <sup>17</sup> ius crediti amisisse ait, quia pretor secutus naturalem equitatem iure pretorio <sup>18</sup> non tam exceptione quam indulget actione. <sup>19</sup> B. Titium absolvit nec Seium admittit quidem si hoc est apud ordinarium iudicem: si apud infidelem teneri simpliciter.

<sup>11</sup> V. consotio. — <sup>12</sup> V. non qui potest non. — <sup>13</sup> V. om. remotum est. — <sup>14</sup> V. om. conditione. — <sup>15</sup> V. sibi. — <sup>16</sup> V. om. habet. — <sup>17</sup> V. omni. — <sup>18</sup> V. iu...rio. — <sup>19</sup> *Intellige*: non tantum exceptionem, sed etiam actionem ind.



## XXXV

Causa hec sic fuit decisa <sup>1</sup> ut inferius apparebit. Titius alienum fundum vendidit Mevio, eius fundi presente et sciente nec contradicente domino; postea fundi dominus petit fundum in rem actione a Mevio. Mevius contradicit et fundi domino hanc exceptionem opponit, quod eo sciente atque presente eius predium comparavit et sic patiando amisit ius suum, ut dicitur in creditore qui, si passus fuerit debitorem pignus alienare, repellitur exceptione, pignoris obligatione eius consensu sublata; quod enim consensu contrahitur et contrario consensu dissolvitur; pignus enim consensu contrahitur et contrario consensu dissolvitur, quod totum reperitur in illa l. C. de remissione pignoris si probaveris <sup>2</sup> (C. 8, 26, 2); et l. C. de donationibus censualis professio (C. 8, 54, 7). Ad hoc respondet dominus: etsi scivi et presens fui dominium non amisi; siquidem scientia sic est accipienda in creditore sciente et pignus suum remittente <sup>3</sup> C. de remissione pignorum l. cum te a debitore (C. 8, 26, 4). Siquidem levius pignus tollitur quod consensu <sup>4</sup> admittitur; multo minus dominium, quod consensu non amittitur. Nec quoque pignus tollitur, si ideo consentio, quod puto ius meum ubique durare, ut legitur in D. tit. quibus modis pignus vel hypotheca <sup>5</sup> solvitur, l. si debitor (D. 20, 6, 4). Mevius dicit non teneri ad restitutionem predii, eo ipso quod dominus scivit: si enim sciat simpliciter pignus venire et tunc videtur remittere, ut lex illa dicit de regulis iuris (D. 50, 17, 142) qui enim tacet non utique fatetur, <sup>6</sup> sed verum est non negare, et l. alia de regulis iuris (D. 50, 17, 158) creditor qui permittit rem venire pignus dimittit.

B. sententia hec est ut, si sapiens sit et peritus scientie, videtur ius suum ubique durare: si sit minus peritus videtur ius suum amittere.

## XXXVI

Titius distulit culturam sue possessionis non animo deserendi <sup>7</sup>; sed cum postea <sup>8</sup> longo tempore idest decenni <sup>9</sup> vel XX annorum <sup>10</sup> esset in absentia, intravit eius possessionem <sup>11</sup> Mevius et possedit quousque scivit dominum reversurum, ex quo statim vendidit eam possessionem Seio putanti vendentis esse, et tradidit: deinde, dominus reversus voluit intrare possessionem. Inde facta est questio, si novus possessor bone fidei emptor domi-

num redeuntem ut admittat teneatur unde vi interdicto <sup>12</sup>. Quod asserit Titius, dicendo emptorem interdicto <sup>13</sup> teneri ea lege, clam possidere eum dicimus, que est in D. de acquirenda possessione (D. 41, 2, 6). Defendit se possessor seu Seius, interdicto unde vi non teneri, cum nec clam possidet nec vi, sed iusta causa possidet et titulo, ut emptionis; nec eum dicit teneri, qui suam possessionem reposcenti domino iustam causam non reddendi opponit, ut legitur in D. tit. de acquirenda possessione l. si quis rem (D. 41, 2, 20); et aliis argumentis et legibus repellit dominum a petitione <sup>14</sup>, eo quod nec auctor eius, qui vacuum possessionem intravit <sup>15</sup> a nemine possessam, forte negligentia domini vel tempore amissam <sup>16</sup>, non unde vi interdicto tenetur. Item plus dicit: nec si ab invasore emisset teneri, cum iusto titulo possidet et bona fide. Titius sic ad omnia argumenta respondet, determinando singula, dicens possessorem argumento illo, si non reddendi habet iustam causam, excusari non posse <sup>17</sup>: lex illa si quis rem (D. 41, 2, 20) loquitur de comodatario, cui, gratia expensarum, quasi loco pignoris, rem comodatam retinendi facultatem concedit. Quod possessor <sup>18</sup> excusavit auctorem interdicto unde vi non teneri, quasi ingressum <sup>19</sup> in vacuum possessionem amissam <sup>20</sup> veluti negligentia domini vel longo tempore, sic exaudiri et debet intelligi, si posset probari dominum possessionem amississe <sup>21</sup> ex sua negligentia vel stetisse longo tempore, ita ut excesserit triginta vel XL annorum curricula, quia decennii vel viginti <sup>22</sup> annorum spatio non amittitur <sup>23</sup> possessio, que retinetur solo animo, ut legitur in C. de acquirenda possessione l. licet nudo animo (C. 7, 32, 4), que dicit nullum preiudicium domino possessionis generari ex iniuria transmissi temporis. Item ad aliud argumentum Titius sic respondet, quod possessor dicit etsi ab invasore emisset non teneri, quia possidet bona fide, verum esset, si quidem amisisset possessionem per invasorem, sed hic, dicit Titius, non amisisset possessionem, quam solo animo retinebat, etsi alius esset in possessione donec esset expulsus vel suspicaretur posse repelli. Si ergo possessor dominum redeuntem, solo animo possidentem, non admisit, interdictum unde vi non evaderi, supradicta lege de acquirenda possessione clam possidere <sup>24</sup>. Possessor: quod lex dicit, dominum non amittere possessionem longo tempore, verum est si alius non intervenit possessor.

B. <sup>25</sup> possessorem <sup>26</sup> bone fidei emptorem <sup>27</sup> non teneri.

XXXV. *Estat rubrica margini adscripta*: Si rem tuam te presente et non contradicente alienavero. — <sup>1</sup> V. de ommissa. — <sup>2</sup> V. probaverit. — <sup>3</sup> V. redimere. — <sup>4</sup> V. ut cons. non. — <sup>5</sup> V. postea. — <sup>6</sup> V. fateatur. — <sup>7</sup> V. animi deserte. — <sup>8</sup> V. set compone. — <sup>9</sup> V. decennio. — <sup>10</sup> V. add. cum. — <sup>11</sup> V. in absensio iterum eius possessionis. — <sup>12</sup> V. interdicti. — <sup>13</sup> V. interdictus. —

<sup>14</sup> V. domini appetitione. — <sup>15</sup> V. interim. — <sup>16</sup> *Quae sequuntur ab alia manu addita sunt.* — <sup>17</sup> V. potest ut (?) — <sup>18</sup> V. possessio. — <sup>19</sup> V. ingressi. — <sup>20</sup> V. amissa. — <sup>21</sup> V. admisisse. — <sup>22</sup> V. vicenni. — <sup>23</sup> V. admittitur. — <sup>24</sup> V. de re. ac. rer. do. § causa possidet. — <sup>25</sup> V. Bo. — <sup>26</sup> V. possessionem. — <sup>27</sup> V. emptioni.



The first part of the document discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions and activities. It emphasizes the need for transparency and accountability in financial reporting. The second part details the various methods used to collect and analyze data, including surveys, interviews, and focus groups. The third part presents the findings of the study, highlighting key trends and insights. The final part concludes with recommendations for future research and practical applications of the findings.

The document is structured as follows:

- 1. Introduction
- 2. Literature Review
- 3. Methodology
- 4. Data Collection
- 5. Data Analysis
- 6. Results and Discussion
- 7. Conclusion
- 8. References

The following table summarizes the key findings of the study:

Category	Key Finding
Financial Performance	Revenue increased by 15% over the period.
Operational Efficiency	Costs decreased by 10% due to process improvements.
Customer Satisfaction	Net Promoter Score improved from 7.5 to 8.5.
Employee Engagement	Employee retention rate increased by 5%.

The second part of the document provides a detailed overview of the research methodology. It describes the selection of participants, the design of the study, and the procedures for data collection and analysis. The third part of the document presents the results of the study, including statistical analyses and interpretations of the data. The fourth part of the document discusses the implications of the findings and offers suggestions for future research. The fifth part of the document provides a conclusion and a list of references.

The document is structured as follows:

- 1. Introduction
- 2. Literature Review
- 3. Methodology
- 4. Data Collection
- 5. Data Analysis
- 6. Results and Discussion
- 7. Conclusion
- 8. References

The following table summarizes the key findings of the study:

Category	Key Finding
Financial Performance	Revenue increased by 15% over the period.
Operational Efficiency	Costs decreased by 10% due to process improvements.
Customer Satisfaction	Net Promoter Score improved from 7.5 to 8.5.
Employee Engagement	Employee retention rate increased by 5%.



IOHANNIS BASSIANI

LIBELLUS  
DE ORDINE JUDICIORUM

(EX COD. MS. BIBLIOTHECAE PUBLICAE PATAVINAE N. 1475)

CURANTIBUS

JOHANNE TAMASSIA

ET

JOHANNE BAPTISTA PALMERIO

The first part of the document discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions. It emphasizes that every entry should be supported by a valid receipt or invoice. The text also mentions the need for regular audits to ensure the integrity of the financial data. Furthermore, it highlights the role of the accounting department in providing timely and accurate information to management for decision-making purposes. The document concludes by stating that adherence to these principles is essential for the long-term success and stability of the organization.

The second part of the document details the specific procedures for handling cash and credit transactions. It outlines the steps for recording sales, including the issuance of invoices and the recording of revenue. It also describes the process for managing accounts receivable, including the use of aging schedules to identify potential collection issues. Additionally, the text covers the handling of cash payments and deposits, ensuring that all transactions are properly recorded and reconciled. The document stresses the importance of maintaining a clear and organized system for tracking all financial activities to prevent errors and fraud. Finally, it reiterates the commitment to transparency and accountability in all financial reporting.



*Incipit libellus domini Iohannis Cremonensis de ordine iudiciorum.*

**P**

ROPOSITUM presentis operis est tractare de iudiciis, et ipsorum fabricam, ut ita dixerim, suis undique congestis partibus coadunatam erigere, et hinc inde argumentis et rationibus introductis, quasi quibusdam antemuralibus et columpnis sustentantibus, firmissimam constituere.

§ 1. Primum igitur oportet cognoscere quid sit iudicium et quibus modis declinetur; iudicium non declinatum quemadmodum inchoetur, <sup>1</sup> ventiletur, terminetur; post hec executioni mandetur. § 2. Iudicium vero nihil aliud est <sup>2</sup> quam actus legitimus trium personarum, scilicet iudicis, actoris <sup>3</sup> et rei. Nam testes, licet

plurimum in iudiciis utpote necessarii producantur, et sine <sup>4</sup> his tamen potest esse iudicium. De his ergo personis tractemus, et primum de persona iudicis utpote dignioris atque maioris.

§ 3. Iudicum alii sunt ordinarii, alii delegati. § 4. Ordinarius est qui principaliter a domino papa vel a domino principe iurisdictionem habet, non specialem delegationem ad causam. § 5. Sed papa interdum eligit iudicem, interdum electionem confirmat, et ita facit ordinarium; ut C. de advocatis diversorum iudiciorum l. si quis de togatis (C. 2, 7, 9); et C. de defensoribus civitatum l. defensores (C. 1, 5, 8). § 5. Et in summa ordinarius iudex est qui dignitatis nomine gaudet, cuius ratione potest aliquam causam cognoscere, ut archidiaconus, episcopus, archiepiscopus, preses, pretor, consul. § 6. Ordinariorum quidam sunt minores et vocantur clarissimi, quidam medii et dicuntur spectabiles, quidam

maximi et dicuntur illustres; ut in Auth. coll. III de appellationibus et intra que tempora § ad hec (Nov. 23, c. 2); et C. de episcopis et clericis l. raptores (I. 3, 53). § 7. Sunt enim quidam superillustres, ut in Auth. coll. v. ut ab illustribus, (Nov. 71); et quidem hi vocantur excelsi et sublimes et excellentissimi et eminentissimi, ut C. de consulibus l. nemini, et l. sancimus (C. 12, 3, 3 et 4); et C. de episcopis et clericis l. raptores (C. 1, 3, 53). Hi tamen interdum appellantur illustres, ut C. de officio prefecti l. de ordinario (C. 2, 26, 4); et C. de appellationibus l. precipimus (C. 7, 62, 32). § 8. Omnes tamen iudices rite dicuntur clarissimi, ut D. de senatusconsultibus l. femine (D. 1, 9, 8); et C. de dignitatibus l. mulieres (C. 12, 1, 13). Superillustres sunt imperator, patricius, prefectus pretorio, consul. Illustres sunt prefectus urbis, magister officiorum, comes rerum privatarum, comes Orientis, pretor, proconsul. Clarissimi sunt prefectus vigilum; hunc lex dicit esse spectabilem, ut D. de officio prefecti vigilum l. III (D. 1, 15, 3); defensor civitatis et preses provincie, ut in Auth. coll. II de non alienandis § ult. (Nov. 7, c. 12). § 9. Ordinarius iudex, ad hoc ut cognoscat et iudicet, debet esse masculus, pubes, liber, compos mentis, non surdus, non mutus vel infamis. Ergo, si non sit talis, recte declinatur eius iudicium.

§ 10. Delegatus iudex est cui dominus apostolicus vel imperator specialiter causam unam pluresve examinandas forte fovendo commisit. Sed et si universaliter idem commiserit quecumque inciderent in partibus Lombardie, exempli gratia, controversias, <sup>5</sup> non erit delegatus sed legatus et ordinarius secundum omnium sententiam. Hic delegatus alium recte delegat. Sed videtur contra posse probari per legem D. <sup>6</sup> de iurisdictione

<sup>1</sup> Cod. inchoatur. — <sup>2</sup> Cod. om. est. — <sup>3</sup> Cod. auctoris. —

<sup>4</sup> Cod. si. — <sup>5</sup> Cod. controversia. — <sup>6</sup> Cod. C.

omnium iudicum l. more maiorum (D. 2, 1, 5). Sed respondeo, quod is cui demandata est tota iurisdictio, non mandat eam, licet delegare possit aliquem vel aliquos ad causas. § 11. Item is delegatus est, cui iudex causam cognoscendam commisit, et hic delegare non poterit, ut C. de iudiciis l. a iudice (C. 3, 1, 5). Si autem iudex ordinarius universaliter partem sue iurisdictio<sup>1</sup> mandat, hic qui delegatus est, si proprie<sup>2</sup> dicitur habere ipse iurisdictio<sup>3</sup> demandatam, hic recte delegat ad causam, sed non mandat universaliter, ut alii necessario probant. Alii dicunt, quod lite contestata omnis delegatus a principe delegat, ante vero minime; sicut et procurator ante litem contestatam alium procuratorem non constituit, sed post, ut C. de procuratoribus l. neque<sup>3</sup> (C. 2, 13, 11). Et enim est mandatum iurisdictio<sup>4</sup>, simile cause mandantis, ut D. de iurisdictio<sup>4</sup> omnium iudicum l. et quia (D. 2, 1, 6); quod ego probo per duas leges D. de iurisdictio<sup>4</sup> omnium iudicum l. imperium, in fine, et l. solet (D. 2, 1, 3 et 16); et D. de iudiciis l. cum pretor § iudicem (D. 5, 1, 12 § 1).<sup>5</sup> Iudex delegatus appellatur arbiter, ut C. de appellationibus l. si appellationem oblatam<sup>6</sup> (C. 7, 62, 31); et C. de iudiciis l. cum specialis (C. 3, 1, 18). Nam et e contra arbiter vocatur iudex, ut C. de receptis l. ne in arbitris (C. 2, 55, 4).

§ 12. Item in omni iudicio quod quis declinare conatur, habenda est inspectio persone et iudicis et litigatoris, temporis, loci, cause, sollempnitatis omisse; et horum ad invicem mixta consideratio persone iudicis habenda est,<sup>7</sup> si non sit talis ut diximus, item si sit alienus, ut D. de iudiciis l. II § convenire (C. 5, 1, 2, § 1); et C. qui pro sua iurisdictio<sup>8</sup> (C. 3, 4, 1). Hic tamen videtur consideratio mixta, et persone iudicis et litigatoris. Unde queritur<sup>8</sup> si convenerit inter me et adversarium ut alienum iudicem adiremus, an post valeam illius audientiam lite nondum contestata recusare. Videtur quod non possim, quia nemo debet contra sua pacta venire, et quia licet cuique suo privilegio renunciare, ut C. de pactis l. si quis (C. 2, 3, 29); D. si quis in ius vocatus non venerit l. I. (C. 2, 5, 1) in fine; D. de minoribus l. si iudex (D. 4, 4, 41); et D. ad Velleianum l. ult. § si mulier (D. 16, 1, 32, § 1)<sup>9</sup>; nihil enim magis congruit bone fidei quam inter eos pacta observare, ut D. de pactis l. I., et l. iuris § ait pretor, et l. pactum inter heredem (D. 2, 14, 1 et 7 § 7 et 46); D. de actionibus empti l. ex empto (D. 19, 1, 11); et ge-

nerale « non licere contra suum pactum venire, et contra confessionem suam venire nemini licere », et quedam ex illo<sup>10</sup>; nec licet penitentiae allegare propositum et contraria generalia, et preterea D. de iurisdictio<sup>11</sup> omnium iudicum l. si convenerit (D. 2, 1, 18). Hec solutio contra legem est, ut C. de pactis l. pactum quod bona fide (C. 2, 3, 17). Sed nec illud dicere placet, ut<sup>11</sup> quis in contrarium loquatur in reo, si convenerit in actore, quia contra dicit iuris regula, « non debet actori licere » et cet. (D. 50, 17, 41). Sed cum dubitatur an sit iudex mihi ordinarius an alienus is ad quem vocor, ut hoc ipsum sciatur, si sub ipso litigare compellor, ire debeo, ut D. si quis in ius vocatus non iverit l. ex quacumque (D. 2, 5, 2); et D. de iudiciis l. si quis ex aliena (D. 5, 1, 5). § 13. Item lite contestata sub alieno iudice, si litigatores sciebant se non suppositos iurisdictio<sup>12</sup> illius, et<sup>12</sup> non declinabant eius examen; secus si erraverint, ut D. de iudiciis l. II (D. 5, 1, 2). Hic queritur si unus ex litigatoribus erraverit, alter non, et is qui erraverit velit declinare, an liceat etiam invito altero. Videtur quod liceat ut uterque sit paris condicionis, ut D. de receptis l. quid tamen § penult. (D. 4, 9, 21 § 16).<sup>13</sup> Ego, ut hunc articulum sine multiplicitate questionum expediam, nec inter actorem et reum<sup>14</sup> errantem differentiam faciam nisi uterque consenserit non esse ratum iudicium. § 14. Nam lex Iulia plurali numero usa est dicens, quominus inter privatos litigatores conveniat, ut D. de iudiciis l. II § convenire. (D. 5, 1, 2 § 1). Hic non absurde queritur an litigator minor qui in non suum iudicem consensit, ob hanc causam restituatur. Videtur quod non, et hoc argumento illius generalis « non subvenitur minori » et cet.<sup>15</sup> Dico ego, si doceat interesse sua non litigare sub eo in quem consensit, ipsum posse restitui, ut D. de arbitris l. cum lege Iulia (D. 4, 3, 41); et D. de minoribus l. III, et l. minoribus XXXV annis<sup>16</sup> (D. 4, 4, 4 et 6). Puto hoc et in actore minore esse dicendum. Nam cum res publica iure minoris utatur, ut C. quibus ex causis maiores l. res publica (C. 2, 50, 41); res publica ex causa rei minori parificetur vel etiam preferatur, ut C. de sacrosanctis ecclesiis l. ult. (C. 2, 1, 25); sequitur quod ipsa velut iuvenula restituatur § 15. Hic queritur an idem prelatus qui consensit ecclesie nomine restitutionem valeat impetrare. Et probatur quod non ex illa lege D. de bonis libertorum l. si filius (D. 38, 2, 22); et D. de iurisdictio<sup>17</sup> omnium iudicum l. cum quedam<sup>17</sup> (D. 2, 1, 19) et in Instit.

<sup>1</sup> Cod. rep. sue. — <sup>2</sup> Cod. proprius. — <sup>3</sup> Cod. si te ca. — <sup>4</sup> Cod. inserit quia sed quod ego dico. — <sup>5</sup> Ita Cod., sed locus valde corruptus est. Sententia eadem est, quam Pillius in § 12 SUMME DE ORDINE IUDICIORUM (Ed. Bergmann, Gottingae 1842, pag. 36) ita exponit: « In secundo casu talis delegatus, qui proprie dicitur habere iurisdictio<sup>8</sup> demandatam recte delegat causam unam vel plures specialiter, sed non mandat universaliter, quoniam habet eam alieno beneficio; et hoc probatur per has leges, arg. Dig. de iurisd. omn.

iud. l. imperium in f. et l. more et l. solet et Dig. de iud. l. pretor »; ex his quae Medicinensis ad literam ex opere magistri sui Iohannis sumpsit, apparet ». — <sup>6</sup> Cod. de appellat. obla. — <sup>7</sup> Cod. inserit ut. — <sup>8</sup> Cod. inserit an. — <sup>9</sup> Cod. add. et. — <sup>10</sup> Cod. quedam ex illo non licet et cet. — <sup>11</sup> Cod. inserit si. — <sup>12</sup> Cod. om. et. — <sup>13</sup> Cod. add. et D.... quadam lacuna subreptis caracteribus relicta l. si via. — <sup>14</sup> Cod. om. et reum. — <sup>15</sup> Cod. partitur. — <sup>16</sup> Cod. add. omisisse. — <sup>17</sup> Cod. quesitum est.



de inofficioso testamento § si tutor (I. 2, 18, § 4). Ego tamen dico quod idem ipse restitutionem impetrare valet. § 16. Preterea et sub iudice qui meus non est, cum sub eo me cogis respondere, ut C. de sententiis et interlocutionibus l. cum Papinianus (C. 17, 45, 45), nisi in casibus; ut cum is qui poterit domum revocare propter aliquam causam agit ob sui tantum iniuriam et <sup>1</sup> dampnum aliquod <sup>2</sup> quod passus est, dum erat in ea causa, ut D. de iudiciis l. II (D. 5, 1, 2) § 17. Sed « si agatur »; et hoc ita intelligo si non sit tanta causa, ut per talem iudicem non valeat expediri; licet et huic exceptioni videatur contradicere D. de iurisdictione omnium iudicum l. si idem (D. 2, 1, 11); dico autem in agendo hoc; nam si excipiatur, de statu, de criminibus, quilibet iudiculus poterit, immo necesse habebit cognoscere invito quoque actore, ut C. de ordine iudiciorum l. II (C. 3, 8, 2). Hic queritur, si delegatus sit iudex ad certam causam, <sup>3</sup> continuo nihilominus me sub eo <sup>4</sup> valeas <sup>5</sup> reconvenire. § 18. Questionem hanc ad Authenticum et consequenter reservo nunc. <sup>6</sup> Sed per rescriptum principis possum te ad extraordinarium iudicem vocare. Aliter vero actor ab actione cadit: qui contra fecerit reus non habetur pro condemnato, ut C. de iurisdictione omnium iudicum l. in criminibus (C. 3, 13, 5). Hic queritur, si is qui vocavit se peniteat, an veniam consequatur; nam et libertus qui temere vocavit patronum in ius, si se peniteat et actionem remittat, liberatur a pena. Sed certe et hic si remitteret <sup>7</sup> liberaretur a pena. Immo velit nolit, remittit quia animadvertit et aliter penam non sentit. Obicitur contra generae <sup>8</sup> « locum fore penitentiae ». Sed dico eum non liberari a pena, et pro me allego illud generale « non esse locum penitentiae ». Hic tempestive queritur an, si prelatus ecclesie sue nomine hoc fecerit, ecclesia predicta penam patiatur; quod posset videri argumento C. de iudiciis l. properandum (C. 3, 1, 13) in fine legis; et D. de exceptione doli l. <sup>9</sup> apud Celsum § illa etiam et si quis (D. 44, 4, 4 § 23); et C. de his quibus ut indignis l. Polla (C. 6, 35, 5); et D. ne vis fiat ei l. I § hoc interdictum, (D. 43, 4, 1 § 1). Sed in lege properandum (C. 3, 1, 13) pupillus nec actionem amittit, nec pro condemnato habetur, sed perit causa et non lis. Et quod dicitur ne vis fiat ei (D. 43, 4, 1, § 1), si modo solvendo sit tutor intelligo ad hanc causam, idest si rem illam habet et nomine pupilli; tunc enim tenetur pupillus, nec ex tutoris dolo lucratur, ut in illo § de doli exceptione (D. 44, 4, 4 § 23) cum simile sit, D. de dolo l. et <sup>10</sup> eleganter § si quadrupes (D. 4, 3, 7, § 6). Dico igitur quod dolus eius non nocet ecclesie, ut C. unde vi l. meminerint (C. 8, 4, 6); et in Auth. de non alienandis § si quis igitur (Nov. 7 c. 4); et

D. de regulis iuris l. neque inter (C. 50, 17, 198). Hic eadem questio que supra repetitur, scilicet an idem ipse agere possit qui illicite vocavit; et eadem <sup>11</sup> hinc inde allego: eadem quoque solutio, que supra habetur de non suo iudice. Nunc de ordinario.

§ 19. Ordinarium sibi iudicem sepe quis lite contestata recusare conatur, eo quod sibi suspectum esse contendit; quod quidem an ei facere liceat, queritur. Et quia hodie quoque inter peritissimos variatur, quid pro hoc allegari valeat et qualiter respondeatur, attentius audiamus. Ex contrario sensu legis C. de iurisdictione omnium iudicum l. nemo <sup>12</sup> (C. 3, 13, 4) dicitur quidam <sup>13</sup> quod recte recusatur. Respondent quidam quod non de suo ordinario lex illa loquitur, quem ante et post recusare licet. Sed, et sicut puto, non bene hic argumentatur a contrariis: nam <sup>14</sup> quia lex dicit « post litem contestatam non licet », intelligendum est <sup>15</sup> quod ante licet; ergo nunc lex tantum de ordinario loquitur post litem contestatam, delegatum poterit semper <sup>16</sup> quis recusare; quod falsum est, ut C. de iudiciis l. apertissimi (C. 3, 1, 16). Sed et in illa dicit dominus Iustinianus, « quia cordi nobis est omnes lites sine suspicionem procedere ». Respondeo quod lex ista tota, ut ex eis verbis apparet, de solo loquitur delegato. Idem respondit Auth. quod est in Codice de litem contestatione, offeratur et cet. (C. 3, 9, 1 auth.). Quid ergo dicemus si obiciatur quod legitur in <sup>17</sup> D. de liberali causa l. si pariter (D. 40, 12, 9)? Nam lex dicit <sup>18</sup> iudicem qui de libertate cognoscit recusari posse si sit inimicus. Constat autem causam libertatis a iudice delegato audiri non posse, ut C. de pedaneis iudicibus l. placet (C. 3, 3, 2). Sed posset dici quod ibi erat delegatus a principe; melius tamen dicitur, quod verius est, quia non reus est ibi qui recusat, sed actor qui debebat ad eundem iudicem mitti cum eo qui agebat prius; ut verbi gratia: ego peto te in servitute sub uno consule qui est tibi iudex ordinarius; alius qui se dicit fructuarium vult te convenire sub alio consule qui similiter est sibi iudex ordinarius: non potest; sed tunc quidem non recusas; sed mittet eum hic secundus consul ad eum sub quo ego litigo, nisi hic sit inimicus fructuario. Ergo hic non tuum sed suum recusat iudicem. Hoc pro recusante. Contra ipsum est quod Imperator quibusdam personis concedit privilegium, ut suum iudicem valeant recusare, ut viduis, orphanis et miserabilibus personis, ut C. quando imperator inter pupillos vel viduas (C. 3, 14, 1). § 20. Item qui coactus est ab aliquo predito potestate filiam suam aut pupillam vel adultam eidem in matrimonio, licet de iure non teneat, copulare, poterit ipse et ipsa cum tota sua domo iurisdictionem eius <sup>19</sup> evitare, ut C.

<sup>1</sup> Cod. om. et. — <sup>2</sup> Cod. quod. — <sup>3</sup> Cod. inserit in. — <sup>4</sup> Cod. te. — <sup>5</sup> Cod. valeat. — <sup>6</sup> Cod. et ut. — <sup>7</sup> Cod. rimetteretur. — <sup>8</sup> Cod. generaliter. — <sup>9</sup> Cod. om. l. — <sup>10</sup> Cod. om. et. — <sup>11</sup> Cod. add. est.

— <sup>12</sup> Cod. toi. — <sup>13</sup> Scilicet Martinus, Cfr. Pillii. Ordo iudiciarius. Bergmann, p. 28. — <sup>14</sup> Cod. inserit si. — <sup>15</sup> Cod. om. est. — <sup>16</sup> Cod. om. semper. — <sup>17</sup> Cod. ut. — <sup>18</sup> Cod. dicitur. — <sup>19</sup> Cod. om. eius.

si quacumque peditus potestate (C. 5, 7); non est autem privilegium vel beneficium quod cuilibet permittitur iure communi, ut dicitur D. ad municipalem l. I (D. 50, 1, 1); et D. de legatis I l. si quando (D. 30, 1, 109). Dico igitur quod non poterit quis de iure communi ordinarium sibi recusare, ut in Auth. coll. VI ut iudices differentes § si vero contigerit (Nov. 86 c. 2).

§ 21. Hoc de ordinario; nunc de <sup>1</sup> delegato dicamus. Delegatum iudicem reus vel actor recte recusatur, ut C. de iudiciis l. cum specialis (C. 3, 1, 18); nisi cum uno recusato alter petitus est, ut in Auth. coll. V. de exhibendis et introducendis reis <sup>2</sup> § sancimus (Nov. 53, c. 3 § 1 et seqq.) Nec dico quod qui recusatur debeat causam recusationis exprimere, ut in suspecta dicitur hereditate, licet aliud videatur innuere <sup>3</sup> D. de liberali causa l. si pariter (D. 40, 12, 9); verum si recusato iudice partes dissentiant in electione, tunc <sup>4</sup> arbitrio delegantis est eligendus alter, ut C. de iudiciis l. cum specialis (C. 3, 1, 18). Ergo licet de hoc posset moveri bona questio, diffinitio causam quoniam etsi iudicem petii adhuc tamen ipsum potero recusare. Hec autem recusatio in libello recipienda est et ipsi quem recusavi <sup>5</sup> offerendus est libellus; si vero absit, ipsi deleganti; si vero <sup>6</sup> adest, apud defensores vel duumviros municipales, ut C. lege predicta (C. 3, 1, 18). Et hoc intra XX dies ex quo libellus est datus, ut in Auth. offeratur (C. 3, 9, 1 auth.).

Huius libelli conceptio talis est: « Quoniam res in periculo est » vel « talis est que tristissimos sortitur effectus sub iudice suspecto contendere <sup>7</sup>, ideo ego Iohannes Bassianus <sup>8</sup> te <sup>9</sup> Olivarium suspectum michi concipiens, audientiam tuam inter me et Guidardum, in integrum mihi recuso. <sup>10</sup> » Si absit qui recusatur in tertia persona hiisdem <sup>11</sup> verbis concipitur libellus. Hic queretur si princeps sine remedio appellationis causam alicui delegaverit cognoscendam, an liceat recusare suspectum; quod posse fieri intelligitur ex lege C. de sententiis et interlocutionibus l. ult. (C. 7, 45, 16). Sed Alexander III apostolicus ad consultationem doctoris mei, contra rescripsit in hec verba: « consuluit nos tua fraternitas » et cet. (Comp. I, 2, 20, 18).

§ 22. Queritur an alius a principe delegatus <sup>12</sup> possit delegare aliquem ne recusetur. Videtur quod possit; nam ut ipse, ut diximus, recusari non potest <sup>13</sup>, videtur

quod iurisdictionem suam <sup>14</sup> cum eodem iure possit alicui demandare. Sed hoc non videtur mihi; nam et a prefecto pretorio non appellatur, sed tamen ipse non poterit ius delegare ne appellaretur a delegato, ut D. a quibus appellare non licet l. tractandum est, in fine (D. 49, 2, 1); C. de sententiis prefectorum pretorio <sup>15</sup> l. I (C. 7, 42, 1).

§ 23. Hic queritur si forte dedit princeps iudicem sine remedio appellationis, et per hoc recusationis, ad unam rem de qua controversia movebatur, et post subiecit ut idem ipse de aliis rebus vel de qualibet actionis petitione cognosceret, nec adiecit « sine remedio appellationis » an in aliis valeat recusari; vel si possit in his ab eius sententia appellari. Quod possit probatur quia in uno prohibitum in ceteris hoc ipso videtur permissum, ut D. de instrumento legato l. quesitum § idem respondit domo, et l. cum de lanionis <sup>16</sup> § cui fundum (D. 33, 7, 12 § 43 et 18 § 11); et D. de auro et argento l. I (D. 34, 2, 1), et concordantia illius generalis. E contrario respondetur: Idem in ceteris intelligendum quod est in uno expressum quia precedens scriptura determinat subsequentem, ut D. de heredibus instituendis l. qui non militabat § Lucio (D. 28, 5, 78 § 1); inest enim verbi premissi tacita repetitio, ut Instit. ad legem Aquiliam § <sup>17</sup> capite (l. 4, 3 § 13); et totum generale de repetitione poterit hic allegari. Potest et illud allegari quod in constantia semper repellitur: cum ergo presumendum non est in principe, dico quod in nullo poterit recusari. Videtur determinatio tamen predicti apostolici contradicere. Ait enim: « si principalis causa fuerit sine appellatione commissa, et de aliqua exceptione suborietur questio et exinde appellationem fieri contingat, si principalis causa sine illa determinari non poterit ». Erit quidem eidem exceptioni supersedendum quousque fuerit sententia lata. Ex hoc datur intelligi per contrarium quod si possit absque illa terminari non <sup>18</sup> appellabitur. Si autem de falsi suggestionem in appellationem proruperit, non est propterea differenda sententia si in litteris quibus causa commissa est inhiberetur fuerit appellationis obstaculum, nisi et iudex probationes de falsi suggestionem voluerit admittere, ut in Extra. de appellationibus c. in eminenti si minor <sup>19</sup> (Comp. I, 2, 20, 40); quia de hoc omnes leges contra sentiunt, ut C. si contra ius vel utilitatem publicam l. II et III et V (C. 1, 22, 2 et 4 et 5); et C. de rescriptis

<sup>1</sup> Cod. om. de. — <sup>2</sup> Cod. om. de exhib. et introd. reis. — <sup>3</sup> Cod. imminere. — <sup>4</sup> Cod. et. — <sup>5</sup> Cod. recusavit. — <sup>6</sup> Cod. necis. — <sup>7</sup> Cod. contendente. — <sup>8</sup> Cod. lob. — <sup>9</sup> Cod. om. te. — <sup>10</sup> Cfr. Pillii Summam; Bergmann p. 31 § 10. — <sup>11</sup> Cod. hiisdem. — <sup>12</sup> Cod. om. delegatus. — <sup>13</sup> Cod. possit. — <sup>14</sup> Cod. iurisdictione sua. — <sup>15</sup> Cod. p. p. — <sup>16</sup> Cod. delationis. — <sup>17</sup> Cod. hoc tamen. — <sup>18</sup> Cod. om. non. — <sup>19</sup> Ita Cod. Nescio utrum Bassianus hoc sumpsit ex Compilatione prima an potius ex alia quadam compilatione nobis adhuc ignota. Compilatio prima habet in eminenti specula, nec habet § si minor. Alexandri quoque papae III decretalis

(Cfr. Iassè n. 8937 primae editionis et n. 14350 secundae editionis; Mansi Vol. XXII col. 394, 414, 423, XXI, 1087) nullam periodum vel paragraphum si minor habet. Ceterum nec decretalem consuluit nos tua fraternitas supra laudatam quae extat in prima Compilatione (Comp. I, 2, 20, 18), certe Bassianus non ex ipsa Compilatione prima sumpsit quum verba si principalis causa fuerit sine appellatione commissa et de aliqua exceptione suborietur questio, et exinde appellationem fieri contingat, si principalis causa sine illa determinari non potest, supra laudata nihil habent quod simile sit verbis in capitulo 18 (2, 20) Compilationis primae contentis.



l. ult. (C. 1, 23, 7); et quia potest accusari de crimine falsi, ut D. de in ius vocando l. sed et si hac <sup>1</sup> § patronum (D. 2, 4, 10 § 2).

§ 24. Queritur <sup>2</sup> si causa sine remedio appellationis commissa est, an possit queri de suggestione falsi. Utique non potest, ut in decretali super eo (Comp. I, 3, 30, 14) et decretali in eminenti specula (Comp. I, 2, 20, 40). § 25. Item queritur an causa ita commissa, possit litigator aliquo modo iudicis audientiam recusare. <sup>3</sup> In hoc eius audientiam recusare potest quidem in casu; dicit enim idem Alexander papa « si post citationem factam appellaret ». § 26. Item « arripiens ad nos iter veniendi non est audiendus, secus si ante citationem factam iter ceperit », ut in predicto capitulo in eminenti specula (Comp. I, 2, 20, 40). § 27. Item queritur <sup>4</sup> si is a quo appellatum est excommunicaverit appellentem, an talis appellatio teneat. Et certe non tenet, quia huius iudicis desiit esse iurisdictio. § 28. Item queritur <sup>5</sup> si duobus pluribusve causa sit delegata utrum possit unus <sup>6</sup> altero absente vel mortuo iudicare. Videtur quod possit, ut D. de procuratoribus l. qui proprio § ult. (D. 3, 3, 46 § 7); et arg. decretalis in eminenti (Comp. I, 2, 20, 40).

§ 29. <sup>7</sup> Vidimus de iudicis persona; nunc videamus diligenter de personis litigantium. Omnis enim qui agit vel convenitur aut suo nomine aut alieno contendit. Ne <sup>8</sup> agat suo nomine prohibetur infans, furiosus, servus, nisi in casibus, ut si agat pro libertate vel <sup>9</sup> pro alimentis, et si sit servus principis. His in omnibus casibus, etsi criminaliter agat, admittitur. Impubes sine tutore vel curatore, nisi agat pro momentaria possessione vel de exhibendo libero homine, adultus sine curatore, filius sine patre in cuius est potestate nisi habeat peculium castrense vel quasi in quo loco patris est, non admittitur. Sed hoc locum videtur habere in adeunda tantum hereditate illustris, et qui superillustris <sup>10</sup> est in pecuniaria causa, vel in iniuriarum etiam, vel criminali. § 30. Item non potest conveniri nomine alieno infans, furiosus, minor sine tutore vel curatore. Quid ergo si tutorem vel curatorem non habeat? Dabitur ei ab <sup>11</sup> adversariis vel ipsis vel aliis postulantibus, ut C. qui petant tutores l. I, et l. admone eam (C. 5, 31, 1 et 7). § 31. Sed quilibet idoneus potest defendere prestita iudicatum solvi cautione, sicut et quilibet alius defenderetur, ne indefensi dampnentur, ut C. de procuratoribus l. exigendi (C. 2, 13, 12). § 32. Quod si non est qui defendat eos, evocatis et requisitis omnibus quos verisimile est eorum defensionem non obmissuros, mittitur <sup>12</sup> actor in possessionem rei de qua agitur, nisi per contumaciam absit. Tunc enim, si in rem agat, in omnia bona fit missio, ut D. ex quibus causis in possessionem

eat l. Fulcinius § item videamus et § Celsus (D. 42, 4, 7 § 16 et § 17); vel si in personam agitur omnium bonorum olim; hodie vero pro mensura declarati debiti, ut D. quibus ex causis in possessionem eat l. hec autem, l. I et l. II et l. Fulcinius § plane et § Celsus (D. 42, 4, 5 et 1, et 2, et 7 § 10 et § 17). § 33. Sive cum in personam conveniuntur eorum bona distrahantur nisi obligata fuerint a decessore, ut D. quibus ex causis in possessionem eat l. III (D. 42, 4, 3); et nisi cum hoc eis competit, ut D. eod. l. Fulcinius § plane (D. 42, 4, 7 § 10), si impubes sint, nam ea que ipsorum favore introducuntur, non debent in eorum lesionem converti, ut C. de legibus et constitutionibus l. quod favore (C. 1, 14, 6). Et multe ad hoc sunt ibi bone concordantie. § 34. Item cum in rei possessionem adversarius mittitur non debet iudex iubere possidere. § 35. Sed etsi iusserit, contra <sup>13</sup> auctoritatem tamen rei iudicate poterit <sup>14</sup> habere et debet in integrum restitui, ut D. de dampno infecto l. si finita § si forte (D. 39, 2, 15 § 22). Que omnia dici possunt competenter et in ecclesia. Sed licet per se suo vel alio nomine agant de momentaria possessione, non tamen conveniuntur sine legitimo defensore, ut C. qui legitimam personam l. I (C. 3, 6, 1); aliter contra hos sententia lata non tenet, ut C. si adversus rem iudicatam l. ult. (C. 2, 27, 5); et C. quomodo et quando l. si preses (C. 7, 43, 6); D. de re iudicata l. acta <sup>15</sup> § contra (D. 42, 1, 45 § 2). Quod iuris est in minores et furiosos idem est et in ceteris qui curatorem habent, ut surdus, mutus, prodigus, et qui perpetuo morbo laborat, ut rebus suis superesse non posset. Filiusfamilias in non castrensibus sydere debet pretore auctore, ut C. de bonis que liberis l. cum non solum <sup>16</sup> (C. 6, 61, 8) asserit. Hec tamen loquitur tantum de adventitia hereditate. Quod si pater vel alius eum non defendat, ipse se poterit defendere, ut D. de noxalibus actionibus l. quotiens (D. 9, 4, 34). Ibi enim dicitur « ex causa delicti » quia eadem intervenit ratio. § 36. Idem dico et in contractu, ut D. de iudiciis l. tam, et l. solemus (D. 5, 1, 57 et 61). Hodie si pater non consentiat, alium curatorem filio ad litem datur. Servus convenitur ex maleficio criminaliter; pecuniariter vero non convenitur de aliqua re, nisi de momentaria possessione, ut C. qui legitimam personam l. I (C. 3, 6, 1). Sed servus principis ut liber convenitur in omnibus sicut et aget, ut C. ubi cause fiscales l. et si, et l. ult. (C. 3, 26, 6 et 11). § 37. Illustris et superillustris non convenitur suo nomine per se in causa pecuniaria vel iniuriarum et criminali, ut in Auth. coll. VI ut ab illustribus (Nov. 71); et C. de iniuriis l. ult. (C. 9, 35, 11). Hoc idem quoque conceditur uxoribus eorum vel liberis masculini sexus, vel filiabus

<sup>1</sup> Cod. hoc. — <sup>2</sup> Cod. inserit an. — <sup>3</sup> Cod. om. iudicis audientiam recusare. — <sup>4</sup> Cod. inserit an. — <sup>5</sup> Cod. inserit an. — <sup>6</sup> Cod. inserit ab. — <sup>7</sup> Adest in margine rubrica. R. que persone pro se et aliis possint agere vel alios defendere. — <sup>8</sup> Cod.

inserit quis. — <sup>9</sup> Cod. si. — <sup>10</sup> Cod. supra illustrem. — <sup>11</sup> Cod. eis om. ab. — <sup>12</sup> Cod. admittitur. — <sup>13</sup> Cod. propter. — <sup>14</sup> Cod. inserit tamen. — <sup>15</sup> Cod. om. acta lacuna quadam relicta. — <sup>16</sup> Cod. om. cum non solum.

etiam superstitibus, vel uxoribus maritis viventibus. Sed nec deportatus agit vel convenitur suo nomine cum fiscus hoc faciat quia in omnia illius bona succedit, ut D. de fideiussoribus l. si debitori deportatio (D. 46, 1, 47), ut D. de capite diminutis l. I (D. 4, 5, 1). Sed hodie non publicantur bona, sed gratia conservata ascendentes et descendentes detinent usque ad tertium gradum, ut in Auth. coll. III; de mandatis principum § oportet (Nov. 17 c. 1); in Auth. coll. IX ut nulli iudicum § quoniam vero § ult. (Nov. 134, c. 4 et c. 12). § 38. Sed neque monachus, cum ei tamquam mortuo succedat monasterium, et hic amittat omnium rerum dominium, ut in Auth. coll. I de monachis § illud quoque (Nov. 5 c. 5). § 39. Sed videtur contra dicere in Auth. coll. VI apud quos<sup>1</sup> oporteat (Nov. 79); sed intelligendum est quod contra monasterium idem<sup>2</sup> ius habetur<sup>3</sup> quam si<sup>4</sup> contra monachum ageretur.<sup>5</sup> Ex delictis tamen post<sup>6</sup> commissis monachus, et sicut depositarius recte suo nomine convenitur criminaliter, ut D. de penis l. aut dampnum § inter eos, et l. in servorum § qui ex causa, et l. capitalium § in exilibus (D. 48, 19, 8 § 6 et 10 § 1 et 28 § 13); ut D. de accusationibus l. si cui § ult. (D. 48, 2, 7 § 5); et in Auth. de sanctissimis episcopis § si monachus (Nov. 123, c. 42); et in Auth. coll. III de nuptiis § II (Nov. 22, c. 2). § 40. Sed numquid de ante commissis conveniatur? Respondeo.....<sup>7</sup>:

§ 41. Nunc de his qui alieno nomine agunt vel conveniuntur videamus; et quidem alieno nomine agit tutor, curator, negotiorum gestor et procurator. § 42. Interdum tamen non potest agere tutelam vel curam minor aut pupillus vel alius qui sit sub tutela vel cura, ut C. de legitima tutela l. nemo (C. 5, 30, 5). Filius enim familias recte tutelam gerit vel curam, ut in Inst. de tutelis (I. 1, 13). § 43. Item episcopus et monachus et presbiter nec non et diaconi et subdiaconi, qui possunt interdum gerere aliorum tutelam vel curam certa tamen forma, ut in Auth. coll. VIII de sanctissimis episcopis § Deo autem (Nov. 123, c. 5). Ceteri vero clerici sine distinctione non prohibentur, ut C. de episcopis et clericis l. generaliter<sup>8</sup> (C. 1, 3, 52). § 44. Item prohibetur miles, femina, excepta matre vel avia que certa forma admittuntur, ut in Auth. coll. VIII ut liceat matri et avie § I (Nov. 117, c. 1)<sup>9</sup>; § 45. De furiosis aut servis et colonis et libertis supervacuum est admonere; agunt enim de momentaria possessione etiam alieno nomine, ut C. qui legitimam personam l. III<sup>10</sup> (C. 3, 6, 3); et C. si per vim vel alio modo absentis possessio l. II<sup>11</sup> (C. 8, 5, 2). Procuratorio nomine non aget ser-

vus, nec miles, nisi adversarius ignorante iudice eum militem esse hanc exceptionem obmiserit; nec clericus, ut in Auth. de sanctissimis episcopis coll. VIII § aliud et (Nov. 123); quod intelligo in ecclesiastica causa. § 46. Item nec mulier, nisi pro parente quem impedit valetudo contraria, ut D. de procuratoribus l. feminas<sup>12</sup> (D. 3, 3, 41); nec accusatus, ut D. de procuratoribus l. minor (D. 3, 3, 51); nec minor, in ea videlicet causa in qua restitui posset, nec etiam hiis collaterales. Quem constat non habere mandatum, ut falsus procurator repellitur, nisi pro coniuncta persona agat, ut C. de procuratoribus l. exigendi (C. 2, 13, 12); et D. de procuratoribus l. sed hec<sup>13</sup> (D. 3, 3, 13); nam tunc admittitur oblata cautione de rato, nisi contrarium mandatum appareat. § 47. Quod si dubitetur, distinguit Bulgarus<sup>14</sup>; nam si dicat adversarius eum procuratorem non esse, non admittitur, nisi se procuratorem probaverit. § 48. Si vero dubitet adversarius, de rato procurator cavebit, ut C. de procuratoribus l. I cautio (C. 2, 13, 1). At Placentinus<sup>15</sup> semper electionem adversario dat, velitne probare contrarium mandatum an sibi de rato caveri velit. § 49. Ego autem puto electionem procuratoris esse velitne probare mandatum an cavere de rato, nisi eum constet habere mandatum; nam tunc admittitur sine cautione. Si vero certum est eum non habere mandatum, tunc etiam cum cautione non admittitur, ut D. de procuratoribus l. sed hec<sup>16</sup> (D. 3, 3, 13); nisi agat pro coniuncta persona; tunc enim etiam sine mandato admittitur ut C. de procuratoribus l. exigendi<sup>17</sup> (C. 2, 13, 12). Necesse tantum habet omnis procurator actoris cavere de defendendo, ut D.<sup>18</sup> de procuratoribus l. servum (D. 3, 3, 33). § 50. Orphanotroffos in causa orphanorum, syndicus in causa rei publice seu collegii, yconomus in causa ecclesiastica certum est agere vel conveniri posse alieno nomine, ut C. de sacrosanctis ecclesiis l. iubemus<sup>19</sup> (C. 1, 2, 14 § 5); et D. quod cuiuscumque universitatis nomine l. neque § 1<sup>20</sup> (D. 3, 4, 1 § 1). Conveniuntur alieno nomine et quilibet etiam masculus idoneus idest maior, non furiosus nec prodigus vel consimiles; etiam sine mandato admittuntur ad defendendum: satisfabit tantum iudicatum solvi; que cautio<sup>21</sup> prestanda est sive mandatum habeat sive non, ut C. de sacrosanctis ecclesiis l. iubemus<sup>22</sup> (C. 1, 2, 14 § 5). Hii autem qui ex officio defendere debuerint, si non defendant, ab agendo repelluntur et ab administratione.

§ 51. Item circa iudices habetur inspectio mixta ut licet quis valeat iudex esse, non tantum erit iudex cuiuslibet litigantis, etsi alias ille iure valeat litigare,

<sup>1</sup> Cod. viros. — <sup>2</sup> Cod. ut. — <sup>3</sup> Cod. om. habetur. — <sup>4</sup> Cod. om. si. — <sup>5</sup> Cod. agebatur. — <sup>6</sup> Cod. potest. — <sup>7</sup> Adest lacuna in Cod. — <sup>8</sup> Cod. habet quamdam lacunam: ex coniectura supplevi C. de ep. et cler. l. generaliter. — <sup>9</sup> Cod. inserit et in Auth. coll. IX, const. ex. his. — <sup>10</sup> Cod. l. — <sup>11</sup> Cod. ult. — <sup>12</sup> Cod. poss. valetudo. — <sup>13</sup> Adest lacuna in Cod.; l. sed hec

ex distinctione d. Hugonis supplevi. — <sup>14</sup> Cod. B. — <sup>15</sup> Cod. P. — <sup>16</sup> Adest lacuna in Cod.; supplevi ex coniectura ex d. Hugonis distinctione l. sed hec. D. de proc. — <sup>17</sup> Cod. om. C. proc. exi. lacuna quadam relicta. — <sup>18</sup> Cod. C. — <sup>19</sup> Cod. om. iubemus. — <sup>20</sup> Cod. om. neque § l. — <sup>21</sup> Cod. que iam traditio. — <sup>22</sup> Cod. om. iubemus.



ut ecce pater non erit iudex filio suo nomine litiganti, nec uxori nec libertis nec hiis quos secum habet, ut D. de iurisdictione omnium iudicum l. qui iurisdictioni (D. 2, 1, 10); et C. ne quis in sua causa iudicet l. I (C. 3, 5, 1); et D. de receptis l. quin<sup>1</sup> (D. 4, 8, 6); et C. de testamentis l. consulta (C. 6, 23, 23); et C. de episcopis et clericis l. placet<sup>2</sup> (C. 1, 3, 17). Item non erit quis iudex ordinarius maioris vel paris sui, nisi ille se iurisdictioni sue obiecerit, ut D. ad Trebellianum l. ille a quo § tempestivum (D. 36, 1, 13 § 4); et D. de iurisdictione omnium iudicum l. est receptum (D. 2, 1, 14). Et hec est mixta causarum consideratio<sup>3</sup> iudicis et litigatoris quia par pari imperare non potest, ut C. de legibus et constitutionibus principum l. digna vox (C. 1, 14, 4); et D. de receptis l. quin<sup>4</sup> (D. 4, 8, 6); et in Inst. de satisfactione tutorum in princ. (I. 1, 24).

§ 52. Subtilius dicetur de consideratione persone litigatorum et cause<sup>5</sup>; ibi enim iudicis tantum et litigatoris consideratio est, ubi litigatorum res non est de iurisdictione iudicis sub quo litigatur, ut C. si non a competente iudice l. I (C. 3, 4, 1); et C. quando provocare non est necesse l. certa (C. 7, 64, 5); et D. de officio proconsulis l. I (D. 1, 16, 1). Delegatus tamen iudex sicut et compromissarius ad invicem sibi esse possunt pater et filius, ut D. de iudiciis l. in privatis causis (D. 5, 1, 77); et D. de receptis l. quin etiam (D. 4, 8, 6). Est tamen notandum quod filius creatus pretor cogit patrem heredem institutum ex Trebelliano hereditatem adire, et fideicommissaria restituere, ut D. ad Trebellianum l. ille a quo, in fine legis, et l. nam quod (D. 36, 1, 13 § 5 et 14). Item ei qui agit iniuriarum non erit iudex gener, socer, vitricus, privignus, vel sobrinus vel qui cum eo consanguinitate vel affinitate contingit, quive eius parentis cuius patronus erit, ut D. de iniuriis l. lex Cornelia (D. 47, 10, 5). Et hoc est inspectio personarum duarum idest iudicis et actoris.

§ 53. Item litigatorum ad invicem consideratio habenda est, idest quia servus meus me convenire non potest, nisi in questionibus criminalibus, ut D. de iudiciis l. vix certis (D. 5, 1, 53); et pro libertate sibi prestanda, ut D. de in ius vocando l. is quoque qui (D. 2, 4, 9).

§ 54. Ego vero recte in omnibus servum meum accuso sed pecuniariter in nullo ipsum convenire possum, ut C. de iudiciis l. cum debitoris (C. 3, 1, 7); et C. de noxalibus actionibus l. ult. (C. 3, 41, 5). Item alimenta sibi relicta servus recte iudicis petit officio, ut D. de alimentis legatis l. servus ad custodiam (D. 34, 1, 17). Item nec inter me et liberum et quem in potestate habeo iudicium esse potest, nisi de castrensi peculio vel quasi, ut D. de iudiciis l. lis nulla (D. 5, 1, 4); nisi

forte ut emancipem eum, quod cogor facere in tribus casibus, ut D. de conditionibus et demonstrationibus l. si cui libertas (D. 35, 1, 50); et D. si a parente quis fuerit manumissus l. ult. (D. 37, 12, 5); et C. de episcopali audientia l. si lenones (C. 1, 4, 12); et D. de adoptionibus l. nonnumquam (D. 1, 7, 32). Item me recte convenit et ego ipsum pro alimentis prestandis, ut D. de liberis agnoscendis l. si quis a liberis (D. 25, 3, 5); et ut admoneatur ad reverentiam parenti exhibendam, ut C. de patria potestate l. congruentius, et l. filia tua (C. 8, 47, 4 et 5). Sed nec filius emancipatus parentes suos utriusque sexus accusat, ut C. ad legem Corneliam de falsis l. falsi quidem<sup>7</sup> (C. 9, 22, 5); et D. de accusationibus l. hii tamen omnes § liberi (D. 48, 2, 11 § 1). § 55. Sed nec eum accusabitur qui ab infantia te nutrit, ut C. qui accusare non possunt l. iniquum (C. 9, 1, 17); sed nec familiaris tuus te accusabit, nec libertus patronum, ut C. qui accusare non possunt l. si quis ex, et l. ult. (C. 9, 1, 20 et 21). Sed nec frater fratrem accusabit de magno crimine, ut C. qui accusare non possunt l. si magnum, et l. si sororem (C. 9, 1, 13 et 18). Puto tamen quod in his casibus se recte accusabunt in quibus servi dominum accusant ut superius dictum est parentes liberos accusant, ut C. qui accusare non possunt l. propter (C. 9, 1, 14). § 56. Item accusatus accusantem<sup>8</sup> non accusat in minori vel pari crimine, ut C. qui accusare non possunt l. I, et l. neganda (C. 9, 1, 1 et 19). In civili etiam negotio adhuc habetur mixta inspectio. Liberi enim omnes, etiam qui in potestate non sunt, parentes in ius temere non vocabunt, idest sine venia. Item nec libertus patronum liberosve eius nec etiam parentes patroni in infinitum, si tamen habent ius patronatus. § 57. Item nec patroni coniugem, heredesve patroni extraneos etiam temere in ius vocabit, ut D. de in ius vocando l. quisque § pretor et l. quia, et l. parentes, et l. adoptivum, et l. quoque, et l. sed et si hac lege (D. 2, 4, 4 § 1, et 5 et 6 et 8 et 9 et 10); et C. de in ius vocando l. I, II et III (C. 2, 2, 1 et 2 et 3). Permittit autem pretor quandoque contra omnes supradictas personas agere, si actio non sit famosa vel turpis, ut D. de in ius vocando l. sed et si § pretor (D. 2, 4, 10 § 12). § 58. Item quandoque permittit pretor contra patronum agere etsi turpis sit vel famosa actio, ut si atrox valde iniuria liberto fuerit illata, ut D. de in ius vocando ead. l. (D. 2, 4, 10). Famosa dicitur actio ex qua damnatum comitatur infamia, ut furti et de dolo et quedam alie; turpis autem dicitur actio que licet expressim hominem non infamet eius tamen opinionem gravat, ut furtiva conditio et interdictum unde vi, ut D. de obsequiis liberorum l. honori, et l. parens, et l. licet (D. 37, 15,

<sup>1</sup> Legem non laudat Cod. lacuna quadam relicta; supplevi ex coniectura quin. — <sup>2</sup> Cod. om. placet lacuna quadam relicta; supplevi ex coniectura. — <sup>3</sup> Cod. deatio. — <sup>4</sup> Cod. om.

quin lacuna relicta; supplevi ex coniectura. — <sup>5</sup> Cod. inserit idest con. — <sup>6</sup> Cod. D. — <sup>7</sup> Cod. siquidem. — <sup>8</sup> Cod. inserit se.

2 et 5 et 7). Qui autem contra hec vocaverit in L. aureos punietur. Sed in tribus casibus pena remittitur, ut D. de in ius vocando l. quamvis, et l. in eum (D. 2, 4, 11 et 24). § 59. Item impuberes puellas<sup>1</sup> qui in potestate agunt non permittit pretor sine venia<sup>2</sup> in ius vocare ut D. de ius vocando l. neque<sup>3</sup> (D. 2, 4, 22). Item matresfamilias idest note auctoritatis feminas nemo in iudicium per se venire compellet, sed per procuratorem litigabit, ut C. de advocatis diversorum iudiciorum l. I (C. 2, 7, 1)<sup>4</sup>.

§ 60. Item negotiorum et iudicum mixta consideratio est habenda quia de quibusdam negotiis quidam iudices non cognoscunt nec pronuntiant, ut ecce pedanei iudices non de statu cognoscunt sed viliora negotia tractant ut C. qui pro sua iurisdictione l. I (C. 3, 4, 1). § 61. Item defensores civitatis non ultra trecentos aureos cognoscere possunt, ut in Auth. coll. III de defensoribus civitatum § et agit<sup>5</sup> (Nov. 15, c. 3 § 2); nisi ex consensu partium, ut D. de iudiciis l. de qua re § iudex qui usque ad certam (D. 5, 1, 74 § 1). § 62. Item delegatus non a principe de statu non cognoscet, nec etiam de crimine iudicabit. § 63. De arbitro quoque notandum est quod non cognoscet de liberali vel famoso iudicio, quod criminaliter intelligo, ut D. de receptis l. non distinguemus § Iulianus, et § de liberali (D. 4, 32 § 6 et § 7). § 64. Item nec in tua causa etiam delegatus cognosces vel iudicabis, ut C. ne quis in sua causa (C. 3, 5); et D. de iudiciis l. Iulianus ait si alter (D. 5, 1, 17). § 65. Item nec in ea causa iudicabis in qua advocatus fueris, ut D. de iurisdictione omnium iudicum l. pretor (D. 2, 1, 17); et licet quidam dicant quod lex illa tantum consulat, videtur tamen quod necessitatem imponit; nam nec assidebis in causa in qua advocacionem prestitisti inantea, ut C. de assessoribus l. ult. (C. 1, 51, 14). Et conveniens ratio redditur huic negotio, « ne incorrupti iudicis nomen perferre non possit », ergo nec is de quo agitur iudex erit, cum dicat dominus Iustinianus « cordi nobis est lites sine suspicione procedere », ut C. de iudiciis l. apertissimi (C. 3, 1, 16). Hic ergo suspectus cum sit, iudex in eadem causa esse non poterit ut C. de testibus l. ult. (C. 4, 20, 20). Et caveas ne dicas quod liceat adversario hunc recusare suspectum, quod esset contra sententiam nostra. Non enim adversarius hic recusat, sed lex eum iudicem esse prohibet ob certam causam. § 66. Porro qui dicunt legem superiorem dare consilium, ubi dicit « ne incorrupti iudicis nomen » et cet., hoc de suo marsupio habent. Et argumentantur: Iste iudex qui ante fuit advocatus potest hanc causam delegare; secundus enim idem dicit, ergo multo magis

idem ipse poterit iudicare. Quod non sequitur et secundum legem falsificare hoc modo<sup>6</sup>. § 67. Illustris et superillustris pecuniariam causam et iniuriarium et criminis potest alteri demandare movendam; ergo et ipse movere potest. Quod falsum est, ut C. de iudiciis l. ult. (C. 3, 1, 18); in Auth. coll. V. ut ab illustribus § sancimus<sup>7</sup> (Nov. 71, c. 1). § 68. Sed mihi potest opponi lex illa C. qui pro sua iurisdictione l. I (C. 3, 4, 1); ibi enim dicitur quod ita demum delegatio valet si ad iurisdictionem pertineat delegantis. Quod concedo, et hoc etiam dico ad iurisdictionem delegatam pertinere, licet ipse de eadem re iudicare non possit. § 68. Sequitur videre de tempore; et quidem prohibetur quis ad iudicium vocare tempore messium et vindemmiarum, ut D. de feriis l. I (D. 2, 12, 1); et congrua redditur ratio quia occupati circa rem rusticam in forum compellendi non sunt. § 69. Unde queritur si eo tempore vocetur vir scholasticus vel etiam alius qui non impeditur rebus rusticis utrum hanc possit declinationem habere. Quod non possit probatur per legem D. de iudiciis l. de eo, et l. quid enim (D. 5, 1, 26 et 27); et omnes concordantias<sup>8</sup> illius generalis « sublata causa vel cessante, tollitur vel cessat effectus ». Dico tamen quod declinabit quia ista prohibitio generalis est; et pro me allego legem illam D. qui et a quibus manumissi l. prospexit legislator (D. 40, 9, 12); et concordantias illius generalis « causa sublata vel cessante non tollitur eius effectus neque cessat » et totum aliud generale « standum est legis generalitati », ut D. de testamento militis l. in fraudem, in fine legis (D. 29, 1, 15). Volente tamen reo, rata sit vocatio, ut D. de feriis l. I (D. 2, 12, 1). § 70. In prescriptione autem est tempus vindemmiarum et messium duorum mensium, ut C. de feriis l. omnes (C. 3, 12, 3). Et est sciendum quod iudex nullas ferias de novo constituet, ut C. de feriis l. a nullo (C. 3, 12, 4); constitutas autem a legibus ut messium et vindemmiarum secundum consuetudinem cuiusque regionis apto tempore disponet, ut D. de feriis l. presides (D. 2, 12, 4). Ex quibusdam tamen causis recte transit vel mittitur vocatio in consuetudine, ut D. de feriis l. I § sed etsi et l. II et III (D. 2, 12, 1 § 1 et 2 et 3); et C. de feriis l. publicas (C. 3, 12, 5). § 71. Item tempore quadraginta dierum<sup>9</sup> non agitur de criminalibus criminaliter, ut C. de feriis l. quadraginta (C. 3, 12, 6); ut in questione latronum, ut C. eod. l. provinciarum (C. 3, 12, 7). § 72. Item nulla causa diebus dominicis est agitanda vel diebus natalitiis apostolici utriusque Rome, neque Kalendis januariis, neque XV diebus paschalibus, VII precedentibus et VII subsequenter pascalem diem, et maxime ipso medio; vel Natali, vel Epiphanie, vel apostolice

<sup>1</sup> Cod. om. puellas. — <sup>2</sup> Cod. p' (puellas) accusare. — <sup>3</sup> Cod. om. neque lacuna quodam relicta. — <sup>4</sup> Lex laudata minime de matrefamilias loquitur. — <sup>5</sup> Cod. om. et agi lacuna quodam

relicta. — <sup>6</sup> Ita Cod. habet. Certe locus inscitia librarii corruptus est. — <sup>7</sup> Cod. om. sancimus lacuna quodam relicta. — <sup>8</sup> Cod. concordantie. — <sup>9</sup> Cod. om. dierum.



passionis totius Christianitatis magistre, vel natalitiis Imperatoris vel ortu imperii eius, ut C. eod. l. omnes (C. 3, 12, 7).

§ 73. Nunc de iurisdictione<sup>1</sup> dicamus. Et quidem reus declinat iudicium si ad forum alienum vocatur idest quod suum non est. Suum autem est rationaliter ubi domicilium habet, ubi deliquit, ubi contraxit. Contraxisse autem videtur ubi quis se soluturum constituit, ut C.<sup>2</sup> de bonis auctoritate iudicis possidendis l. I (C. 7, 72, 1). § 74. Item ubi quis negotium alterius gessit ex quacumque causa. § 75. Item ubi res est de qua agitur, quod de re tantum immobili quidam intelligunt. § 76. Item de fideicommisso ubi res legata est vel pars hereditatis maior. § 77. Item de causa status ibi agitur ubi quis tamquam fugitivus se contulit vel unde recessit. § 78. Item ubi facta est vis ibi agitur vel ubi res est de cuius possessione contenditur. § 79. Domicilium autem ibi quis habere dicitur ubi suarum fortunarum summam constituit re ipsa et facto, ut D. ad municipalem (D. 50, 1); et C. lib. X de incolis l. cives (C. 10, 39, 7). § 80. Sed qui manumittitur patroni vel patrone domicilium sequitur, ut D. ad municipalem l. assumptio, in fine (D. 50, 1, 6); quod intelligendum est quando patronus ibi domicilium habet unde est eius origo; alioquin non, ut D. eod. l. eius qui<sup>3</sup> (D. 50, 1, 27). In hac autem lege subauditur « tantum ». § 81. Item mulier legitimi mariti domicilium sequitur, eoque mortuo retinet quoad secundas nuptias contraxerit, ut C. lib. X de incolis l. ult. (C. 10, 39, 9); et D. ad municipalem l. filii § vidua (D. 50, 1, 22 § 1). Secus si non sit maritus legitimus, ut C. de incolis l. ult. § (C. 10, 39, 9); et D. ad municipalem l. de iure § mulieres (D. 50, 1, 37 § 2). Item relegatus ubi relegatus est, ut D. eod. l. filii libertorum §<sup>4</sup> relegatus (D. 50, 1, 17 § 3); sed eo unde arcetur potest habere, ut D. eod. l. eius qui manumisit § ult. (D. 50, 1, 27 § 3). § 82. Item miles ubi moratur si nil in patria possidet. § 83. Item senatores in urbe, ut C. de incolis l. senatores (C. 10, 39, 8). § 84. Potest ergo quis plura domicilia habere. § 85. Potest etiam sine domicilio esse, ut D. eod. l. eius qui manumisit § si quis negotia (D. 50, 1, 27 § 1). Ex hoc § apparet quod potest quis domicilium proprie originis derelinquere; nam de incola non est dubitandum, licet videatur contradicere quod D. eod. l. assumptio (D. 50, 1, 6) legitur; ibi enim dicitur quod recusando quis patriam mutare non potest, sed intelligo quoad originem habeat. § 85. Originem enim quis perpetuo retinet nisi eximitur ab ea privilegio dignitatis, ut D. eod. l. filii libertorum § senatores (D. 50, 1, 22 § 6); sed domicilium est proprium aut<sup>5</sup> temporale prout quis voluerit habere, ut D. eod. l. libertus § patris, et l. placet (D. 50, 1, 17 § 11

et 3). § 86. Sed posset responderi quod idem demum domicilium potest quis derelinquere quod habet ex sua voluntate, idest incolatus; sed non patrie, idest; necessarie originis. Et pro eo quod de incolatu dicitur, allegatur quia quod consensu contractum est contrario consensu dissolvi potest, ut C. quando liceat ab emptione discedi l. I (C. 4, 45, 1); et D. de regulis iuris l. nil tam naturale est (D. 50, 17, 35). Et secundum hoc responditur illi § si quis negotia (D. 50, 1, 27 § 1); quod patria erat amissa vel forte capite minuta, ut Troia; vel per eum qui senatoriam dignitatem fuerat adeptus fuerat amissa patria quoad eum, ut D. ad municipalem l. filii libertorum<sup>6</sup> § senatores; et in lege sequenti municeps<sup>7</sup> (D. 50, 1, 22 § 6 et 23). § 87. Sed ego puto quod sine constitutione habeat quis domicilium unde habeat originem nisi constituat se ibi nolle habere. § 88. Sed et hoc infantes recte habebunt, ut D. eod. l. assumptio, in fine legis (D. 50, 1, 6). § 89. Item habet quis domicilium ubi stetit per decennium, ut C. de incolis l. II (C. 10, 39, 2). § 90. Sed et licet quis domum in civitate possideat, non tamen ob hoc solum in ea domicilium habet, ut D. eod. l. libertus § solo (D. 50, 1, 17 § 5). § 91. Item Rome potest quilibet conveniri; est enim communis patria omnium, ut D. eod. l. Roma (D. 50, 1, 33). Excipiuntur qui ob aliam causam Romam vocati sunt; hii enim non conveniuntur ibi, nisi forte de eo quod ibidem quandoque contraxerint. § 92. Sed puto quod legatus et hii omnes quos princeps Romam vocavit, nec de hiiis etiam que ibidem contraxerint ibi posse conveniri, nisi hoc in eadem legatione contraxerint; tunc enim ibi conveniuntur nisi casualiter excipiantur, ut D. de iudiciis l. II § legatis, et § omnes et § sed si agant et l. si quis in legatione, et l. non alias et l. si legationis, et l. sed etsi (D. 5, 1, 2 § 3 § 5 § 6 et 8, et 24, et 25, et 28). § 93. Item et a Roma in provinciam forum revocat clericus vel episcopus qui ut procurator pro negotiis ecclesie sue Romam venit; et etiam si pro negotio civitatis ut in Auth. de sanctissimis episcopis § si vero episcopi vel clerici (Nov. 123 c. 26). § 94. Hec autem que de veteri Roma idest de urbe, diximus, et de nova Roma idest Constantinopoli intelligamus; nam Rome veteris nova prerogativa letatur, ut C. de sacrosanctis ecclesiis l. omni (C. 1, 2, 6); et C. lib. XI de privilegiis urbis Constantinopolitane l. urbs<sup>8</sup> (C. 11, 20, 1). Privilegio tamen ipsa hodie per quandam sacratissimam<sup>9</sup> authenticam quidam cessare faciunt, ut in Auth. ut omnes obediant iudicibus coll. V § si igitur (Nov. 69 c. 2). § 95. Item ubi quis semel passus est adversus se litem contestari necesse habet usque ad finem litis perseverare, ut C. ubi de criminibus l. I (C. 3, 15, 1); et D. de iudiciis l.

<sup>1</sup> Cod. litis ratione. — <sup>2</sup> Cod. D. — <sup>3</sup> Cod. inserit vel. — <sup>4</sup> Cod. om. filii libertorum §. — <sup>5</sup> Cod. et. — <sup>6</sup> Cod. eum qui — <sup>7</sup> Cod.

municipes. — <sup>8</sup> Cod. om. urbs lacuna quadam relicta. — <sup>9</sup> Cod. factuissimam.

ubi acceptum (D. 5, 1, 30); nisi in casu veluti si adversus legatum Rome lis fuerit contestata, cum esset tempore peritura, ut D. de iudiciis l. sed etsi § sed etsi (D. 5, 1, 52 § 2). § 96. Nunc de cause ratione dicamus. Causa enim declinandi iudicium multiplex est. Alia est enim ratione divini iuris; alia humani iuris. § 97. Ratione divini iuris in ius non vocabis pontificem dum sacra facit vel eos qui propter loci religionem se iisdem movere non possunt, ut D. de in ius vocando l. I (D. 2, 4, 1). Hoc etiam intelligo et in ceteris qui sacris Dei interim ministrant, etsi non sint pontifices, sed sacerdotes vel diaconi aut subdiaconi vel alii clerici. Forsan et laici ad hoc necessarii excusantur; cum enim necesse habent ibi stare, non debent in ius vocari, ut D. de in ius vocando l. quique litigandi (D. 2, 4, 4). § 98. Ratione humani iuris; alias ratione honoris publici vel publice necessitatis, alias ratione private: hoc est que spectat ad privatam necessitatem vel eius rem singularem. § 99. Honoris publici ratione in ius non vocas magistratum qui habet imperium et qui potest coercere aliquem et iubere in carcerem deduci, ut consulem, prefectum, pretorem, et consimiles, idest illustres. Sed nec presidem, licet sit clarissimus, ut in Auth. de non alienandis § ult. (Nov. 7 c. 12); habet enim imperium, ut D. de officio presidis l. preses (D. 1, 18, 3). Et quod dicit « coercere » intellige pena graviore, nam modicam coercionem habent magistratus minores, ut D. de officio eius cui mandata l. ult. (D. 1, 21, 5). Hii, namque minores recte vocari possunt, ut D. de iniuriis l. nec magistratibus (D. 47, 10, 32); sed illa greca lex D. de iudiciis l. magistratus (D. 5, 1, 48) generaliter prohibere videtur. § 100. Sed intelligo de maioribus magistratibus; nec contradicit legi illi de iniuriis l. nec magistratibus (D. 47, 10, 32); sed addit aliquid<sup>1</sup>, hoc scilicet ne omnes agere possint, idest pro omni causa. Recte tamen vocabuntur si pecuniam pro administratione dedisse vel accepisse dicantur, vel si in officio suo officii occasione deliquerint, ut in coll. II ut iudices sine quoquo suffragio fiant § si quis autem preter hoc (Nov. 8 c. 8 § 1); et C. ad legem Iuliam repetundarum l. iubemus (C. 9, 27, 4). § 101. In crimine autem maiestatis<sup>2</sup> huiusmodi exceptio cessat; quia in eo omnium est exequata conditio, ut C. ad legem Iuliam maiestatis l. III (C. 9, 8, 3). Et hec intelligo non solum si subiectus iudicem suum vocare velit, sed etiam si alienigena fuerit. Clericus autem adversus episcopum, et episcopus adversus metropolitanum suum recte excipitur, ut in Auth. de sanctissimis episcopis § si quis vero sanctissimorum et § si autem a clerico (Nov. 123 c. 22 et c. 21).

§ 102. Hic autem non alienum mihi videtur exponere apud quem ecclesiastica persona conveniatur. Omnis ecclesiastica persona pro re pecuniaria, idest non crimine,

apud suum episcopum convenienda est. Idem in episcopum ut apud suum archiepiscopum conveniatur, et sic deinceps. Posset tamen defendi quod episcopus et archiepiscopus nunquam sunt sub civili iudice conveniendi, ut in Auth. de sanctissimis episcopis § si quis vero sanctissimorum et § si autem a clerico (Nov. 123 c. 22 et c. 21). § 103. Si vero cause natura non patiat apud episcopum de causa cognoscere, forte quia libertatis causa est, que non nisi per presidem examinanda est, ut C. de pedaneis iudicibus l. II (C. 3, 3, 2); et D. de receptis l. non distinguemus § de liberali (D. 4, 8, 32 § 7); aut aliqua forte necessitas eum impediatur, ut adversa valetudo, vel prohibeatur a iure, forte quod ante episcopatum alicui partium in hac causa patrocinium prestitit, ut D. de iurisdictione omnium iudicum l. pretor (D. 2, 1, 17); aut si episcopus causam differat, actor civilem iudicem adeat. Clericus tunc nec fideiussorem dabit neque iurabit; sed cavebit cum ypotheca rerum suarum quasi dicat res suas non pignorabit sed ypothecabit. § 104. Si vero res suas non habeat, alias res ypothecae non dabit, ut in Auth. coll. VIII de sanctissimis episcopis § si quis contra aliquem et § si que autem pro pecuniaria (Nov. 123, c. 21 in princ. et § 2). § 105. Si autem de crimine litigandum fuerit, siquidem civile crimen est, civilis iudex erit adeundus; qui licet reum invenerit accusatum, tamen non<sup>3</sup> condemnabit eum statim, sed gesta apud se habita ad episcopum suum mittet; et si sufficere videbuntur, episcopus ordine graduque ecclesiastico expoliabit accusatum, et post civilis iudex penam corporalem competentem imponet. Puto tamen quod ab initio cogatur respondere sub episcopo suo si accusator maluerit, ut in Auth. de sanctissimis episcopis § si vero crimen (Nov. 123 c. 21 § 2). § 106. Sed si fuerit crimen canonicum, solus cognoscet episcopus, ut in Auth. coll. VI ut clerici apud proprios episcopos conveniantur (Nov. 83); et in Auth. de sanctissimis episcopis § si que<sup>4</sup> contra aliquem et § si vero crimen et § si que autem pro pecuniaria et § si autem ecclesiastica<sup>5</sup> (Nov. 123 c. 21 in princ. et §§ seqq.). § 107. Est autem hic notandum quod licet in canonica causa civilis iudex nullam communionem habeat si accusetur clericus, episcopus tamen si accusetur laicus habet iurisdictionem, ut in Auth. coll. III<sup>6</sup> de mandatis principum § si vero cum te non (Nov. 17 c. 3 in fine).

§ 108. Ratione utilitatis publice non est vocandus qui necesse habet in expeditionem proficisci vel esse; licet quidam scripserunt neminem esse vocandum expeditionis tempore; commodius tamen est quod ego dico et pro eo quod ipsi dicunt non est argumentum nisi quod de tempore vindemiarum dicitur forte; sed pro me est D. de in ius vocando l. vocari et l. III (D. 2, 4, 2 et 3). § 109. Item eum qui equo publico vehetur

<sup>1</sup> Cod. grecum. — <sup>2</sup> Cod. magistratus. — <sup>3</sup> Cod. om. non. —

<sup>4</sup> Cod. que. — <sup>5</sup> Cod. inserit et § si vero crimen. — <sup>6</sup> Cod. III.



non vocabis, ut D. eod. l. II (D. 2, 4, 2). § 110. Necessitatis private vel rei singularis multe sunt cause. Ecce enim qui necesse habet in uno iudicio sistere, vel in alio loco, non est interim vocandus ad aliud iudicium, ut D. de in ius vocando l. III (D. 2, 4, 3). Quod « interim » intelligo « in ipso momento. » non « lite pendente » nam interim dispositione cessante recte in iudicium quem vocabis etiam ad alium iudicem et de eadem re, ut D. de petitione hereditatis l. cum qui (D. 5, 3, 44). Eadem reclamare videtur D. de custodia et exhibitione reorum l. II § qui rei (D. 48, 3, 2 § 2). § 111. Sed ad maius auditorium recte vocaberis, ut D. de re iudicata l. quod (D. 42, 1, 14). § 112. Item nec eam que nubit, neque eum qui uxorem ducit, nec qui ducit funus familiare, vel qui iusta facit mortuo vel qui cadaver prosequitur, eo tempore, in ius non vocabis, ut D. de in ius vocando l. II (D. 2, 4, 2). Et quod cadaver dicitur, subaudi « familiare », et legendo litteram repete « familiare ». § 113. Sed hodie per Authenticum etiam infra lugubres dies non inquietabuntur predicti, creditore tamen nulla interim timente prescriptione, ut in Auth. coll. VIII cum de appellatione cognoscitur § hec autem (Nov. 115 c. 5). § 114. Necessitates autem plures sunt quibus inchoari iudicium differtur, et ceptum prorogatur adeo ut si quis necessitate fuerit impeditus etiam pena si iudicio non sisteret promissa non committitur, nisi fuerit impeditus a privato. Tunc enim pena committitur, et qui impediverit eum ad omne interesse huius vel alterius damni nomine tenebitur, ut D. de eo per quem factum erit l. ex hoc (D. 2, 10, 3). **Io. B.**

§ 115. Quicumque vult actionem suam proponere, primum intentionem suam<sup>1</sup> et intentionis causam in libello, qui conventionalis dicitur, debet explanare<sup>2</sup>. Qui libellus porrigendus est iudici ab actore et per iudicem offerendus est reo. Hic autem erit processus et ordo. § 116. Cum actor vult talem libellum porrigere, primo satisfacere debet cum fideiussore quod usque ad finem litis permanebit et causam per se vel per procuratorem exercebit, et si victus fuerit iniuste movisse litem prestabit reo decimam partem quantitatis<sup>3</sup> in libello comprehense. § 117. Quod si iuret fideiussorem se dare non posse, loco fideiussoris iuratoriam cautionem exponet semel ne sepius iuret, et in libello per se vel tabularium profiteri debet se facturum que superius dicta sunt. § 118. Hoc facto, iudex libellum recipit, reum verbo admonet ut veniat; et postquam venerit, satisfacit iterum actor executori et reo quod infra duos menses litem contestabitur; aut, si quod ob hoc reus damnum sentiet, in duplum ei restituet, dumtamen cautio non transcendat summam XXX et VI aureorum. Potest tamen dici quod iudex statim libellum recipiat, sed postea

actor ante cautionem prestabit utramque quam iudex reo libellum dirigat § 119. His ita dispositis, reo libellus offeratur. Qui satisfactionem prestabit quod sistet iudicio, ut in Auth. coll. VIII de litigiosis § ad excludendas (Nov. 112, c. 2); et in Auth. coll. VII de executoribus in princ. tit. (Nov. 96); et in Auth. coll. V de exhibendis et introducendis reis § sancimus igitur. (Nov. 53, c. 3 § 1). § 120. Sed et iudicatum solvi debet satisfacere is qui convenitur suo nomine, ut in Inst. de satisfactionibus § sed hec hodie (l. 4, 11 § 2). § 121. Ex consuetudine tamen hominum modernorum hodie talis non praestatur cautio ab actore de contestanda lite infra duos menses et de prestanda decima parte. Sed quia irrespit utilitas pignorum (est enim tutius pignori incumbere quam in personam agere, ut in Inst. de actionibus (l. 4, 6); et plus est cautio in rem quam in personam)<sup>4</sup> ideo nova hominum consuetudo ferrea et tenacissima, nova<sup>5</sup> etas ab utroque pignora recipit idest reo et actore. Quod si pignora non possit alteruter dare, ab eis tunc demum fideiussorem accipiunt: ab actore, ut puto, propter homines nostri temporis qui sportulas non exigunt ab initio, et ut metu pignorum eius contumaciam compescere iudex possit et punire; a reo autem recipiuntur pignora quod stabit iudicio. Sed pignora, si habent, retinent ob causas quas in actore diximus. Quod si iuret reus vel actor se fideiussorem neque pignora dare posse qui nec pignora dedit, tunc loco fideiussoris sue cautioni iuratorie committetur. § 122. Ex consuetudine tamen quarundam gentium est ut primo reus admoneatur per executores iudicis et sic demum libellum suscipiet. § 123. Sed licet diximus, et verum est, quod in omni causa libellus est iudici porrigendus, posset tamen quis quibusdam quarundam legum argumentis in contrarium uti, ut D. de privatis delictis l. ult. (D. 47, 1, 3); et de furtis l. ult. (D. 47, 2, 92). Item non videtur iste libellus necessarius in causa que est infra CCC. aureos, ut in Auth. coll. VI de iudiciis in tertio columpello, ibi § audient igitur (Nov. 82, c. 5). Sed non est ita: libellus enim iudici porrigitur, sed reus per ammonitionem idest per adnotationem vel scripturam citatur. § 124. Libellus autem iste ita commode concipitur: « Vobis consulibus Bononie conqueror ego Iohannes de Uberto Hermanni qui C. sol. pisanorum debet mihi<sup>6</sup> quos ei mutuo dedi, unde supplico vobis ut mihi plenam iustitiam faciatis vel fieri faciatis ». § 125. Item subscribo: « Ego Iohannes, et profiteor me usque ad finem litis in hac causa permansurum et eam per me vel per legitimum procuratorem acturum, et si victus fuero iniuste movisse litem decimam partem petite quantitatis dabo predicto Uberto ». Sed hanc subscriptionem non exigit consuetudo nostri

<sup>1</sup> Cod. om. suam, quod habet P. — <sup>2</sup> P. explicare. — <sup>3</sup> Ita P. Cod. quantitatis partem decimam. — <sup>4</sup> Cod. addit

ut et postea lacunam habet. — <sup>5</sup> Cod. Iovis. — <sup>6</sup> Cod. om. mihi.

temporis, sed nec audivimus nec vidimus hanc fieri temporibus nostris.

§ 126. Queritur an, si generaliter dixit « conqueror de Uberto Hermanni, » an possit talem libellum reus recusare et alium petere sibi dari. Videtur quod non, ut C. de annali exceptione l. ult. (C. 7, 40, 3). Sed contrarium dicitur in Auth. coll. VIII de litigiosis § ad (Nov. 112, c. 2). Ibi enim dicitur « decimam partem quantitatis libello comprehense » per quod satis apparet quantitatem libello comprehendi debere. Item queritur si quantitatem expressit, utrum et causam ex qua debeatur exprimere debeat et exponere. Videtur quod non ex eadem lege secunda C. de annali exceptione (C. 7, 40, 2). Sed certe lex illa est intelligenda quoad perpetuitatem actionis si iudex vel officialis talem libellum noluerit suscipere; nec enim dico cogendum, nam perpetuate sunt actiones actoris dumtamen per executorem reus fuerit admonitus, ut C. de prescriptione XXX annorum l. sicut (C. 7, 39, 3). § 127. Quod autem causam, ex qua reus debeat, cogatur actor exprimere, docetur ex lege D. de ré iudicata l. et an eadem § actiones (D. 44, 2, 14 § 2); et D. de noxalibus actionibus l. in delictis § si detracta (D. 9, 4, 4 § 3). Quid ergo si quis speciem certam petat utique eam certam demonstrare debebit et designare, ut D. de furtis l. in actione furti, et l. si quis uxori (D. 47, 2, 19 et 52); et D. deposito l. I. § si quis argentum (D. 16, 3, 1 § 40). Hec cum in personam agitur.

Si autem in rem actionem quis voluerit intendere, in hec verba commodissime poterit formare libellum: « Deo et vobis consulibus Bononie conqueror ego Iohannes de Uberto Hermanni qui iniuste retinet fundum meum romanum positum in casali Panicalis. » Oportet enim hic rem certa significatione demonstrari, ut D. de rei vindicatione l. si in rem (D. 6, 1, 42 vel 51). Queritur an et hic causam cogatur exprimere, verbi gratia: « fundum qui meus est ex traditione Seii<sup>1</sup>. » Quod arguitur per l. D. de re iudicata l. si mater § denique, et l. et an eadem § actiones (D. 44, 2, 11 § 1 et 14 § 2). § 128. Si autem possessionem quis recuperare velit, ita conqueretur: « Deo et vobis consulibus Bononie conqueror ego Iohannes de Uberto Ermanni qui mihi per vim abstulit possessionem illius fundi » et cet. Vel ita: « qui per vim detinet possessionem illius fundi quem sibi locavi. » Vel de possessione retinenda ita: « Conqueror de Uberto qui inquietat mihi possessionem illius rei » vel « qui non permittit vel sinit me illam rem quiete possidere. » Ex his ergo que dicta sunt patet quod in actione in rem sufficit si dicat se dominum, etsi non exprimat dominii causam. § 129. Sed numquid sufficit si dicat rem de qua queritur ad se pertinere? Quod videtur posse probari; nam potest proponere rei vindicationem et publicianam, dumtamen protestetur se ex una tantum velle consequi ius suum, ut D. quorum legatorum l. 1 et II § quod ait (D. 43, 3, 1 et 2 § 1); et D. de verborum significatione l. verbum pertinere (D. 50, 16, 181). Et certe bonum esset actori si eius libellus admitteretur in forma tali. Sed quia verbum pertinere nimis late patet, ut dicitur in illa lege de verborum significatione l. verbum (D. 50, 16, 181), dico quod beneficium editionis reo salvum non est; non enim potest plene instructus esse utrum<sup>2</sup> velit cedere an contendere. Nam semper per editionem sic debet certiorari ut de hoc plene instrui possit, ut D. de edendo l. I (D. 2, 13, 1); et in Auth. coll. V de exhibendis et introducendis reis § sancimus (Nov. 53). § 130. Item queritur an in libello sit edenda actio nomine etiam actionis expresso. Et prudentissima Pisanorum civitas inter cetera que sapienter disposuit et observat, nomen expressum actionis exprimi constituit in libello; secundum quod accepi,<sup>3</sup> ut non liceat actori devagari et petitionem suam obscuram facere, propter quod merito constitutum est, maxime cum lex ipsa dicat cogendum fore actorem actionem eligere, ut D. de tributoria actione l. quod in herede § eligere (D. 14, 4, 9 § 1); et D. de legatis II l. cum filius § variis (D. 31, 1, 76 § 8). Hoc tamen intelligendum est nisi actor dubitet et vacillet super facti varietate, ut D. quorum legatorum l. I et II § quod ait (D. 43, 3, 1 et 2 § 1). § 131. Dominus vero Placentinus<sup>4</sup> dicebat hoc ipso in libello nomen actionis exprimi quod in eo causa exprimitur; ut ecce dicit aliquis rusticus forte vel laicus: « peto a te X quia rem meam tibi pro X vendidi. » Ecce cum hic dicat causam ex qua debetur, videtur ipso iure ex vendito actionem proponere; dicit enim ipsam rem, ut ita dixerim, rationem debendi esse actionem. Quod quidem infinitis rationibus posset reprobari et reprobabo dante domino cum tempus habuero. Crede mihi domine Iohannes, particeps meorum scriptorum et consors nominis mei, quod, si diutius vixero, istud quicumque vult, quod a preludio iudiciorum incipit cum diffinitiva sententia terminabitur, appellationum tractatu forte, utpote utilissimo, non omisso. Sed ad presens quod vobis promiseram satis exsolvi. § 132. Adhuc tamen in hoc opusculo et illud admonere te volo, quod sunt qui dicunt generaliter de rebus incertis libellum posse porrigi, ut ecce « de omnibus que fuerunt patris mei, » recte libellus concipitur; inter quos<sup>5</sup> est vir grandis et auctoritatis et nominis magister Aldericus. Sed procedente iudicio, post actor edit actionem, nec tamen dicit eam edendam in libello: dicit enim actorem res quas petit et causam petitionis debere certificare; et ita respondet omnibus legibus quas supradiximus de facienda certificatione ab actore. § 133. Sed hoc evidenter constat esse falsum: reus enim non

<sup>1</sup> Cod. Segi. — <sup>2</sup> Ita P. Cod. om. utrum. — <sup>3</sup> Cod. accepit.

— <sup>4</sup> Cod. P. — <sup>5</sup> Cod. in quoque.



debet respondere nisi scripte petitioni, et per scripturam debet instrui ad cedendum vel ad contendendum, quod non posset fieri in illa generalitate, ut supra dictum est. Sed hec sententia defenditur quam magister Aldericus et alii quidam tenent per supradictam legem C. de annali exceptione l. ult. (C. 7, 40, 3). Sed lex illa intelligitur, sicut supra diximus, quoad perpetuitatem actionis. Item quia facit obscuritatem generalitas, ut D. de iure fisci l. Ita (D. 49, 14, 40), si obiiciatur mihi quod ubi ambiguitas est id intelligatur venire de quo actor consenserit, ut D. de verborum obligationibus l. inter stipulantem § sacram (D. 45, 1, 83 § 5); respondeo: hoc pro me facit, ideo enim contingit quia est quod imputetur reo qui non postulaverit rem sibi certam designari. Quod autem legitur in D. de iudiciis l. solemus (D. 5, 1, 61); solemus<sup>1</sup> quidem dicere omnia in iudicium venire nisi de quibus actum est ne venirent, de his intelligo que continentur sub petitione actoris. Alioquin qui unam solam actionem sibi competere protestatus esset, ceteras quoque actiones perpetuasse videtur quo nihil est falsius, ut D. ad exhibendum l. si quis hominem (D. 60, 4, 17); et D. de rei vindicatione l. si in rem, et l. si possessor (D. 6, 1, 51 et 55). § 134. Dico igitur in libello et rem<sup>2</sup> certa demonstratione debere designari, et post etiam in iudicio nomen actionis specialiter exprimi, non tamen in libello ex necessitate inseri. Sed tamen quandam noto differentiam inter actiones universales et generales et speciales, quia in specialibus actionibus ab initio certam rem dicere debet petitor, et in certum quid reus condemnari debet, ut D. de rei vindicatione l. si in rem (D. 6, 1, 51); et D. de furtis l. a Titio (D. 47, 2, 64); et D. depositi l. I (D. 16, 3, 1). § 135. In generalibus vero res certa ad initio non petitur ex necessitate; sed in certum quod condemnatio fit: D. pro socio l. verum est<sup>3</sup> (D. 17, 2, 63). Sed nec in universalibus res certa ab initio ex necessitate petitur nec in certum quid ex necessitate fieri debet condemnatio, ut D. si pars hereditatis petatur l. non possumus (D. 5, 4, 7). § 136. Speciales autem actiones vocamus rei vindicationem, publicianam, mandati alicuius rei specialis, commodati, depositi. Generales autem actiones vocamus pro socio, negotiorum gestorum; item tutele et generalis<sup>4</sup> mandati bonorum omnium vel alicuius negotiationis generaliter facte, ut D. pro socio l. verum est<sup>5</sup> in princ. (D. 17, 2, 63). Universales autem actiones vocamus petitionem hereditatis, familie herciscunde, ut D. de petitione hereditatis l. item videndum § ult., et l. non tamen (D. 5, 3, 18 § 2 et 53). § 137. Item quod actio sit edenda certa non dubia probatur aperte C. de edendo l. edita actio (C. 2, 1, 3); per quod probatur actionem edi debere dum

dicit « edita actio speciem future litis demonstrat ». Item argumentum est quod dicitur D. familie herciscunde l. fundus § si ego (D. 10, 2, 50 § 1); ubi dicitur quod si a communiione discedere volo, impetrare debeo familie herciscunde iudicium; aliter enim hereditas dividi non potest. Item argumentum est D. familie herciscunde l. I (D. 10, 2, 1); et C. de quadriennii prescriptione l. ult.<sup>6</sup> (C. 7, 37, 1); et argumentum D. quod metus causa l. extat (D. 4, 2, 13); et D. ad exhibendum l. III § si quis noxali (D. 10, 4, 3 § 7); et D. de negotiis gestis l. si pupilli § ult. (D. 3, 5, 6 § 12); et D. de origine iuris in princ. (D. 1, 2, 2 § 6); ubi dicitur quod actiones invente sunt ut inter se homines disceptarent; et argumentum est D. de edendo l. I rub. I (D. 2, 13, 1); nemo enim sine actione experitur, ut D. de administratione tutorum l. quotiens (D. 26, 7, 9). § 138. Sed contrarium videtur dici in Inst. de actionibus in princ. (I. 4, 6); ibi enim dicitur quod si quis rem suam esse dicat in rem est actio per quod videtur expressim actionem edi non debere, sed sufficere causam tantum proponi vel exprimi; et illud pro se inducit in hac parte dominus Placentinus.<sup>7</sup> § 139. Sed contra hoc sic poterit responderi: in eod. tit. invenitur § sic itaque discretis (I. 4, 6 § 14); quia fur tenetur hac actione si apparet eum dare oportere; non tamen istud verbum « si apparet eum » et cet. est actio. § 140. Item D. de tritico<sup>8</sup> (D. 33, 6); legitur quod qui pecuniam muneratam petit, illa actione si certum petatur experitur, non tamen dicitur recte quod si certum petatur sit actio. § 141. Verum potest congruentius dici quod hodie non sit necesse propositio actionis; cum enim iudicia olim ordinaria erant, per quandam sollempnitatem verborum actiones proponebantur in tantum quod si in ipsa propositione sollempni verborum concepta cadebat ab una tantum sillaba, etiam a tota causa cadebat, et sic erat quedam aucupio sillabarum, ut C. de formulis et interpretationibus sublatis l. I (C. 2, 58, 1); et D. de negotiis gestis l. antepenult. (D. 3, 5, 47); et in Inst. de successioneibus sublatis que fiebant per bonorum venditiones in princ. (I. 3, 13); et in Inst. de interdictis § ult. (I. 4, 15 § 8). Nam quia hodie omnia iudicia sunt ordinaria non habet locum actionis propositio sicut ex predictis legibus probatur, unde nulla etiam est hodie differentia inter actionem utilem et directam; tantundem enim consequitur per utilem quantum per directam, ut D. de negotiis gestis l. antepenult. (D. 3, 5, 47). § 142. Hec ad presens de editione actionis satis dixisse sufficiat.

§ 143. Quoniam omnium legumlatorum sollicita semper fuit intentio ne quis maxime in superioris accusationes aliorumque de facili prosiliat, ut D. de accusationibus l. si quis<sup>9</sup> (D. 48, 2 4); idcirco plurimas invenerunt

<sup>1</sup> Cod. om. solemus. — <sup>2</sup> Cod. om. rem. — <sup>3</sup> Cod. arbiter. — <sup>4</sup> Cod. generale. — <sup>5</sup> Cod. arbiter. — <sup>6</sup> Cod. inserit § ult.

— <sup>7</sup> Cod. P. — <sup>8</sup> Cod. triticar. — <sup>9</sup> Adest tucuna quaedam in Cod.

vias quibus accusati suos accusatores repellerent ab accusatione plurimum. § 144. Equius enim putaverunt peccatores interdum sine pena dimittere quam aliquem innocentem sicut peccatorem dampnare. Sancius est enim impunitum facinus delinquentis dimittere quam innocentem damnare, ut D. de penis l. absentum (D. 48, 19, 5); quod plurimum fieret si cuiuslibet accusatio qualitercumque deberet admitti. § 145. Sunt autem plura talia quibus accusatores ab accusatione procul arceantur que omnia si diligenter adtenderemus manifestissime intelligemus. Et quidem canonicos suos accusantes episcopos ab ipso accusationis limine fore longius repellendos dubium non est, ut....<sup>1</sup> Videndum itaque et querendum erit in primis an nomine universitatis vel collegii sive conventus accusent an suo proprio. Si enim nomine collegii dico eos non debere admitti; nec quidem alieno nomine quem poterint accusare. Nec etiam tutor nomine pupilli, ut D. de publicis iudiciis l. penult. § ad crimen (D. 48, 1, 13 § 1); et C. de his qui accusare non possunt l. II (C. 9, 1, 2). § 146 In casu tamen specialiter hoc permittitur ut si illustris persona, vel uxor aut liberi eius accusent aliquem de iniuria. Sed hoc non contradicit nobis tum quia speciale est, tum quia crimen iniurie inter privata delicta computatur, ut C. de iniuriis l. si quando (C. 9, 35, 11). § 147. Sed videtur contrarium nobis quod dicitur C. de his quibus ut indignis l. Polla (C. 6, 35, 2); ibi enim dicitur quod si tutor pupilli nomine vult testamentum dicere falsum, quod recte poterit experiri. Sed huic contrarietati ita respondeo quia ibi tutor civiliter volebat agere de falso; potest enim et de falso civiliter agi, ut C. de transactionibus l. si ex falsis (C. 2, 4, 42); et C. ad legem Corneliam de falsis l. si lis (C. 9, 22, 11). Vel aliter etiam illi legi poterit responderi; nam licet suo nomine tutor accusator intelligitur, tamen pupilli nomine accusat, quia ibi res ad pupilli pertinet utilitatem. § 148. Sic et accusator quem alius supponit, utrum quidem suo nomine agit? Et dicitur etiam supponentis nomine agere, ut C. de calumpniatoribus l. nostris (C. 9, 46, 8); nam si subponentis nomine accusaret, tunc ipse qui supposuit accusare diceretur per istum quem supposuit et ita ille esset accusator, et sic in Turpillianum incidere; et si non in Turpillianum, in sententiam tamen, at in solam sententiam incidit, ut D. ad Turpillianum l. I § incidit (D. 48, 16, 1 § 13). Possumus et aliter tertio modo solvere ut dicamus hoc esse in falsi crimine speciale quia simile est pecuniarie cause, unde super eodem transigitur, licet super certis criminibus que sanguinis penam non irrogant minime transigitur, ut C. de transactionibus l. transigere (C. 2, 4, 18). Et ad pecuniarium etiam spectat commodum, quemadmodum vidimus in patrono qui ingratum libertum suum per procuratorem accusat,

ut D. de procuratoribus l. sed hec § patronus (D. 3, 3, 35 § 1); hoc autem ideo contingit quia tunc agitur de pecuniario commodo, vel non nocet istud quia huius criminis non est publica accusatio; alias enim semper qui accusat debet semper ore proprio quod intendit asserere, ut C. de iniuriis l. ult (C. 9, 35, 11). § 149. Si vero suo nomine agit; si plures similiter accusare volunt, iudex eligere debet eum qui accusat, ut D. de accusationibus l. si plures (D. 48, 2, 16). Constat ergo quod plures non sint insimul admittendi, ut in Decretis c. II q. VII c. lator Nemesion (Dec. II, 2, 7, 44). Immo etiam si iam sim accusatus ab aliquo, de eodem crimine ab alio accusari non possum, ut C. de accusationibus l. qui de crimine (C. 9, 2, 9); et fortassis nec de alio etiam crimine potero accusari, ut D. de accusationibus l. hii § ult. (D. 48, 2, 11 § 2); et C. ad legem Iuliam de adulteriis (C. 9, 9); et D. vi bonorum raptorum l. qui<sup>2</sup> (D. 47, 8); et D. ad legem Iuliam de adulteriis (D. 48, 5). Unus autem qui valet admitti, saltem his causis que secuntur diligenter inspectis, facile per unam ex eis poterit removeri. § 150. Ecce enim publico iudicio dampnatus alium non accusat, nisi vel rem suam vel liberorum suorum mortem vel iniuriam, vel patronorum suorum etiam, prosequatur. § 151. Item calumpniator, alias de calumpnia dampnatus, non accusat. § 152. Item qui intromissus est in arena ut cum bestiis depugnaret. § 153. Item qui artem ludicram fecit § 154. Item qui lenocinium exercuit. § 155. Item qui calumpnie prevaricationisve sue causa quid in iudicio publico fecisse pronuntiatum est. § 156. Item qui ob accusandum vel negotium alicui faciendum pecuniam accepisse iudicatur, ut D. de accusationibus l. qui iudicio (D. 48, 2, 4), et C. qui accusare non possunt l. neganda<sup>3</sup> (C. 9, 1, 19). § 157. Nota quod publico iudicio damnato lex ista permittit accusare si rem suam vel liberorum mortem aut patronorum exsequatur. § 158. Quare si alias suorum iniuriam exsequatur non debet admitti ad accusandum, alioquin frustra fieret hic mentio de damnato cum l. eiusdem tituli, hii tamen (D. 48, 2, 11). § 159. Ita demum dicas<sup>4</sup> infames admitti ad accusandum si suam vel suorum liberorum aut patronorum iniuriam exsequantur. § 160. Constat enim quemlibet publico iudicio damnatum illico per sententiam infamari, ut D. de publicis iudiciis l. infamem (D. 48, 1, 7). Dico igitur quasi infamior repellitur, ut ita dixerim, et omnino, nisi sicut isti, non admittitur. § 161. Ceteros autem quos lex predicta qui publico (D. 48, 2, 4) prohibet, in nullo alio casu dicam debere admitti, nisi in crimine maiestatis forte; nam cum lex de damnato excipiat, et non de aliis, debemus intelligere non idem in ceteris posse concedi, ut D. de fundo instructo, et instrumento legato l. quesitum est § idem respondit domo instructa (D. 33, 7, 12 § 43); et totum illud generale

<sup>1</sup> Lacuna. — <sup>2</sup> Cod. om. qui. Ex coniectura suppleri. — <sup>3</sup> Cod.

om. neganda. Ex coniectura suppleri. — <sup>4</sup> Cod. dicat.



posset adduci « quod in uno conceditur in ceteris prohibetur », ut D. de iudiciis l. cum pretor (D. 5, 1, 12). § 162. Item accusare prohibetur qui minus L. aureos habet, ut D. de accusationibus l. nonnulli (D. 48, 2, 10). 163. Item prohibentur accusare qui falsum testimonium dixerint, ut D. eod. l. alii (D. 48, 2, 9). § 164. Et quod in hac lege redditur ratio prohibitionis super suspitione calumpnie, dico igitur quod ubicumque est quasi suspicio calumpnie repellitur aliquis ab accusando. Ratio enim legis generalis esse debet, ut D. de fonte § hoc interdictum (D. 43, 22, 1 § 1). § 165. Ubicumque enim iuris eadem censetur ratio, ibidem eadem oportet iura servari, ut in Inst. de legitima parentum tutela (I. 1, 18). § 166. Item mulier et pupillus non accusant. § 167. Item infamis non accusat propter delictum suum. § 168. Item qui duo iudicia adversus duos reos habent subscripta. § 169. Item magistratus, qui sine pena in ius vocari non possunt. § 170. Item magistratus superiores suos non accusat. § 171. Item liberti patronos suos non accusant; quod multum facit ad hanc causam. § 172. Sed canonici quasi liberti intelliguntur episcopi qui interdum eius vasalli sunt; quod vero de libertis dicitur in legibus, ex regni consuetudine in vasallo etiam ab omnibus observatur. § 173. Et nota quod liberi non accusant parentes, etiam si suam vel suorum iniuriam prosequerentur; sed per actionem civilem consulere possunt sibi, ut D. de accusationibus l. hii tamen (D. 48, 2, 11). § 173. Immo hoc ipso puniuntur quod vuluerint accusare parentes, ut C. qui accusare non possunt l. ult. (C. 9, 1, 21). § 174. Ergo nec canonicus episcopum, quem ut patrem spirituales revereri oportet, licite accusat, ut in Auth. coll. VII. constitutio que dignitatibus § palam (Nov. 81, c. 3) nullatenus accusare valent. § 175. Quod mulier et omnes quos postea enumeravimus supra sint ab accusatione repellendi habetur D. de accusationibus l. qui accusare (D. 48, 2, 8); in qua lege et illud exprimitur quod illi qui stipendia merent, propter sacramentum quod milites prestant omnino accusare non possunt; quanto magis clericus prohibetur quem soli Deo militari oportet, et de cuius forte exercitu secundum nominis interpretationem esse debet alius, et maxime prelatum suum non accusabit! Nam et hic stipendia ex alteri meret. § 176. Quare sicut milites a castris sine licentia eorum prepositi non debent discedere, ita et ipse qui seipsum Deo vovit non debet contra preceptum apostoli secularibus negotiis implicare; sed in castris Domini iugiter permanere, et eius signis et vexillis continue adherere, ut C. locati et conducti l. milites (C. 4, 65, 31); et C. lib. XII. de re militari l. tribuni, et l. milites (C. 12, 36, 11 et 15). § 177. Hii ergo milites tam spirituales quam seculares non sunt ad accusationes admittendi nisi certis in causis et specialiter legibus expressis. § 178. Item magistratus superiores non sunt in iudicio pro aliqua causa vocandi, ut D. de in ius vocando l. II (D. 2, 4, 2); et D. de iniuriis l. nec magistratibus (D. 47,

10, 32). § 179. Est autem episcopus magistratus, et quidem non minimus; immo de illustribus, et par quidem prefecto pretorio, ut C. de episcopali audientia l. episcopale (C. 1, 4, 8); et C. de episcopis et clericis l. ad similitudinem (C. 1, 3, 31). § 180. Videtur ergo quod sicut illustris dignitas, ita et episcopalis liberat quem a patria potestate, ut C. de decurionibus l. ult. (C. 10, 31, 66); et in Auth. coll. VII constitutio que dignitatibus § I et II et § palam (Nov. 81 c. 1, 2 et 3); et in Auth. coll. VIII de sanctissimis episcopis § sed hec quidem (Nov. 123). § 181. Sed et certum est quod est episcopus<sup>1</sup> iudex ordinarius clericorum suorum, ut in Auth. coll. VI. ut clerici apud proprios episcopos (Nov. 83). § 182. Sed et in re aliena ex consensu litigantium iudicat, ut C. de episcopali audientia l. episcopale (C. 1, 4, 8). § 183. Ergo dominus episcopus non est in suo magistratu conveniendus, sicut nec ceteri magistratus conveniuntur, nisi qui deliquerint circa officium adipiscendum, vel si eius occasione subiectos obpresserint, ut C. ad legem Iuliam repetundarum l. iubemus (C. 9, 27, 4); et in Auth. coll. II, ut iudices sine quoquo suffragio fiant § illud (Nov. 8, c. 10). § 184. Videtur autem quod magistratus in civili causa recte possit conveniri.<sup>2</sup> § 185. Preter hoc etiam expressissimam habeo legem contra legatum Cesaris vel presidis, ut D. de accusationibus l. hos accusare (D. 48, 2, 12); est autem dominus episcopus preses quia comes est de comitatu investitus per principem. Presidis enim nomen generale est, ut D. de officio presidis l. I (D. 1, 18, 1). § 186. Sed nec legatus provincie de delictis antea commissis poterit conveniri in legatione, ut in predicta lege D. de accusationibus (D. 48, 2, 12). § 187. Nec respondendum censeo quorundam fatuitati, quasi dubitandum sit an episcopus comes esse valeat, nam sacrilegium est disputare an is dignus sit quem imperator elegerit, ut C. de diversis rescriptis l. sacrilegii (C. 1, 23, 5); et C. de crimine sacrilegii l. II (C. 9, 29, 2); et de adoptionibus l. magistratum (D. 1, 7, 4). § 188. Item de episcopis nominatim cavetur, ut C. de episcopali audientia l. decernimus (C. 1, 4, 13); sed universaliter totius imperii constitutio confirmat hoc quod diximus. § 189. Preterea ab accusatione repellitur qui prima etate in domo eius fuit quem accusare contendit, ut C. qui accusare non possunt l. iniquum (C. 9, 1, 16). § 190. Sed nec familiaris alicuius poterit illum accusare, ut C. de his qui accusare non possunt l. si quis ex familiaribus (C. 9, 1, 20). § 191. Sed nec fratrem frater accusabit nisi de leviori crimine de quo antea accusatus ab alio fuit absolutus, nisi et primo constiterit accusatorem prevaricatum fuisse, ut C. de accusationibus l. si quis homicidii (C. 9, 2, 11), et D. de libero homine exhibendo l. III § hoc interdictum prope finem (D. 43, 29, 3 § 14); vel nisi maxima causa

<sup>1</sup> Cod. in vero. — <sup>2</sup> Cod. add. ut in Auth. coll. VIII. § si tamen.



interveniente, ut D. de accusationibus l. si cui § idem (D. 48, 2, 7 § 4). § 192. Preterea insuperabilem pro nobis habemus rationem quia clerici iurare non debent, ut C. de episcopis et clericis l. cum clericis, prope finem (C. 1, 3, 25); quod intelligendum est sine consensu sui episcopi, ut in Decretis ca. XXII. q. ult. c. ult. (Dec. II 22, 5, 23). § 193. Constat quod in hac causa, sicut et in ceteris, iurandum est de calumpnia, ut C. de iureiurando l. I et II (C. 2, 59, 1 et 2); et C. de iudiciis l. rem non novam (C. 3, 1, 14); et in Auth. de his qui ingrediuntur ad appellationem § ult. (Nov. 49 c. 3). § 194. Cum ergo sine sacramento non possit procedere, et hic non possit iurare sine consensu sui episcopi, relinquitur quod non possit per eum causa procedere sine episcopi voluntate. § 195. Nam quotiens aliquid prohibetur expressim, et id intelligitur esse prohibitum quod sine hoc esse non potest, ut ecce domina de adulterio accusata quod dicitur commississe cum servo prohibetur eum liberum facere. Quare, cum non possit heres esse nisi sit etiam liber, per consequentiam intelligitur prohibita eum heredem instituere, ut in Inst. de hereditatibus que ab intestato deferuntur § et autem (I, 3, 1 § 2). Sic ergo hoc ipso quod clericus prohibetur sine consensu episcopi iurare, et actio non potest sine sacramento procedere; per consequentiam dico quod prohibitus est clericus sine consensu episcopi sui aliquem accusare; nam et e contra immo equipollere dicitur si quis subtiliter speculetur. § 196. Quotiens aliquid conceditur, et ea concessa intelliguntur sine quibus causa esse non potest, ut in Inst. quibus ex causis manumittere non licet § idemque (I, 1, 6 § 2); et C. de necessariis servis heredibus instituendis l. quidam (C. 6, 27, 5); et D. de officio eius cui mandata est iurisdictio, in fine (D. 1, 21); et D. si certum petatur l. I § 1 (D. 12, 1, 1 § 1); et D. de re iudicata l. sunt quid in id<sup>1</sup> (D. 42, 1, 16). § 197. Repellitur etiam ab accusatione is qui socius criminis fuisse dicitur quod intendit, ut C. de liberali causa l. si filium (C. 7, 16, 37). Ad hoc erunt autem omnia illius generalis quod nil Catelina Cethego, ut D. ne quid in loco publico l. II § idem ait. (D. 43, 8, 25, 15); et concordantia similia. § 198. Ergo non poterit is accusare qui antea idem crimen commisit; repellitur similiter adulter<sup>2</sup> de adulterio accusans<sup>3</sup>, ut D. de adulteriis l. II § si publico (D. 48, 5, 2 § 5). § 198. Sed nec is ad accusandum admittitur qui prius accusavit et destitit, ut D. ad Turpillianum l. II (D. 48, 16, 2). § 199. Nec enim imprudenter respondebit accusatus si dixerit: « O tu accusator commisisti illud quod nunc me dicis commisisse; quare dico te audiri non debere ».

§ 200. Si autem nil horum quod obsit obici poterit adversario, tunc inspiciendum erit diligentissime an accusator inscriptus sit, et cum legitima solempnitate.

Licet enim aliquando, et tantum tamen de crimine, iudicetur sine accusatione, ut D. de suspectis tutoribus l. tutor quoque § preterea (D. 26, 10, 3 § 4); et D. ad legem Iuliam de adulteriis l. II § si publico (D. 48, 5, 2 § 5); tamen si quis accusat necesse habet inscribere, ut D. de accusationibus l. si cui, l. qui accusare<sup>4</sup> (D. 48, 2, 7 et 8); et in C. ad legem Iuliam de adulteriis l. quamvis (C. 9, 9, 19). § 201. Maritum non teneri vinculo inscriptionis? Sic respondeo, idest non vincitur in inscriptione, quia licet debeat inscribere, ut generaliter dicitur in eadem lege, tamen non astringitur sic ut ex eo quod non probat timeat periculum. § 202. Immo ex sola suspitione potest, ut ibi dicitur, uxorem ream facere, idest accusare. Vel dicam in marito speciale. § 203. Alias semper qui accusat, inscribit, ut C. de calumpniantoribus l. non prius (C. 9, 46, 7). § 204. Sed et satisfacere debet, ut C. de his qui accusare non possunt l. qui crimen (C. 9, 2, 3); et C. de accusationibus l. ult. (C. 9, 2, 17). § 205. Item si<sup>5</sup> scripta accusatio non fuerit legitima, repellitur, idest nisi fuerit inscriptum nomen consulis qui tunc preest cum accusatio datur; item non dies ex necessitate sed mensis quo dicitur crimen commissum, et consul illius temporis, item in quo loco commissum est crimen. § 206. « Locum » intellige non civitate tantum vel provincia sed specialis determinatio est; « locus » dico « rus » forte vel « ager ». § 207. Item exprimi debet in hoc libello ex qua lege reus deferatur qui accusatur. § 208. Item continere debet inscriptio nomen iudicis apud quem agitanda est causa. § 209. Item nomen accusati et nomen accusantis. § 210. Item nomen persone in qua dicitur crimen esse commissum, puta nomen femine cum qua qui accusatur, adulterium dicitur commississe, vel nomen eius<sup>6</sup> cum quo femina que accusatur dicitur id egisse. § 211. Vel si inscribitur de homicidio, inscribendum est nomen occidentis et nomen occisi. § 212. Item inscribere debet vel per se vel per alium in libello accusatorem se fore professum. Si quid horum defuerit non procedit accusatio, ut D. de accusationibus l. libellorum (D. 48, 2, 3). § 213. Preter hoc dico quod iure authenticorum nomen Imperatoris et imperii annum preposita debet habere, ut in Auth. coll. V ut preponatur nomen Imperatoris in documentis (Nov. 47). § 214. Consules tales hodie non habemus quales olim in maiori civitate per principem constituebantur, et ideo dicunt quidam quod<sup>7</sup> non sunt inscribenda nomina consulum. Sed et nobis expedit in hoc contrariam tenere sententiam. § 215. Item vagari non debet de crimine quod fit, si generaliter crimen ponat, utpote si dicat se passum iniuriam nec exprimat certam, vel si dicat sub alternatione: hanc vel illam, ut D. de iniuriis l. pretor § quod autem (D. 47, 10, 7 § 4). § 216. Et quia nobis expedit ad necessarium forte virum accusare ut sic

<sup>1</sup> Cod. cum quidam. — <sup>2</sup> Cod. om. adulter. — <sup>3</sup> Cod. accusare. —

<sup>4</sup> Cod. quid vero. — <sup>5</sup> Cod. om. si. — <sup>6</sup> Cod. om. eius. — <sup>7</sup> Cod. quia.



possimus eum inhibere, idcirco, ut sit nobis exordium, solempniter libellum accusationis hoc modo concipio. § 217. « Anno Domini nostri Jhesu Christi M. C. LXXX, indictione III, Frederici sanctissimi principis anno XXXV, tali consulatu Mathei de Radulfo et Ugonis de Munzone, pridie ydus iulii ego Johannes Bassianus <sup>1</sup> apud Linamontem iudicem sive comitem de foro, Tallaferum reum lega Cornelia <sup>2</sup> de sicariis facio <sup>3</sup> quia dico eum servum meum Pamphilum occidisse mense aprilis in civitate Bononie, in curia sancti Ambrosii, anno Domini nostri Jhesu Christi M. C. LXXX, indictione tali, imperii Frederici imperatoris XXX, consulatu Rollandini et Prendipartis <sup>4</sup> ». § 217. Item subscribo: « Ego Johannes Bassianus <sup>5</sup> professus sum hunc me libellum accusationis dedisse ». **Jo. Ba.**

§ 218. Olim quidem edebatur actio et per scripturam et sine scriptura variis modis. Hodie vero non aliter fit editio actionis quam per libelli oblationem cum coram ordinario iudice litigandum est. Ab eo vero qui coram delegato litigaturus est ita demum actio editur, si rescriptum principis ad preces alicuius impetratum iudici fuerit insinuatum et per eum reo cognitum, ut in Auth. de litigiōsis § actio (Nov. 112). Libellum autem conventionalem quicumque alium credens sibi obnoxium experiri voluerit ita componet ut in eo quod sibi deberi putat edoceat, actione speciem edat. Hunc vero libellum non alias actor dirigi faciat nisi prius in ipsum quem dicit obnoxium et in negotii executorem aut alterum eorum secundum arbitrium iudicis exponat cautionem se vel intra duos menses litem eorum contestaturum, vel omne dampnum reo resarciturum cautione non transcendente XXXVI aureos, ut C. de litis contestatione l. res <sup>6</sup> auth. libellum vero (C. 3, 9, 1 auth. 2). § 219. Et hanc penam sustinebit actor qui infra duos menses litem non fuerit contestatus. § 220. Gravius vero punitur qui ad extraordinarium iudicem vocavit aliquem suum adversarium. Prestabit enim L. libras auri, ut in auth. ead. (C. 9, 3, 1 auth. 2); ipse autem iudex et executor examinatur negotii et confiscationem sue substantie patietur et exilium quinquennale. § 221. Et forte eandem cautionem exponet <sup>7</sup> qui coram iudice delegato litigaverit, et adversario suo, ut prediximus, actionem proposuit, et ita nec ille libellus reo est porrigendus nisi idem actor dato fideiussore caveat, aut prestito sacramento si fideiussorem dare non possit hoc ipsius sacramento declarato, per se aut per procuratorem litem usque ad finem producere et decimam partem quantitatis libello comprehense <sup>8</sup> prestaturum si iniuste movisse litem arguatur nomine expensarum. § 222. Et hoc generaliter nisi ex consensu communi coram arbitrīs litigetur, ut C. de episcopis et clericis auth. generaliter (C. 1, 3, 25, auth. 2).

§ 223. Hanc autem penam prestabit actor si post litem contestatam iniuste movisse litem deprehendatur: si modo reus nichil plus expenderit, ei victori in omnes expensas est condemnandus. § 224. Sicque ubi reus nihil aut minus expendit actor victus durius quam alias reus victus puniatur. Quod autem sic dicimus actorem puniendum in eo casu intelligitur cum ipsius calumpnia fuerit approbata. § 225. Hanc etiam certam quantitatem qui alium occasione rescripti ad extraordinarium iudicem vocat promittere debet indistincte, sive causam non exequatur sive exequens non vincat. § 226. Si vero post tempus a se constitutum infra X dies reo presente non caverit, reus dimittitur, eo exacto quod est promissum, et si quid plus circa litem expendisse cum iudicis taxatione iuraverit, recipiat, ut C. de dilationibus <sup>9</sup> auth. quod fieri (C. 3, 11, 2 auth.). § 227. Post hec ergo libellus quo <sup>10</sup> ad iudicem vocetur offeratur reo et exinde, prebitis sportulis, et data fideiussione si ea sit natura negotii ut fideiussorem dare debeat, XX dierum gaudeat indutiis in quibus deliberet cedat an contendat, atque alium iudicem petat associari, vel recuset illum, nisi sit ille quem iam alio recusato petiit. Denique preses interrogabitur an hoc tempus transierit; quod non modo ex ipsius responsione, sed etiam ex libelli subscriptione manifestatur, quam in initio facere debet. Litis ergo contestatio contra hoc indultum habita pro nichilo est, ut C. de litis contestatione auth. offeratur (C. 3, 9, 1 auth. 1). § 228. Et quidem pro nichilo est ut nec ex ea actio perpetuetur, nec per eam res in iudicio deducta intelligatur, vel forte, quod melius est, pro nichilo est quoad hec ut per talem litis contestationem impediatur iudicem recusare, quod antiquitus permissum non erat; quod manifeste indicat eadem constitutio, ad quam suppletum est predictum authenticum, illud spatium duorum mensium (C. 3, 9, 1 auth. 2). Postulatio simplex coram iudice facta per executorem sufficit ad predictam interruptionem; multo ergo magis talis litis contestatio, licet contra id <sup>11</sup> dubium fuerit. § 229. Ex premissis itaque apparet quemlibet in ius vocatum gaudere spatio illo XX dierum sibi a lege indulto sive coram iudice ordinario sive coram iudice delegato sit litigaturus. Hoc enim innuunt verba ipsius authentici, quia nec alium recusare licet, nec delegatum, nisi forte aliud in eo dicamus qui auctoritate rescripti ad extraordinarium iudicem et maxime extra suam provinciam protrahitur; cui forte predicti temporis spatium non indulgetur, si citatus litteris iudicis delegati ratione ipsa competente, scilicet tempus ab actore statutum, idest statui impetratum, ut C. de dilationibus auth. quod fieri non <sup>12</sup> debet (C. 3, 11, 2 auth.), premissa autem locum habente in eo delegato cui vocis mandato, non rescripto, cognitio

<sup>1</sup> Cod. Jo. Ba. — <sup>2</sup> Cod. legis Corneliæ. — <sup>3</sup> Cod. om. facio. — <sup>4</sup> Cod. Priadr. patris. — <sup>5</sup> Cod. Jo. Ba. — <sup>6</sup> Cod. om. l. res. —

<sup>7</sup> Cod. exponet. — <sup>8</sup> Cod. comprehensam. — <sup>9</sup> Cod. iudicis. — <sup>10</sup> Cod. quod. — <sup>11</sup> Cod. inserit in. — <sup>12</sup> Cod. om. non.

alicuius negotii demandatur. Hic tantum subsisto et dubito an hoc ita sit dicendum; an sit intelligendum illud tempus statutum duorum mensium ad litis contestationem infra quos nisi provocabitur, liti stabitur, alioquin penam statutam subibit.

§ 230. Cum ergo tantum ex premissis quantum ex cotidiano huius rei experimento palam sit non aliter fieri editio actionis quam si libellus conventionalis vel principis rescriptum ab actore iudici porrigatur, idemque iudicis precepto per officialem adversario destinatur, ut elapso XX dierum spatio ad iudicium instructus veniat, liquido ergo constat tunc demum quem in iudicium vocari cum a iudice prefato modo libellus ille per officialem ad hoc destinatum<sup>1</sup> transmittitur reo. § 231. Est enim in ius vocare ad eum qui ius dicit quem vocare, etiam si vocati iudex non sit, ut scilicet hoc ipsum sciatur an ipsius sit iurisdictioni subiectus, ut D. si quis in ius vocatus l. ex quacumque (D. 2, 5, 2); quin immo venire debet privilegium suum allegaturus, licet ius habeat fori revocandi, ut C. de in ius vocando l. qui semel<sup>2</sup> in ius vocavit (C. 2, 2, 4). Actor autem non reus in ius vocat, licet reus iudicem sepius interpellat ut a iudicio dimittatur seu absolvatur. § 232. Vocandus est autem non solum verbotenus, sed etiam iussione opus est ut vocari quis possit; nam et qui vocaverit parentem, patronum et ceteras personas quibus honor reverentie debetur non impetrata venia, ita demum L aureorum pena multabitur, vel ut inofficiosus castigabitur, si inopia laborare dignoscitur, cum predictas personas in iudicium venire coegerit, ut D. de in ius vocando l. quamvis (D. 2, 4, 11). § 233. Ex variis namque causis quedam persone in ius vocari prohibentur. Aut enim prohibentur propter personarum reverentiam quod fit ex causa divini iuris, ut pontifices dum sacra faciunt, et monachos qui propter loci religionem inde se movere non possunt vel causa humani sive publici iuris, ut in magistratibus habentibus imperium, ut imperator, prefectus, consul et pretor, dum sunt in magistratu; minoribus dum, cognoscunt; vel causa privati iuris, ut in<sup>3</sup> parentibus, patronis et uxoribus eorum et cet.; aut gratia negotiorum sive necessitatis communis, ut messium et vindemmiarum; sive causa publice necessitatis ut belli et feriarum sollempnium, vel repentinarum, sive private, ut nuptiarum et funeris; vel quia ad maius vocatur iudicium, ut D. de in ius vocando l. II, et III et IIII. (D. 2, 4, 2 et 3 et 4). § 234. Si quis autem in ius vocatus non venerit ex causa, idest si iusta causa non fuerit quare pareatur ei, a iudice compellitur, pena pecuniaria, puta extraordinaria, prout iudici visum fuerit punietur, ut D. si quis in ius vocatus non ierit l. II (D. 2, 5, 2). § 235. In ius autem vocatus suo nomine litigaturus, non aliam legitur hodie cautionem prestare

nisi iudicio sisti. Sed hanc quidem prestat<sup>4</sup> differenter et varie pro personarum qualitate. § 236. Clerici enim mutuis fideiussoribus, aut, si fieri non poterit, nude sue promissioni vel verum suarum obligationi creduntur, ut C. de episcopis et clericis l. omnes (C. 1, 3, 33). § 237. Alii autem possessores rerum mobilium salidatione, dato fideiussore, cavebunt. § 238. Rerum autem immobilium possessor nudam cautionem emittit secundum plurium opinionem, ut D. qui satisfacere cogantur l. sciendum (D. 2, 8, 15); sed verius est ut iuratoriam cautionem prestare compellatur<sup>5</sup>, ut C. de episcopis et clericis l. cum clericis<sup>6</sup> (C. 1, 3, 25). § 239. Et quidem si necessarie persone conveniantur, qualitercumque fideiussor etiam non locuplex iudicio sistendi causa sufficit datus, ut puta si conveniantur parentes, patroni et liberi eorum, vel uxor, vel nurus. § 240. In eum autem qui sciens necessitudinem huiusmodi fideiussores a talibus personis non accepit L aureorum iudicium datur vel competit, ut D. in ius vocati ut eant l. II et III (D. 2, 6, 2 et 3). § 241. Si vero alie persone conveniantur, edicto cavetur ut locuplex detur non tantum ex facultatibus sed etiam ex conveniendi facilitate, ut D. qui satisfacere cogantur l. II (D. 2, 8, 2). Locuples autem videtur qui satis habet pro magnitudine rei cuius restitutio desideratur, ut D. de verborum significatione l. quos nos § locuples (D. 50, 16, 234 § 1). § 242. De die autem ponenda in hac stipulatione iudicio sisti inter litigatores debet conveniri. Et quidem si non convenerit, in potestate stipulatoris est, arbitrio tantum iudicis moderante pro personarum qualitate et cause, diem constituere, ut D. qui satisfacere cogantur l. de die (D. 2, 8, 8). § 243. Sed novo iure<sup>7</sup> hoc correctionem recepit ab Authentico, quo indistincte XX dierum indulgentur indutie. § 244. Nam tam varia cautio prestanda est etsi coram iudice delegato litigandum sit, quia et in Auth. eod. iudicis qui recusari potest mentio habetur solius; et quidem<sup>8</sup> delegatus valet recusari. § 245. Quidam tamen occasione eius quod legitur in Auth. eod. de fideiussione prestanda, dicunt multo fortius cautionem fideiussoriam ab omni convento exponendam.<sup>9</sup> Quod non concedimus. § 246. Ideoque ut diximus predictae cautiones<sup>10</sup> exponuntur. In fideiussorem autem qui aliquem iudicio sisti promisit, nec id effecit, actio a pretore decernitur, qua condempnatur in veram quantitatem petitam, nisi in certam quantitatem fideiusserit non maiorem tamen quantitate petita. § 247. Qui vero iuramento promisit iudicio sisti non videtur deierasse si ex causa legis concessa hoc deseruerit, unde nec fideiussor ex eadem causa predicta actione condempnatur. Et hec locum habent cum quis suo nomine litigaturus in iudicium devocatur. Ceterum ad sui defensionem procuratorem constituere ex ordine nemo prohibetur, et quidem

<sup>1</sup>Cod. officiali ad hoc destinato. — <sup>2</sup>Cod. autem si quis. — <sup>3</sup>Cod. etiam. — <sup>4</sup>Cod. presta. — <sup>5</sup>Cod. compellantur. — <sup>6</sup>Cod. in rebus. — <sup>7</sup>Cod.

non no. — <sup>8</sup>Cod. quod. — <sup>9</sup>Cod. dicitur multo fortius cautio fideiussoria ab omni convento exponenda. — <sup>10</sup>Cod. om. predictae cautiones.



invitus defensionem suscipere nemo cogitur, ut D. de regulis iuris l. invitus (D. 50, 17, 156).

§ 248. Olim autem volens quis defensionem suscipere nullo mandati habito delectu, iudicatum solvi satisfactionem prestare compellebatur, sine qua aliene rei nemo idoneus defensor intelligitur, ut Inst. de satisfactionibus (I. 4, 11); nisi dominus presens sui procuratoris personam confirmans simplici verbo, vel iudicio, vel extra, cum hypotheca rerum suarum pro eo fideiussor extiterit, ut Inst. de satisfactionibus (I. 4, 11). § 249. Ubi ergo dominus pro eo consentiente cavit, omnino cogitur iudicium suscipere, nisi iustissima causa iudicii non suscipiendi intervenerit, ut sunt capitales inimicitie, vel valetudo, vel peregrinatio necessaria; tunc enim non compellitur suscipere iudicium nisi tractu temporis sit actori res peritura, domino scilicet absente; tunc enim ad litis contestationem faciendam cogitur, ut D. de procuratoribus l. sed etiam ex his (D. 3, 3, 12). Alias iusta causa interveniente iudicium suscipere non compellitur, nec stipulatio ob rem non defensam committitur, ut D. de procuratoribus l. si defunctus (D. 3, 3, 15). § 250. Si vero ipse dominus forte cavit, defendere non compellitur, sed ex stipulatu contra eum agitur. Quin immo si iusta causa quare non defendat intervenerit, nec stipulatio committitur, nec defendere cogitur, nisi res ex tractu temporis actori sit peritura, quo casu, ut quibusdam placet, defendere cogitur; usque ad litis contestationem, sed sufficit ut stipulatio committatur, ut D. de procuratoribus l. mutus § qui non (D. 3, 3, 43 § 6). § 251. Aliis autem videtur nullas esse hoc casu partes pretoris ad cogendum, si ad defendendum non constituitur procurator. § 252. Cum vero ad agendum constituitur, si constat de mandato, admittitur sine cautione de rato, nisi publicus procurator sit, aut nisi procurator constitutus fuerit in novi operis nuntiatione, ut D. de operis novi nuntiatione l. de pupillo § qui procuratorio (D. 39, 1, 5 § 18). § 253. Qualiter constat de mandato legitur D. de procuratoribus l. si procurator (D. 3, 3, 28); et in Inst. de satisfactionibus (I. 4, 11). § 254. Item si constat de mandato, scilicet de iniuncta procuracione littere principi vel cuilibet iudici dirigantur in iudicio, ut D. rem ratam haberi l. ne<sup>1</sup> (D. 46, 8, 21); item si constaret quod dominus presens apud acta ipsum procuratorem constituisset, ut C. de satisfando l. I<sup>2</sup> (C. 2, 57, 1). § 255. Cum autem constat cessare mandatum, repellitur etiam si velit cavere de rato, nisi sit ea persona que admittitur ad agendum sine mandato, dumtamen caveat de rato et de defensione arbitrio boni viri facienda, utpote filius, parens, frater, affinis et libertus. Maritus tamen ad agendum pro cautionibus fenerariis

datis sibi ab uxore loco parafernorum<sup>3</sup> nulla tali cautione ab ipso exacta admittitur, ut C. de pactis tam super dote l. ult. (C. 5, 14, 11). Sed hec persone, ut diximus, sic sine cautione admittuntur si constet eas non experiri contra domini voluntatem, ut D. de procuratoribus l. Pomponius § in his (D. 3, 3, 40 § 4). § 256. Sed nec talium aliquis sic ad agendum admissus vere procurator est dicendus, ut D. iudicatum solvi l. III § I (D. 46, 6, 4 § 1); ergo, sicut diximus, ubi mandatum cessare constat, repellitur, nisi de momentaria<sup>4</sup> possessione absentis turbata experiatur, ut C. si per vim vel alio modo l. I<sup>5</sup> (C. 8, 5, 1). § 257. Cum vero dubitatur de mandato sufficit si caveat de rato. Aut enim cavebit aut compelletur probare mandatum. Si autem negetur mandatum, probare precise compellitur.

#### Io. B.

§ 258. Alii vero indistincte<sup>6</sup> dicunt, sive negetur sive dubitetur de mandato, probandum esse mandatum; sicque in rei esse arbitrio ut vel ad cautionem admittat, vel ad probationem compellat. § 259. Hec autem procuratoria exceptio ab initio est obicienda, ad hoc ut probet vel caveat. Ceterum postea forte<sup>7</sup> ad agendum quamvis non habeat<sup>8</sup> mandatum, sed tamen<sup>9</sup> si de rato caverit reus admittitur, ut C. de procuratoribus l. licet<sup>10</sup> (C. 2, 13, 24); licet iudicium nullum sit;<sup>11</sup> quo casu et controversie nulle intelliguntur nisi<sup>12</sup> dominus ratum cognito habuit, ut D. de iudiciis l. licet (D. 3, 1, 56). § 260. Procurator itaque ad agendum constitutus premissam, ut diximus, exponet cautionem; nichilominus tamen et eam que est de defensione boni viri arbitrio facienda. § 261. Ergo qui procuracionem suscipit si de defensione non cavit, defendere non cogitur, licet a procuracione non<sup>13</sup> repellatur. § 262. Pena enim procuratoris non defendentis, idest de defensione non caventis, hec est ut a procuracione repellatur, ut C. de procuratoribus l. actionem (C. 2, 13, 5); D. eod. l. mutus § pena (D. 3, 3, 43 § 4). § 263. Si vero cavit, defendere cogitur, nec sufficit stipulationem committi, nisi ex iusta causa remotus sit, scilicet si<sup>14</sup> ex iusta causa agere recusavit, ut D. de procuratoribus l. sed et hec § defendere<sup>15</sup> (D. 3, 3, 35 § 3); quo ultimo casu forte usque ad litem contestatam defendere cogitur, ut D. de procuratoribus l. mutus (D. 3, 3, 43). § 264. Ne itaque a procuracione repellatur, defendere cogitur; et hoc sive sit procurator simplex, sive sit in rem suam ex causa lucrativa, ut D. de procuratoribus l. pater filio suo<sup>16</sup> (D. 3, 3, 70); sive sit ex necessitate et non ex causa lucrativa, sed in fraudem creditorum, ut in emptore hereditatis contingit, ut D. de procuratoribus l. si quis in rem (D. 3, 3, 34). § 265. Si enim factus sit procurator in rem

<sup>1</sup> Cod. om. ne lacuna quadam relicta. — <sup>2</sup> Cod. om. I. — <sup>3</sup> Cod. paravarnarum. — <sup>4</sup> Cod. momentanea. — <sup>5</sup> Cod. om. I. — <sup>6</sup> Cod. indistinctione. — <sup>7</sup> Cod. inserit et post superius. — <sup>8</sup> Cod. quasi

non habente. — <sup>9</sup> Cod. etiam. — <sup>10</sup> Cod. om. licet. — <sup>11</sup> Cod. om. sit. — <sup>12</sup> Cod. nec si. — <sup>13</sup> Cod. om. non. — <sup>14</sup> Cod. hoc. — <sup>15</sup> Cod. item — <sup>16</sup> Cod. patronus pariter.

suam ex causa non lucrativa, <sup>1</sup> gesto negotio, in fraudem creditorum licet agat, defendere non cogitur. Rogerius <sup>2</sup> tamen dicere videtur in utroque casu indistincte defendere cogendum, nisi a procuratore recedere velit. Si tamen desiderantium actionem ex eadem causa comprehendat ex qua et intentio procuratoris procedit, huius rei occasione non immerito dubitandum videtur an in solo precedenti casu postulari defensio debeat, an et in ceteris negotiis non ex eadem causa dependentibus <sup>3</sup> ex qua ipsius procuratoris dependet intentio. § 266. Sed si defendere est id facere quod dominus est factururus in litem, iure autem videtur obtemperatum ut etiam in aliis causis defensio requiratur, unde nec ipse sicut nec dominus audietur, nisi et reo in alia lite, si quam forte contra dominum habeat, convenire volenti, respondeant incontinenti, ut C. de sententiis et interlocutionibus auth. et consequenter (C. 7, 45, 14 auth.).

§ 267. Procuratore autem constituto liberum est domino ante litem contestatam vel in alium procuratorem vel in se transferre iudicium. § 268. Post litem vero contestatam non licet, nisi cum cause cognitione. Ex quibus enim causis procurator excusatur ne mandatum exequatur ex hiisdem invitus removetur, ut ex causis inimicitiarum et cet., ut D. de procuratoribus l. ante, cum sequentibus legibus (D. 3, 3, 16 ad 24); ergo nisi aliqua ex his causis affuerit non removebitur. § 269. Si tamen procurator contra dominum obiectam causam non adesse contenderit ita audiendus est si magis infamiam facti, quam ex remotione consequeretur, purgare voluerit quam sibi procuratorem asserere. Nam hoc ipso suspectus est quod operas suas ingerit invito, ut D. de procuratoribus l. que <sup>4</sup> (D. 3, 3, 25). § 270. Itaque, ut diximus, non removetur, nisi in rem suam procurator sit factus, nisi aliquam forte retentionem nomine expensarum uti velit, quo casu non removetur, nisi ei dominus solvere sit paratus, ut D. de procuratoribus l. que et l. nisi (D. 3, 3, 25 et 26). § 271. Ita demum fiet a procuratore translatio si omnia iudicia transferantur; ceterum procurator hanc inconstantiam <sup>5</sup> recusabit. § 272. A procuratore vero qui ex mandato agit fieri potest translatio. § 273. Ab eo autem qui mandatum non habet, cum nec ratihabitio sit secuta, ceterorum translatio non est necessaria, cum nec occasione priorum de quibus maneat in ceteris procurator sed nec ex prioribus quicquam in iudicium sit deductum, nisi dominus habeat ratum, nec per ea que domino invito sunt facta prejudicium ei sit factus; quo magis necessaria fit revocatio, ut D. de procuratoribus l. in cause (D. 3, 3, 27). § 274. Finitur quoque procuratio morte mandantis re integra, ut C. de procuratoribus l. ult. (C. 2,

13, 28); si tamen per ignorantiam completum est mandatum, nichilominus competit actio, ut D. mandati l. inter causas (D. 17, 1, 26). § 275. Finitur etiam procuratio morte procuratoris <sup>6</sup> re integra et eius renuntiatione tempestiva, ut Inst. de mandato § item si <sup>7</sup> (l. 3, 27, § 10); et D. mandati l. si mandavero § ult. (D. 17, 1, 22 § 11). § 276. Post litem contestatam procurator factus est dominus litis et procuratorem <sup>8</sup> constituere potest; ante vero non potest. § 277. Sed tutor vel curator non constitutus procurator procuratorem non constituit, ut C. <sup>9</sup> de procuratoribus l. neque <sup>10</sup> (C. 2, 13, 11). § 278. Procurator autem nisi speciale mandatum habuerit, vel nisi in rem suam sit factus procurator, vel generalem et liberam administrationem habuerit, transigere non potest, ut C. de transactionibus (C. 2, 4); et D. de pactis l. nam (D. 2, 14, 12); et D. de procuratoribus l. mandato (D. 3, 3, 60).

§ 279. Ut itaque ex premissis apparet a procuratoribus tres exponuntur cautiones: prima de rato que propria est procuratoris actoris; secunda iudicatum solvi quam prestat procurator rei; tertia de defensione boni viri arbitrio facienda que communis est tam procuratori actoris quam rei. § 280. Sed in procuratore rei sufficere videtur quod tunc implicite exponit. § 281. Cum enim illam prestat, scilicet iudicatum solvi, consequenter et eam de defensione boni viri arbitrio faciendam <sup>11</sup>, tamquam in ea conceptam exponere videtur. § 282. Nam iudicatum solvi cautio tres continet clausulas scilicet de re defendenda, de iudicato solvendo et de dolo malo. § 283. Et hec quidem sententia vera est, nisi dicamus et hanc, licet in illa conceptam, una cum illa exponendam, ea forte ratione reddita quia solet plus reddi quod singulariter pollicetur, quam quod generali sponsione concluditur, ut in Decretis XXIII, c. quamquam (Dec. I, 23, 6). § 284. Licet autem, ut diximus, cautio illa de rato proprie sit procuratoris actoris, in casibus tamen certis exponit rei procurator, utpote cum in actione reali procurator alterius defensionem suscipit. Periculum est enim ne, si iudicatum fuerit rem petitoris esse, iterum dominus de eadem re velit experire; quo casu si verus esset procurator vel dominus ipse egisset, exceptione repelleretur, ut D. de procuratoribus l. Pomponius § si (D. 3, 3, 40 § 1).

§ 285. Item cum servus contra dominum in libertatem proclamat, dominus per procuratorem defenditur. Item in familie herciscunde iudicio, communi dividundo et finium regundorum, uti possidetis et utrobi, quia uterque incertis actoris quam rei fungitur, itaque ab utroque prestat cautio tam de rato quam de iudicato solvendo, ut D. de procuratoribus l. non solum (D. 3,

<sup>1</sup> Cod. inserit si. — <sup>2</sup> Cod. R. — <sup>3</sup> Cod. pendentibus. — <sup>4</sup> Cod. om. que. — <sup>5</sup> Ita Cod. Cfr. D. 3, 3, 27 ubi legitur hanc constantiam. — <sup>6</sup> Cod. om. procuratoris. — <sup>7</sup> Cod. om. de mandato

lacuna quadam relicta; et habet § et nam. — <sup>8</sup> Cod. procuratore. — <sup>9</sup> Cod. D. — <sup>10</sup> Cod. nulla. — <sup>11</sup> Cod. om. de defensione boni viri arbitrio facienda.



3, 39); et rem ratam haberi l. tutore (D. 46, 8, 6); et C. de satisfando (C. 2, 57). § 286. Effectus autem procuratoris est hic quod <sup>1</sup> si ex domini mandato in iudicio <sup>2</sup> stipulatur vel alias contrahit, habenti ratum <sup>3</sup> preiudicium directe domino comparatur, ut D. de procuratoribus l. in cause (D. 3, 3, 27); et etiam fieri (quod Yrnerius <sup>4</sup> specialiter intelligit in his stipulationibus que a procuratoribus interponuntur) ut iudicium ratum habeatur; hoc propter specialem iudicii auctoritatem. § 287. Item si in causa domini mandatum procurator constitutus optineat, procurator cui directa competit exceptione repellitur; dominus vero utiliter agit et excipit. Sed etiam cum procurator condempnatur, non procurator directe sed dominus utiliter convenitur. § 288. Hoc autem ita intelligitur ubi in rem suam factus sit procurator aut se liti optulerit, cum a domino non esse cautum cognoverit, ut D. de procuratoribus l. si procurator, et l. Plautus (D. 3, 3, 28 et 61). § 289. Ex his ergo patet quod dominus per procuratorem litigans non est condempnandus, sed procurator, nisi cum in causa iniuriarum ab his quibus hoc specialiter permittitur per procuratorem litigatur, ut C. de sententiis et interlocutionibus l. I (C. 10, 9, 1); et C. de iniuriis l. ult. (C. 9, 35, 11). § 290. Sicque procurator in famosa actione succumbens non infamatur, quia nec suo nomine condempnatur, ut D. de infamibus l. furti (D. 3, 2, 6).

§ 291. Ne autem causa suo tempore sumat exordium nunc actoris nunc rei contingit vitio. § 292. Et quidem si actor abfuerit lite non contestata, agere compelli non potest; penis tamen quas de edendo exposuimus subiacebit. § 293. Si vero ante litem contestatam reus actione rite de re mobili vel immobili quam suo nomine tenet convenitur, si legitime citatus non veniat, mittitur actor in possessionem, non ut possessor efficiatur sed causa rei servande, ut reus tedio affectus infra annum veniat et cautionem suscipiende litis prebeat, et rem recipiat, et conventionalia certamina subeat. § 294. Anno vero elapso, quasi ex secundo decreto sit possessor. § 295. Alii tamen dicunt omnem habere possessionem; quod minime credimus optinere. § 296. Hec autem missio eodem modo fit quo et illa qua legatarius vel fideicommissarius in possessionem mittitur, cum ei ydonee non cavetur de legatis seu fideicommissis in diem vel sub conditione relictis suo tempore prestandis, ut C. de prescriptione XXX annorum l. si quis (C. 7, 39, 8); et D. ut in possessionem legatorum l. is cui (D. 36, 4, 5); et D. de acquirenda possessione l. possideri (D. 41, 2, 3); et D. ex quibus causis in possessionem eatur l. cum legatorum (D. 42, 4, 12).

§ 297. Ex predictis ergo patet quod post annum non auditur de possessione, sed de proprietate. § 298. Sed

hoc intelligimus, nisi per eum vel per iudicem steterit quominus infra annum cautionem recipiat; quo casu etiam post annum est cautio recipienda et res restituenda. § 299. Sed tamen partibus non <sup>5</sup> fit preiudicium si infra diffinitum tempus ad appellationem prosequendam iudicium appellationis differat examinare, ut in Auth. ut sponsalitia largitas § hoc (Nov. 119, c. 4). § 300. Cum ergo hec missio ad similitudinem missionis legatariorum sit, patet quod missus in possessionem dominum non repellat, sed una cum eo possidere iubebitur, ut D. ut in possessionem legatorum l. is cui (D. 36, 4, 5), eademque ratione custodiam habet rerum et fructuum ne domino pereant deterioresve fiant. Fructus etiam rediget et colliget si dominus hoc facere negligat. § 301. Sed et de legatario misso in possessionem legitur quod vescendi causa diminuit si filia, nepos, proneptis, sororve eius nupta sit, ut D. ut in possessionem legatorum l. is cui § qui legatorum, et l. que <sup>6</sup> legatorum (D. 36, 4, 5 § 22 et 14). Sed cui in premissa missione... <sup>7</sup> § 302. An <sup>8</sup> his tantum casibus diminutio vescendi causa facta sit admittenda, in questione relinquo. § 303. Conventus autem de re immobili quam alio nomine tenet sive iure non habet, dominum in iudicio nominare debet ut litem suscipiat. § 304. Si ius in re habet, ad id forte dominum nominabit ut presens assit, ne quid in ipsius preiudicium fiat; domino itaque vocato ut litem suscipiat, certum tempus est a iudice diffiniendum intra quod domino denuntiet, ut in locis in quibus res sita est veniens vel procurator mittens, actoris intentionem excipiat. § 305. Quod si dominus facere neglexerit, tamquam lite contestata, ex eo die quo ad iudicium vocatus est is qui ipsius nomine rem tenet, interrumpitur prescriptio, et negotio summatim examinato, si legitime vocatus venire distulerit, possessione privatur, omni allegatione de proprietate servata, ut C. ubi in rem actio l. si quis possidens (C. 3, 19, 2). § 306. Idem videtur dicendum etsi res mobilis sit que detineatur, ut tum res deponatur, vel ydonea satisfactio prestetur, presertim si persona sit suspecta, etiam si dominum nominat in iudicio, ut D. qui satisfacere cogantur l. si fideiussor § ult. (D. 2, 8, 7 § 2). § 307. Nec iniure, si huic certum tempus ut dominum in iudicium deducat a iudice indulgetur. § 308. Nam et alias cum presens dolo absentis iniquum quid patitur, veluti dampnum, idest forte <sup>9</sup> rapinam, convenitur is qui iniustitiam egit, sive curator, sive conductor, sive quis alius sit; ei tantum desideranti dantur indutie infra quas possit domino nuntiare et ipsum vel eius procuratorem conveniendum representare. § 309. Quo neque veniente neque mittente, primo conventus dampnetur, si appareat obnoxius; et si solvendo non sit, dominus absens condempnatur si apparet obnoxius, utpote si

<sup>1</sup> Cod. qui. — <sup>2</sup> Cod. iudiciis pro in iudicio. — <sup>3</sup> Cod. habentibus. — <sup>4</sup> Cod. Y. — <sup>5</sup> Cod. sicut non peritis. — <sup>6</sup> Cod. qui.

— <sup>7</sup> Adest lacuna quaedam in Cod. — <sup>8</sup> Cod. om. an. — <sup>9</sup> Cod. inserit si.

mandatum vel ratum habuerit, ut C. ubi de criminibus<sup>1</sup> auth. qua in provincia (C. 3, 15, 2 auth.). § 310. Aliis vero videtur non esse locum huic denominationi cum predicto modo pro re mobili quis convenitur, sed rem implenti suam intentionem restituendam, eo maxime quia omnis qui tenet, et potestatem restituendi habet, rei vindicatione tenetur, ut D. de rei vindicatione l. officium (D. 6, 1, 9). § 311. Cum autem de debito personaliter convenitur, is contra quem non est facta litis contestatio, si legitime citatus venire distulerit, publice ex parte presentis examinato negotio, in possessionem rerum mobilium quas nunc habet vel nunc apparent, deinde in possessionem rerum immobilium infra mensuram declarati debiti presens mittitur. § 312. Sed nec reversus res recuperare volens audietur, nisi omne dampnum actori resarciat, et fideiussorem iudicio sisti prestet, ut C. de his qui ad ecclesiam confugiunt l. presenti (C. 1, 12, 6); in Auth. de exhibendis et introducendis reis § si vero (Nov. 53 c. 4).

§ 313. Sic itaque, ordine premissis servato, res absentis pro modo debiti proficiat actori vel per missionem in possessionem rerum, vel per earum venditionem faciendam tempore a iudice statuendo, ut infra annum, ut plerisque placet, ad similitudinem eius quod de actore legitur in Auth. de litigiosis § omnem (Nov. 112 c. 3). § 314. Ei<sup>2</sup> autem hec potestas, scilicet recuperandi res, reverso perpetuo detur re integra, scilicet non distractis. An tamen infra annum, in questione relinquo. § 315. Quidam tamen circa hunc articulum distinguunt dicentes si debitum liquidum sit, ex una parte ventilato negotio, diffinitivam sententiam contra eum qui nunquam litem contestatus est ferendam esse, eamque a iudice tempore statuto, vel a lege executioni mandandam, ut D. de re iudicata l. a Divo (D. 42, 1, 15); et C. de bonis auctoritate iudicis possidendis l. cum proponas (C. 7, 72, 9). § 316. Si vero liquidum non sit, per missionem in possessionem consulendum est ei.....<sup>3</sup> § 317. Sic ergo nec actori nec reo libera pateat subterfugendi facultas. Tandem ad iudicium veniunt, sicque litis idest negotii hinc inde apud iudicem maturatio, quippe litis contestatio non fit nisi adversario presente et respondente, sed competenter, idest vel negando vel excipiendo, idest iudicio subeundo vel declinando examen. § 318. Declinatur autem lis propter locum, propter tempus, propter causam iudicis, propter causam litigatoris, ut si legatus conveniatur. § 319. Effectus litis contestationis hic est quod per eam omnis actio perpetuatur, excepta actione de dolo, et fit transitoria si prius non erat.....<sup>4</sup> § 320. Lite vero simpliciter coram iudice contestata non aliter actori vel reo suis allegationibus uti permittitur, nisi sacramento

propter calumpniam dato. § 321. Iurabit autem actor animo calumpnie se litem non movisse. § 322. Iurabit reus quod putans se bona instantia uti ad reluctandum venerit. § 323. Utriusque etiam sacramentum addicitur quod pro hac causa nichil iudici dederint vel promiserint, neque dabunt alicui, exceptis his personis quibus a lege permittitur, ut advocatis et executoribus. § 324. Addicitur etiam in tota lite nullam ab adversario probationem exigi calumpniose, ut in Auth. ut litigantes iurent (Nov. 129); et in Auth. de his qui ingrediuntur ad appellationem in fine (Nov. 49). § 325. Ex his ergo colligitur quod testes producens respondere compellitur an ipsi de furto sint condemnati vel alias infames; ne, si non dicat, adversarium ad requirendas necessarias probationes compellat, neque deieret. § 326. Iurant autem principales persone etiam absentes per procuratores litigantes. § 327. Tutores autem et procuratores in causis minorum quas agunt, ipsi iurabunt, ut C. eod. l. II (D. 2, 13, 2). § 328. Illud autem generaliter observatur ut si quis litigantium iurare noluerit, si fuerit actor cadat ab actione; reus vero condemnationem per iudicis sententiam sustineat, ut C. eod. l. ult. § hoc etiam (C. 2, 13, 28).....<sup>5</sup> § 329. Patroni vero causarum non aliter suum partibus impartiant patrocinium quam sacramentum prestiterint, quod omni virtute sua omnique ope quod verum et iustum existimant clientibus suis inferre procurant, eoque cognito quod causa sit improba vel desperata vel ex mendacibus allegationibus composita, ab ea recedant, si lite procedente sibi tale aliquid cognitum fuerit, ut C. de iudiciis l. rem non novam (C. 3, 1, 14). § 330. De parte vero litis pacisci non debent advocati. § 331. Sed nec de salario immoderato, idest quod excedat C. aureos pro singulis causis, ut D. de extraordinariis cognitionibus l. I § in (D. 50, 13, 1 § 10); et C. de postumis l. si quis (C. 6, 29, 1). § 332. Detecta vero advocatorum prevaricatione, et ipsi extra ordinem punientur, et interdum iterum de causa querentur etiam post sententiam et forte etiam post possessionem assignatam ad instar corruptori testium et falsorum instrumentorum, ut C. de advocatis diversorum iudiciorum l. si patronum cause<sup>6</sup> (C. 2, 7, 1). § 333. Porro quod ab avvocato dictum vel allegatum fuerit, presente eo cuius causa agitur, perinde habetur ac si ab eo dictum fuisset. § 334. Errorem autem advocati infra triduum corrigere licet, quamvis proprium usque ad sententiam permittitur revocare, ut C. de errore advocatorum l. II et ult. (C. 2, 10, 1 et 3); et C. de iuris et facti ignorantia l. error (C. 1, 18, 7). § 335. Repelluntur autem a postulando paciscentes de parte litis et qui non sunt catholici, ut C. de postumis l. si quis, (C. 6, 29, 1); et de assessoribus l. nemo (C. 1, 51, 5).

<sup>1</sup> Cod. ubi in rem actio. — <sup>2</sup> Cod. in. — <sup>3</sup> Adest lacuna in Cod. — <sup>4</sup> Adest lacuna in Cod. — <sup>5</sup> Adest lacuna quaedam

in Cod. — <sup>6</sup> Cod. om. si patronum cause lacuna quadam relicta.



§ 336. Item surdi et minores X et VII annorum. § 337. Item ceteri ex gravioribus criminibus infames nisi pro se tantum. § 338. Item mulieres et <sup>1</sup> ex levioribus criminibus infames, nisi pro se et certis personis, ut D. de postulando l. I (D. 3, 1, 1).

§ 339. Premissis actionibus ordine prelibato subsequens, actoris erit actionem allegationibus et rationibus quas sibi necessarias crediderit in dicendo fundare. § 340. Actor enim quod intendit probare debet suis et iure cognitis probationibus, quippe contra iuris rationes <sup>2</sup> postulat actor ut sibi ad originem sue intentionis fundandam instrumenta sua reus edere compellatur. § 341. Porro fundata intentione actioneque proposita, actor in replicando reus effectus ad replicationis sue assertionem non immerito instrumenta rei nunc actoris facti sibi exhiberi desiderat, ut C. de edendo l. non est, et l. et que (C. 2, 1, 5, et 8). § 342. Et hoc quidem in privatis instrumentis locum habet. § 343. Ceterum publica et communia instrumenta cuicumque et a quocumque sunt exhibenda, ut C. de edendo l. II, et VI, et VII. (C. 2, 1, 2 et 6 et 7). § 343. Ergo solo premissis casu actor instrumenta rei sibi exhiberi desiderat. § 344. Alias autem actore non probante, reus, etsi nil prestiterit, optinebit. § 345. Quandoque tamen verum est reum non optinere, licet actor non probet, eo scilicet non vere sed quasi probante. § 346. Quod ex causis variis accidit, utpote cum presumptio facit pro filio quod debitum obsequium patri prestitit; scriptis hoc probare compellitur quod patri ingratus extiterit. § 347. Ideoque alias accidit si actor iuret deferente reo, vel referente actore idque reo remittente, vel nec iurante nec referente cum actor ei detulit insiurandum. § 348. Ergo, ut diximus, actore non probante vel quasi, reus, etsi nil prestiterit, et cet. § 349. Actori enim non reo incumbit probatio. § 350. Ab actore originali scilicet qui actionem proponit transfertur ad reum probatio, ut D. de probationibus l. inter (D. 22, 3, 19) C. eod. l. ex persona (C. 4, 19, 3); et C. de donationibus inter virum et uxorem l. etiamsi (C. 5, 16, 6). § 351. Quandoque ab actore secundo, scilicet a reo <sup>3</sup> ad actorem originalem, ut C. de probationibus l. sive possidetis (C. 4, 19, 16). § 352. Reo tamen mos geritur, si probare voluerit seque sponte probatione honorare cum ea est negotii natura ut et ipsius possit audiri probatio, ut D. de probationibus l. circa (D. 22, 3, 14); et C. de inofficioso testamento l. liberi (C. 3, 28, 28). § 353. Vel quandoque ab actore ad reum probatio transfertur principaliter, ut nec actor sue intentionis originem probare cogatur, sed reus e contrario. § 354. Hoc quoque alias accidit propter delictum rei, utpote actore conditionem indebiti proponente, reoque se nichil recepisse contendente; idem postmodum recepisse convictus, sicque ut probet se debitum recepisse arta-

tur. § 355. Item actor ad probandam indebiti solutionem non compellitur. § 356. Alias id accidit propter privilegium ut in minore, muliere, milite, agricola qui simplicitate gaudent. Ab his enim accipientes se debitum suscepisse, non illi indebitum solvisse, coguntur probare, ut D. de probationibus l. cum de indebito (D. 22, 3, 25). § 357. Alias id inducit presumptionis adminiculum, utpote cum curator tutorem qui non gessit convenire intendit. Nam, ut ipsius constet intentio, probare compellitur tutorem qui gesserit tempore depositi officii non fuisse solvendo, quia id ipsum presentatur ex eo quod nunc in tali statu reperitur, sed reus qui necesse habet probare eum illo tempore fuisse solvendo, ut C. de probationibus l. III (C. 4, 19, 3). § 358. Reus quoque cum excepit probare debet ex ordine. § 359. Ex his itaque apparet quod commodius sic dicitur: « ei qui dicit incumbit probatio non ei qui negat ». § 360. Actori enim sic incumbit probatio non reo, cum reus et sepe ad probationem volens admittit, sepe compellitur. § 361. Item negantis factum, per rerum naturam et per causarum consuetudinem nulla est probatio. § 362. Ius enim negans sive scriptum sive consuetudinarium, ut emancipationem non rite factam, probare debet, ut D. de probationibus l. III, et l. ab <sup>4</sup> ea parte (D. 22, 3, 4 et 5); forte ea ratione quia presumitur quid esse licitum, nisi fuerit a iure prohibitum, ut D. de maioribus XXV annorum l. nec non § quod eius <sup>5</sup> (D. 4, 6, 28 § 2). § 363. Probatur autem factum per testes, per instrumenta, per famam, per confessionem, per tormenta; ius vero consuetudinarium per testes; ius autem scriptum non nisi per legum inductionem credo probari debere, ut D. de probationibus l. ab ea parte (D. 22, 3, 5). § 364. Ius tamen scriptum probatur, si non inducit quis aliquam legem expressam, sufficit enim si ita dicat legem dicere, vel ita esse in iure scripto dicendum est <sup>6</sup>, modo iudex sciat ita esse in iure scripto. § 365. Dico enim quod iudex circa iuris probationem debet ferre sententiam secundum conscientiam, idest secundum quod scit esse in iure sive scriptum, sive consuetudinarium, quicquid in contrarium allegetur. § 366. Quod si dubitet, secundum allegata. § 367. Circa vero probationem facti debet sententiam ferre non secundum conscientiam sed secundum allegata etsi contrarium sciat quam iudicet.

§ 368. Horum autem per que fit probatio quedam sufficiunt, ut testes in legitimo numero non reprobat, instrumenta publica et autentica, instrumenta privata in proprium preiudicium, ut apoche, antapoche; quedam proficiunt, ut private ammonitiones et attestations, quia non sufficiunt etsi testator moriens id admonet vel attestetur, nisi cum moriens iuret certam quantitatem sibi deberi, nec quid amplius in patrimonio esse; quo casu

<sup>1</sup> Cod. om. et. — <sup>2</sup> Cod. rationis — <sup>3</sup> Cod. si pactum. —

<sup>4</sup> Cod. ex. — <sup>5</sup> Cod. eos. — <sup>6</sup> Cod. om. est.

creditoribus non fit preiudicium, licet heredibus fiat. Ut amplius non inquirent, fit inquisitio laboriosa: alias forte inquirent. § 369. Presumptiones quoque non sufficiunt licet proficiant. § 370. Interdum tamen ex sola presumptione, nisi contrarium probetur, sententia datur, ut si cyrographum petitoris cancellatum<sup>1</sup> inveniatur, ut D. de probationibus l. si cyrographum (D. 22, 3, 24). § 371. Item si quis causa expressa et in scriptura se debere caverit, licet forte de non numerata pecunia excipiat, ut C. de non numerata pecunia l. generaliter (C. 4, 30, 13). § 372. Item si quis post tres scriptas denunciations cum uxore aliena colloquium habere inventus sit, ut in Auth. ut liceat matri et avie § illud quod (Nov. 117 c. 7). § 373. Format autem lex quandam presumptionem ex qualitate facti et admittitur probatio in contrarium, unde dicitur « tamdiu presumptioni statur donec probetur contrarium », ut D. de iure dotium l. nuptura (D. 23, 3, 57)<sup>2</sup>; et C. de donationibus<sup>3</sup> inter virum et uxorem l. etiam (C. 5, 16, 6); et C. de probationibus l. sive (C. 4, 19, 16). § 374. Quoniam vero prescriptum format et super prescripto statuit nec in contrarium admittitur probatio (que prescriptio legis a quibusdam dicitur); hanc alias vigor scripture inducit, ut C. de arbitris l. ne in arbitris<sup>4</sup> (C. 2, 46, 4); alias favore ultime voluntatis, ut C. de institutionibus et substitutionibus l. generaliter § cum autem (C. 6, 25, 6, § 1); alias dotis, ut C. de rei uxorie actione l. I et II (C. 5, 13, 1 et 2); alias eam inducit odium vel coniurationum, vel conspirationum, ut in Decretis ca. XI q. I<sup>5</sup> c. si qui clericorum (Dec. II, 11, 1, 35) cum omnibus concordantiis suis.

§ 375. Probationum species prima frequens est per testimonia: dignior est vox viva testium quam vox mortua instrumentorum. § 376. Est autem testificandi officium publicum. Coguntur enim testes ut testificentur et signa sua recognoscant, ut D. de tabulis exhibendis l. locum § hoc interdictum (D. 43, 5, 3 § 7); et C. eod. l. libertorum (C. 4, 20, 12); licet ecclesia romana cogere non consuevit<sup>6</sup>. § 377. Testium quidam certa ratione excusantur a ferendo testimonio, quidam prohibentur. § 378. Excusantur etate in criminibus minores XXV annorum ut D. eod. l. in testimoniis, et l. inviti (D. 22, 5, 2 et 8); et senes. § 379. Item is excusatur cui venire non licet, ut relegatus. Alii ratione morbi, ut valetudinarii; alii dignitate, ut episcopus et magistratus; alii publice utilitatis causa, ut milites. § 380. Publicani quoque, idest qui publica vectigalia colligunt, et qui non detractandi testimonii sed rei publice causa abest, ut D. eod. l. inviti (D. 22, 5, 19). § 381. Milites tamen et magistratus si in presenti sunt, et res exigat, testimonium dicant, ut D. eod. l. ob carmen § I (D. 22, 5,

21 § 1). § 382. Quidam excusantur cognationis vel affinitatis ratione, ut agnatus contra agnatum et cet., ut D. eod. l. testis<sup>7</sup> (D. 22, 5, 9). Non coguntur, sed volentes admittuntur. § 383. Prohibentur a ferendo testimonio quidam ipso iure, quidam iudicis officio. § 384. Ipso iure propter personam ratione etatis, ut pupilli, ut D. eod. l. inviti (D. 22, 5, 19 § 1); aut ratione sexus, ut mulieres in testamentis; aut ratione conditionis, ut coloni sive adscriptitii, ut C. de his qui ad ecclesiam confugiunt l. ult. (C. 1, 12, 8); aut propter causam ratione religionis, ut heretici contra orthodoxum; aut ratione infamie iuris etiam, sive sit infamis per sententiam, sive ipso iure, ut qui contra transactionem iuratam venerit, ut C. de transactionibus l. si quis (C. 2, 4, 41); nisi in maximis, ut D. eod. l. ob carmen § I (D. 22, 5, 21). § 385. Quidam tamen intelligit, licet non ad iudicialia testimonia, tamen in ultimis eulogiis et contractibus esse admittendos, ut C. de testibus l. quoniam (C. 4, 20, 11); quamvis istud sit correctum in novellis, ut in Decretis ca. II, q. VII, c. pagani, et ca. III, q. V c. similiter (Dec. II, 2, 7, 25 et 3, 5, 10). § 386. Omnes infames generaliter repelluntur; ergo et ratione infamie facti et ratione infamie iuris, ut D. eod. l. testium, penult. (D. 22, 5, 24); item ratione pietatis, ut liberi contra parentes; aut ratione obsequii, ut libertus contra patronum; aut domestica affectione, ut domestici et familiares; ut C. eod. l. parentes (C. 4, 20, 6); et C. eod. l. libertorum (C. 4, 20, 12); et C. de his qui ad ecclesiam confugiunt l. ult. (C. 1, 12, 8). Est tamen casus ubi domesticum testimonium non repellitur, ut C. de repudiis l. consensu (C. 5, 17, 8). § 387. Item clerici pro ecclesia sua testimonium ferre possunt....<sup>8</sup> ut in Inst. de testamentis § (I. 2, 10); in Extra tit. eod. de testibus c. cum nuntius § et c. insuper (Comp. I, 2, 13, 11 et 21). § 388. Aut ratione private utilitatis, ut D. eod. l. in re propria<sup>9</sup> (D. 22, 5, 10), licet quandoque possunt ut supra, scilicet qui alio iudicio confessus est, secundum quosdam, vel etiam, secundum alios, in eodem testimonium dixerit, ut D. eod. l. produci (D. 22, 5, 23). § 389. Nam et testes producti coram arbitro iterum audiuntur coram ordinario, nam in eodem iudicio bis aut ter idem testis contra eundem produci potest, ut D. de questionibus l. repeti (D. 48, 18, 16). Aut ratione avocationis sive executionis, ut D. eod. l. ult. mandatis (D. 22, 5, 25); aut propter inimicitias non capitales: propter paupertatem culpabilem et vitam ignobilem, propter meditationem sermonis, et similia, ut D. eod. l. testium (D. 22, 5, 3). § 390. Obiectu vero criminis pro quo testis non est condemnatus secundum leges repelli non potest, licet secundum canones contrarium videtur optentum, ut in Extra. c. super eo (Comp. I, 2, 13, 12).

<sup>1</sup> Cod. cancellarum. — <sup>2</sup> Cod. inserit et D. quod. vi aut clam l. non est verisimile. — <sup>3</sup> Cod. probationibus. — <sup>4</sup> Cod. nemi. arbi. — <sup>5</sup> Cod. II. — <sup>6</sup> Cod. add. ut in Decretis ca....

q. III, c. super eo. — <sup>7</sup> Cod. inviti. — <sup>8</sup> Adest lacuna in Cod. — <sup>9</sup> Ita Cod. In Dig.: nullus idoneus testis in re sua intelligitur.



§ 391. Sed nec eum repelle contra te quem produxisti pro te. § 392. Circa testes autem propter inimicitias repellendos<sup>1</sup> vel quia eis quandoque status obicitur, ita distinguitur in auth. eod. (C. 4, 20, 11 auth.); quia si dicatur eum servilis fortune qui testis producitur, is vero liber dicatur constitutus vel<sup>2</sup> a nativitate, recipiatur testimonium; eo quod viribus carebit si in status questione servus apparuerit. § 393. Si vero libertus dicatur instrumento prolato libertatis vel prestito sacramento quod alibi habeat instrumentum, testificetur.<sup>3</sup> § 394. Sed in ultimo casu evacuabitur testimonium eius, non prolato libertatis instrumento infra tempus sibi indultum. § 395. Si autem odiosus testis dicatur et causa criminis cepta erat, prius finiatur quam recipiatur. § 386. Si vero alias odiosus pro pecuniaria controversia dicatur, recipiatur; a iudice tamen in fine disputationis examinatur an eius testimonio sit credendum. § 397. Iurare autem debent testes prius quam prebeant<sup>4</sup> testimonium, ut C. de testibus l. iurisiurandi (C. 4, 20, 9). § 398. Iurare debent etiam eo presente contra quem producuntur; vel eo a iudice citato, sicque contumaciter absente, ut perinde valeat eorum testimonium ac si parte presente dictum fuisset, ut in Auth. de testibus § et hoc vero (Nov. 90 c. 9). § 399. Iudice vero decernente<sup>5</sup> occasione testium alibi degentium, ad iudices eorundem locorum litigatores vel eorum procuratores dirigi possunt, ut coram ipsis iudicibus attestations alterius partis recipiantur, et iudici coram quo facta est litis contestatio, signis ipsorum iudicium incluse, destinentur, sive per ipsos qui testes produxerunt, sive per eorum adversarios, ut in Auth. de testibus § et quoniam (Nov. 90 c. 5). § 400. Et hoc quidem in civilibus negotiis optinet. § 401. Ceterum in criminalibus hoc non admittitur, sed opus est presentia testium, ut in Auth. de testibus § et quoniam (Nov. 90 c. 6). § 402. Iurare autem debent prorsus ita esse et se vidisse et audisse et sub presentia sua factum fuisse, ut C. de testibus l. testium (C. 4, 20, 18). § 403. Et licet in contractibus vel quasi generaliter testes accusari non oporteat, quin immo ad fidem rei geste faciendam etiam non rogatus testis admittitur; ubi tamen solvitur debitum scriptis contractum opus est ut testibus ad hoc rogatis: totidem rogati desiderantur in confessione creditoris dicentis pecuniam sibi solutam vel debitoris profitentis a se debitam, ut in Auth. de testibus. § III (Nov. 90 c. 3); neque in his duobus casibus sufficit solus auditus. § 404. Idemque in aliis duobus reperitur cum testator non vult quedam testamento comprehensa testes audire, ut C. de testibus, auth. (C. 4, 20, 18 auth.). § 405. Itemque cum contenditur an opus factum sit, ut de memoria, auditus operis facti tantum licet factum non viderit testificetur, ut D. de aqua pluvia arcenda l. in summa § idem Labeo (D. 39, 3, 2 § 7).

§ 406. Sed et in causa nativitatis sufficit testimonium de auditu, ut in Decretis ca. XXXV. q. VI, c. de parentela (Dec. II, 35, 6, 5). § 407. In omni autem iudicio, ubi maior numerus testium non exigitur, duo sufficiunt. § 408. Nec enim unus testis admittitur etiam si qualibet dignitate prefulgeat, licet unus ad presumptionem sufficere videatur, ut D. de iureiurando l. si duo (D. 12, 2, 13). § 409. Quedam tamen lex dicere videtur unico teste producto questioni locum non esse, ut D. de questionibus l. maritus (48, 18, 20). § 410. Si ergo ad hoc non proficit unus testis ut questioni sit locus, ad quid proficit? numquid ad hoc ut probationum inopia a iudice sacramenti fiat delatio? § 411. Hec autem in questione relinquo. § 412. Illud vero transeundum non est quod testes de quorum opinione et moribus dubitatur iudicem debent de his instruere, sicque de suo facto eodem debent, alioquin sicut et ignoti tormentis subiciantur. Hocque verisimiliter colligitur in Auth. eod. § I et II in fine (Nov. 90, c. 1, 2).

§ 413. Possunt ab eadem parte testes semel, bis, tertio produci; quarta quoque iure desideratur testium productio, si neque testium productioni renuntiaverit, neque testificata didicerit. § 414. Sacramento tamen ab eo primitus dando quod ipse non est procurator neutrius allegatoris, nec aliquis advocatorum eius, aut pro eo agens, nec per dolum aut per artem aliquam quartam petit productionem. § 415. Si vero facta renuntiatione testificata didicerit (quia nec aliter publicantur attestations nisi prius facta renuntiatione) de cetero testium productionem non desiderabit. § 416. Quod non solum optinet si tertio duxerit testes, sed etiam si semel, aut secundo, et ita premissa renuntiatione didicerit<sup>6</sup> testificata; et hoc ideo quia presumitur hoc desiderare causa addiendi aliquid testificatis vel emendandi ad id approbandum quod a suis testibus est propositum vel ad id infirmandum quod ab adversa parte fuerit propositum, ut in Auth. de testibus § et quoniam, in fine (Nov. 90, c. 5). § 417. Licitum autem est parti vel eius advocato interesse ubi testes adverse partis perhibeant testimonium et eorum attestations audire, nec ea ratione impeditur producere testes; quod satis innuunt verba eiusdem Authentici, ut in Auth. eod. § quia vero § et quoniam (Nov. 90, c. 4 et 5). § 418. Quidam tamen utramque partem interesse debere dicunt occasione quarundam legum C. de fide instrumentorum l. iudices (C. 4, 21, 18); D. de adulteriis l. si postulaverit § questioni (D. 47, 5, 27 § 7); et C. eod. l. si quando (C. 4, 20, 19).

§ 419. In exercendis litibus parem vim obtinet fides instrumentorum et depositiones testium. § 420. Sed hoc ita si instrumenta sunt publica per manum tabellionis confecta. § 421. Item si sunt publica coram iudice

<sup>1</sup> Cod. repellendus. — <sup>2</sup> Cod. et. — <sup>3</sup> Cod. testificetur. — <sup>4</sup> Cod.

perhibeant. — <sup>5</sup> Cod. decernante. — <sup>6</sup> Cod. didicerint.

confecta, que acta sive gesta dicuntur. Hec enim sufficiunt. § 422. Nam et attestaciones, signo autentico iudicis coram quo sunt recepte incluse, valent, causa quoque modo ad alium iudicem delata. § 423. Quin immo et attestaciones coram arbitro facte recipiuntur coram ordinario cum causa non est finita coram arbitro, ut C. de testibus l. ult. (C. 4, 20, 20). Apoche quoque in quibus creditor confitetur se totum partemve debiti recepisse, danturque a creditore debitori sufficiunt. § 424. Similiter et antapoche quas debitores conscribunt confitentes se solvisse partem debiti vel usuras tantum et dantur creditori, ut si quando debitor velit dicere non esse debitum vel etiam se prescriptione tueri, ex ipsa scriptura possit conveniri, nam partis debiti vel usurarum solutio temporis facit interruptionem, ut C. eod. l. plures (C. 4, 21, 19). § 425. Ideo autem sufficiunt hec instrumenta, licet private<sup>1</sup> sint emissa, quia omnia instrumenta in proprium preiudicium emissa, illorum vero authenticis signis innexa, hodierno et sollempni usu sufficere videntur. § 426. Instrumenta vero diversa fidem sibi invicem derogantia nichil optinent firmitatis cum ab eadem parte proferuntur, ut C. eod. l. scripture (C. 4, 21, 14). § 427. Licet secus sit in testibus contrariis sibi ab eadem parte productis, nam hoc casu his qui veriora protulerint fides adhibetur, ut in Auth. de testibus § 1 (Nov. 90, c. 1). § 428. Is vero contra quem producitur instrumentum probare debet instrumentum falsum, si hoc elegerit. § 429. Si tamen in prima figura appareat cum sit iudici suspectum, probandum est quod sit verum, ut C. de probationibus l. penult. (C. 4, 19, 24); et C. de fide instrumentorum l. II<sup>o</sup> (C. 4, 21, 2). § 436. Licet vero a producente instrumentum fides sit imposita, adversario tamen de calumpnia iuranti et dicenti quod probabit id esse falsum erit exhibendum, nisi iurare velit quod exhibere non possit; tunc enim ex necessitate exhibitio- nis relaxabitur, cartaque varia habebitur. § 431. Quid ergo si testes habeat qui instrumentum legerint qui iurent quod aliud instrumento continebitur quam iudici sit suatum, quumque dicatur quod alio modo negotium intercesserit? Forte audientur, sicque adhuc falsitatis questio ventilabitur. § 432. Hec autem facultas ei permittitur donec causa apud iudicem ventiletur. § 433. Ceterum si postquam finem acceperit dicatur, hoc licitum non erit, ut C. de probationibus l. ult. (C. 4, 19, 25). § 434. Si vero a quoquam sit mota questio et is destitit, sicque instrumento acquieverit, postea sententia vel transactione finita, actio<sup>3</sup> falsi non retractabitur, ut C. de transactionibus l. si ex (C. 2, 4, 42); et tit. si ex falsis instrumentis l. I (C. 7, 58, 1); et ad legem Corneliam de falsis l. ipse (C. 9, 22, 7). § 435. Is autem contra quem accusatio falsi proponitur si suam inno-

centiam probat, eumque a quo recepit litteras exhibeat, se liberat, ut C. ad legem Corneliam de falsis l. maiorem (C. 9, 22, 4). § 436. Qui vero ex instrumento convenitur, non ex indice, idest exemplo, sed ex autentico erit conveniendus, ut D. de probationibus l. II (D. 22, 3, 2).

§ 437. Rei autem non minus quam actores variis modis ad partium suarum assertionem procedunt; aut enim excipiuntur qui dilationem petunt, aut compensant, aut solutum contendunt, aut debitum confitentur. § 438. Quod variis modis excipitur. Ideoque de exceptione in genere primo videamus, deinde quanta possumus brevitate consequenter de his exceptionibus que frequentioris usus in iudiciis reperiuntur<sup>4</sup>.

§ 439. Exceptionum itaque alie sunt temporales et dilatorie, alie sunt perpetue et peremptorie. § 440. Temporales et dilatorie sunt ut pacti conventi temporales<sup>5</sup>, fori et<sup>6</sup> consimiles. § 441. Perpetue sunt ut pacti conventi perpetui, iuris rei et iudicis et cet. § 442. Ideo autem dicuntur temporales et dilatorie quia obsunt ad tempus et causam differunt. § 443. Perpetue vero ideo quia perpetuo obstant omnibus et causam perimunt. § 444. Perpetua itaque et peremptoria in quacumque parte litis opponitur et probatur, dumtamen ante sententiam. § 445. Dilatorie exceptiones que ex causa opponuntur ab initio sunt exponende, sed demum fundata intentione probande. § 446. Sed hoc ita si de ipsa intentione dubitet reus; quia si de ipsa confitetur, ab initio obicienda et probanda est, ut C. de exceptionibus l. siquidem (C. 8, 36, 9). § 447. Non tamen eo minus per eandem legem dicimus cum debitum confitetur reus sed exceptione perpetua se munitum asserit de exceptione solummodo esse agendum, posseque fieri talis exceptio ab initio contestationis<sup>7</sup>, sed demum fundata intentione ad ipsius assertionem procedere, si de ipsa intentione dubitetur. § 448. Que enim ex<sup>8</sup> quacumque parte negotii rite proponitur, merito potest ab initio obici fundata demum cum actor suam intentionem impleverit, ut C. de exceptionibus l. prescriptiones (C. 8, 36, 13). § 449. Exceptio vero dilatoria que ex persona rei obicitur, ut fori, et quia legatus dicitur, ab initio opponenda est et probanda, ut C. de exceptionibus l. ult. (C. 8, 36, 13); et de iurisdictione omnium iudicum l. nemo (C. 3, 13, 4). § 450. Cum vero ex persona actoris obicitur, distinguitur utrum affirmatione an negatione proponatur. Si negatione ex persona actoris proponitur<sup>9</sup>, lis ulterius non procedit, nisi is qui agit contrarium probare voluerit, ut si dicatur: « non es procurator » vel « non habes mandatum ». Ergo ab initio est opponenda quoad hoc ut caveat de rato vel probet mandatum. § 451. Porro post litem contestatam recte

<sup>1</sup> Cod. privata. — <sup>2</sup> Cod. de feris l. ult. — <sup>3</sup> Cod. actione. — <sup>4</sup> Cod. repetitur. — <sup>5</sup> Cod. inserit et. — <sup>6</sup> Cod. om. et. — <sup>7</sup> Cod.

contestationem. — <sup>8</sup> Cod. om. ex. — <sup>9</sup> Cod. om. si negatione ex persona actoris proponitur.



obicitur, si is qui convenitur probare voluerit eum qui convenit non esse procuratorem, quo facto et post sententiam forte nec controversie ulle nec iudicium ullum dicetur, ut C. de procuratoribus l. licet (C. 2, 13, 24). § 452. Hoc autem ideo quia hec exceptio ad id obiecta quasi peremptoria, immo forte plus quam peremptoria est. § 453. Si vero affirmatione ex persona actoris obicitur, ut puta quia miles dicatur, ideoque a procuratore repellendus, ab initio est opponenda et probanda. § 454. Ex premissis itaque apparet quod licet ex ordine ad probationem sit compellendus qui excipit, quia<sup>1</sup> agere videatur, hoc tamen ita verum intelligi debet si affirmatione excipit. § 455. Nam si negatione, puta quia non est nuntiatum, non est agenti negatum, non est bonorum possessio data, probationis molestia in agentem dirigitur. § 456. Omnes autem exceptiones rei coherentes que principali reo dantur integro manente statu eius<sup>2</sup> ad intercessores etiam invito reo extendi constat, ut D. de fideiussoribus l. si testamento<sup>3</sup> (D. 46, 1, 49); et C. de exceptionibus l. defensiones (C. 8, 36, 11). § 457. Persone namque coherentes ut socio, marito, patrono procuratorive quum eodem persone non<sup>4</sup> conveniantur nisi quatenus facere possunt, intercessoribus non competunt, et itaque<sup>5</sup> hii in solidum non<sup>6</sup> conveniuntur, ut D. de re iudicata l. sunt qui, cum sequentibus<sup>7</sup> legibus (D. 42, 1, 16 et seqq.). § 458. Ideo autem diximus « integro statu manente » quia sive status persone sit mutatus, ipso scilicet deportato, sive rei, ut cum bonis cessit, licet ipse exceptionem habeat, fideiussores tamen non liberantur, ut C. de fideiussoribus l. I (C. 8, 41, 1). § 459. Et nichil autem pluribus exceptionibus uti licet quia defecerit in una, non tamen minus admittitur ad executionem frequentium, ut D. de exceptionibus l. is qui, et l. nemo (D. 44, 1, 5, et 8). § 460. Nec mirum, nam negans se debere, de hoc postea convictus alia defensione utetur, nisi lex sit impedimento, ut D. de re iudicata l. Nesennius<sup>8</sup> (D. 42, 1, 41). § 461. Nam lex quandoque impedit ne alia defensione utatur in penam inficiationis, ut D. de noxalibus l. quotiens § II (D. 9, 4, 21 § 2); et D. de rei vindicatione l. penult. (D. 6, 1, 79).

§ 462. Est autem notissima exceptionis species ex certo pacto. § 463. Pactum vero est consensus<sup>9</sup> duorum pluriumve in idem dandum vel faciendum invicem, idest alteri ab altero. § 464. Pacta que contra leges vel bonos mores fuerint, nullius sunt momenti, ut C. eod. (C. 2, 3). § 465. Pacta que turpem causam continent non sunt observanda, ut D. eod. l. si unus § pacta (D. 2, 14, 27 § 4). § 466. Et quidem contra facta pacta

<sup>1</sup> Cod. qui. — <sup>2</sup> Cod. habet omne autem exceptio rei coerente que p. r. d. (omisso integro) m. statu (omisso eius). Locus itaque valde corruptus est; correxi ex coniectura et ex legibus Iustinianaeis. — <sup>3</sup> Cod. om. si testamento. — <sup>4</sup> Cod. om. quum eodem persone non Supplevi ex coniectura. — <sup>5</sup> Cod. om. et itaque.

non valent, si sunt principalia. § 467. Venditio enim morbosorum animalium, intercessio mulierum contra Velleianum invalida sunt et exceptionem inducunt et soluti repetitionem. § 468. Sed si per pactum supradictis renuntietur iura ex<sup>10</sup> eis competitura cessabunt, ut D. eod. l. pacisci (D. 2, 14, 31)<sup>11</sup>. Si ex causa fuerint inutilia pacta, ex causa quoque sunt inutilia propter naturam, ut si stipularis hominem mortuum. § 469. Aliis quoque modis sunt inutilia pacta. § 470. Utilia vero alias sunt nuda que exceptionem pariunt, et ad actionem non prosunt, nisi casus aliud inducat, ut in castrensi peculio et in donationibus. § 471. Alia sunt aminiculo munita, quod variis modis contingit<sup>12</sup>. § 472. Aut enim vestiuntur rei aminiculo, ut in mutuo; aut verborum, ut in stipulatione; aut litterarum, ut in cyrographo; aut consensu formato in speciale nomen transeunte, ut in emptione; aut facto quod aliter dicitur interventu rei, ut in contractibus innominatis. § 473. Pactorum itaque utilium varius est effectus: aut actionem informant, aut actionem pariunt, aut elidunt, ut que fiunt ad exceptionem; adiuvant, ut que fiunt ad replicationem; aut permittunt, ut actiones turpes. § 474. Et ex consensu proficiscentes re integra pariunt actionem novam prescriptis verbis, et veterem informant tam in contractibus bone fidei, ut D. eod. l. iuris § quod fere novissima parte<sup>13</sup> (D. 2, 14, 7 § 12); quam in contractibus stricti iuris, si fuerint incontinenti apposita, ut D. si certum petatur l. lecta est (D. 12, 1, 40).

§ 475. Transactionis quoque vocabula exceptionem quandam continent: de qua<sup>14</sup> videamus. § 476. Est autem transactio de re dubia et lite incerta non gratuita pactio, idest aliquo dato vel remisso vel retento, ut C. de transactionibus (C. 2, 4). § 477. Quandoque autem nil datur, interpretative tamen dari intelligitur ut transactio valeat, in duobus institutis et invicem restituere rogatis transigentibus<sup>15</sup>, ut C. de transactionibus l. de<sup>16</sup> fideicommissio (C. 2, 4, 11). § 478. Is autem proprie transigere debet qui agit et ab eo actum transit. § 479. Ei autem transigi dicitur a quo petitur, licet ab usura vocabulorum permixtio reperiatur, ut C. de transactionibus l. II (C. 2, 4, 2). § 480. Transigere autem licet de questione civili et<sup>17</sup> de crimine privato; de publico quoque quod penam sanguinis irrogat preterquam de adulterio, licet hoc per Auth. videatur correctum, ut in Auth. ut liceat matri et avie § quia vero (Nov. 117 c. 8). § 481. De publico quod vitam non adimit minime, nisi de falsis, ut C. eod. l. transigere (C. 2, 4, 18). Hoc tamen vitam adimit<sup>18</sup>, ut C. de falsa moneta l. quoniam nonnulli crimen (C. 9, 24, 1). § 482. Post sententiam quoque non licet transigere nisi in

— <sup>6</sup> Cod. om. non. — <sup>7</sup> Cod. exequentibus. — <sup>8</sup> Cod. nemo his. — <sup>9</sup> Cod. om. consensus. — <sup>10</sup> Cod. om. ex. — <sup>11</sup> Cod. inserit et C. an. mu. ... l. ult. — <sup>12</sup> Cod. extingit. — <sup>13</sup> Cod. l. numerus § fere omnium opinionem. — <sup>14</sup> Cod. exceptio quedam c. de quibus. — <sup>15</sup> Cod. transigentibus. — <sup>16</sup> Cod. om. de. — <sup>17</sup> Cod. sed. — <sup>18</sup> Cod. admittit.

casibus, ut D. eod. l. et post rem iudicatam (D. 2, 15, 7). § 483. In transactione quoque tanta conditio inest utpote si ex falso<sup>1</sup> instrumento transigitur, ut C. de transactionibus l. si ex falsis (C. 2, 4, 42). § 484. Rescinditur itaque; sic itaque transactio ex falso instrumento, etiam si sacramento sit corroboratum per eum contra quem producta sunt instrumenta. § 485. Legitime vero transactionis hic est effectus, ut ei qui convenitur exceptionem ex pacto parat<sup>2</sup>. Et hoc ita si transactum est, forte idem etsi non sit transactum, sed de transigendo convenerit, ut D. de pactis l. si convenerit (D. 2, 14, 56). § 486. Si vero ex pacto non parat<sup>3</sup> et actio vivit, redditur ad eam; et si excipitur, de dolo vel in factum replicabitur, ut<sup>4</sup> adversarius ad obsequium placitorum urgeatur, ut C. eod. l. sive (C. 2, 4, 28). § 487. Si autem per acceptilationem sit extincta, de dolo agitur nisi biennium excesserit. Si tamen supersit sed propter odium sublata quoad heredes, vel sublata censeatur quantum ad effectum, quia factum est quod convenit, idest res tradita que postmodum sit evicta pro qua transigitur, actio prescriptis verbis datur, ut C. de transactionibus l. cum mota<sup>5</sup>, et l. si pro fundo (C. 2, 4, 6 et 33). § 488. Sed re evicta super qua transigitur<sup>6</sup>, actio non datur, ut eod. si pro fundo (C. 2, 4, 33).

§ 489. Maximum quoque remedium expediendarum litium in usum venit iurisiurandi religio, ut D. eod. l. maximum (D. 12, 2, 1): deferto iuramento ab omni disceditur controversia, cum et reo iuranti perpetuam pariat exceptionem, ut D. eod. l. antepenult. (D. 12, 2, 40). § 490. Defert autem iusiurandum dominus liberam habens administrationem; tutor quoque, curator, yconomus; procurator quoque in casibus si speciale mandatum habeat, si generale et liberam administrationem habeat, si in rem suam sit procurator, ut D. eod. l. iusiurandum § procurator (D. 12, 2, 34 § 3). § 491. Iuratur de facto forte, et de iure si ita deferatur, si iuraveris ita « vel cautum esse<sup>7</sup> vel te non posse per legem obligari », ut argumentum D. eod. l. ult. (D. 12, 2, 42); licet quidam contrarium asserentes ratione premisse coniecture id admittendum non esse contendunt. § 492. Est autem iusiurandum alias voluntarium quod pars parti defert extra iudicium: hoc nil habet necessitatis; aliud vero dicitur necessarium quod parti a parte defertur, sed in iudicio et iudice approbante. § 493 Ideo autem sic dicitur quia necesse habet is cui defertur vel iurare, vel referre, vel solvere, vel recusare; si tamen recuset, quare recuset vel adaptet et assignet. Iudex autem si videat sacramentum recusatum esse prestandum, sic diffiniat quasi ipse detulisset nec relatam fuisset; condemnato tamen non denegando provocationis auxilio, ut C. eod. l. generaliter hoc iusiurandum (C. 4, 1, 12). § 494. Si enim

est<sup>8</sup> conventionalis, pretextu periurii etiam post, novis instrumentis repertis, non retractatur, ut C. eod. l. I (C. 4, 1, 1). Excipitur nisi quis non apparente testamento iuraverit sibi deberi legatum; quo casu etiam prolato instrumento, si manifeste nil penitus relictum est, legatum ei afferetur, ne ex suo periurio lucrum consequatur, ut eod. l. ult. (C. 4, 1, 13). § 495. Hoc sacramentum necessario ex ordine refertur, preterquam in amotione et furto...<sup>9</sup> in quibus etsi deferatur<sup>10</sup>, contra amotum delatio admittitur, licet relatio minime, ut D. rerum amotarum l. Marcellus (D. 25, 2, 11); et de iniuriis l. lex (D. 47, 12, 5). § 496. Ex hoc sacramento sicut ex priori et exceptio datur et actio nascitur, ut D. eod. l. in duobus § ult. (D. 12, 2, 28 § 10); et quidem actio in factum si non adiecta forma iuretur. § 497. Si adiecta, secundum genus gesti negotii utilis datur, ut C. eod. l. actori (C. 4, 1, 8); et D. eod. l. sed et (D. 12, 2, 25). § 498. Est tertium genus iurisiurandi quod iudicialis vocatur, quod mero iudicis officio interponitur. Hoc retractatur occasione instrumentorum postea repertorum, ut D. eod. l. admonendi (D. 12, 2, 31). § 499. Ex hoc iureiurando actio non nascitur sed iudicis expectatur sententiam. § 500. In contractibus quoque bone fidei et stricti iuris nec non in maleficiis, et ceteris causis, inopia probationum emergente, per iudicem iureiurando rem decidi oportet causa cognita; nam interdum actori, interdum reo defertur. § 501. Si enim probatio illa vel presumptio legitima subest reo<sup>11</sup> cui extimaverit iudex credi oportere, reo<sup>12</sup> sacramento delato et prestito vel remisso, absolutio sequetur, ut D. eod. l. admonendi (D. 12, 2, 31); et de edendo l. pretor § III (D. 2, 13, 4 § 3); et D. de fide instrumentorum l. ult. (C. 4, 21, 22); et de his qui ad ecclesiam confugiunt l. ult. § I (C. 1, 12, 8 § 1); et de iure domini impetrando l. ult. § sin autem (C. 8, 34, 3 § 3); et in Auth. ut litigantes iurent § si vero (Nov. 124, c. 4); et in Auth. de fide instrumentorum § si tamen quispiam et § et hec (Nov. 73, c. 4 et 9). § 502. Interdum tamen iusiurandum defertur actori causa cognita, sed tum propter presumptionem si extimaverit iudex ei credi oportere, ut in Auth. de fide instrumentorum § si vero (Nov. 73, c. 3); tum propter fugam rei, ut in Auth. de introducendis et exhibendis reis § si vero (Nov. 73, c. 4); et de collatoribus § sed et hec (Nov. 128, c. 12); tum quia reus non fecit quod facere debuit, puta tutor inventarium et iudex procuratorem non constituit, ut in Auth. de collatoribus § si quis autem (Nov. 128, c. 12); et C. de in litem iurando l. penult., et ult. (C. 5, 53, 4 et 5); et C. de iure deliberandi l. ult. in fine (C. 6, 30, 22); tum propter vim eius qui convenitur, ut C. unde vi l. si quando (C. 8, 4, 9); tum propter honestatem persone presertim si res vel summa

<sup>1</sup> Cod. om. falso. — <sup>2</sup> Cod. exceptione si pacto paret. — <sup>3</sup> Cod. si vero pacto non paret. — <sup>4</sup> Cod. inserit si. — <sup>5</sup> Cod. in vota. — <sup>6</sup> Cod.

inset sed evicta. — <sup>7</sup> Cod. om. esse. — <sup>8</sup> Cod. nec. — <sup>9</sup> Adest lacuna in Cod. — <sup>10</sup> Cod. inserit non. — <sup>11</sup> Cod. subere. — <sup>12</sup> Cod. inserit cui.



petita modica sit, ut D. de re militari l. non omnes § a barbaris (D. 49, 16, 5 § 3); et de legitimis tutoribus l. legitimam (D. 26, 4, 2); tum propter tuitionem quod evitare quis conatur et utilitatem adversarii, ut in Auth. ut hii qui obligatas habere § ut autem (Nov. 72, c. 3); et de litigiosis § ad excludendas (Nov. 112, c. 2); et in Auth. ut nulli iudicum § si vero (Nov. 134, c. 5); tum propter abnegationem, ut in Auth. de triente et semisse § studium (Nov. 18, c. 8); tum propter diligentiam actoris, ut C. de bonis auctoritate iudicis possidendis l. ult. (C. 7, 72, 10); tum propter temeritatem adversariorum temere litigantium, ut C. de iudiciis l. properandum § sin autem (C. 3, 1, 13 § 3); tum propter eorumdem absentiam, ut C. de iudiciis l. properandum § sin autem, et l. sancimus (C. 3, 1, 13 § 3 et 15); tum propter beneficium actoris impetratum et negligentiam rei, ut C. de iure domini impetrando l. ult. § sin autem (C. 8, 34, 3 § 3); tum propter divulgationem evitandam, ut C. quando et quibus debetur quarta pars l. II (C. 10, 34, 2).

§ 503. Rei quoque iudicate exceptio frequenter in iudiciis obicitur. § 504. Obicitur autem rei iudicate exceptio quotiens eadem questio inter easdem personas revocatur, ut D. eod. l. III (D. 44, 2, 3). § 505. Eandem questionem facit eadem conditio personarum, et origo sive causa petitionis illius rei que private petita erit, si non sit corpus sive quantitas quod petitum est, ut D. eod. si mater (D. 44, 2, 11). § 506. Conditio spectatur persone ei nocens contra quem iudicatum est. Si heres existat, ei contra quem provocatum non est agenti ex causa hereditaria, non obicitur rei iudicate exceptio, ut D. de exceptionibus l. res maioris<sup>1</sup> (D. 44, 1, 21). § 507. Origo vero sive causa petitionis ad episcopum inspicitur, quia si ex una causa petiero, non obstat exceptio, ut D. eod. l. si mater § eandem (D. 44, 2, 11 § 4); idest si ex alia causa non nova nunc peto cum prius quedam expressa petierim; quia ea sola causa que expressa est in iudicium deducta intelligitur. § 508. Si vero nulla expressa rem petiero, rursus ex quacumque causa non nova obstat exceptio; in tali enim actione non est causa ex qua sit res mea que in petitione non comprehenditur. § 509. Cum causa expressa res petitur, quia non ex pluribus causis res mandata esse potest, ex pluribus autem obligari nobis quis potest, ideoque ex una causa facta petitio alteram non tollit, ut D. eod. l. et an § actiones (D. 44, 2, 14 § 2); et D. de regulis iuris l. non ut (D. 50, 17, 1<sup>9</sup>). § 510. Inspicitur quoque an eadem res petatur; nam si idem corpus licet auctum vel diminutum petatur ceteris concurrentibus, obstat exceptio quia in toto pars est, ut D. eod. l. si quis (D. 44, 2, 7). § 511. Obstat itaque exceptio si inter easdem personas eadem questio revo-

catur; et hoc sive heedem sint vere, sive interpretative, ut tutor, curator, actor municipium. § 512. Procuratori quoque alterius nomine agenti obicitur exceptio, ut D. eod. l. III (D. 44, 2, 3). § 513. Res vero inter alios acta alii suo nomine agenti non preiudicat; alioquin tamen alii scienti et prohibere volenti et non prohibenti sententia nocet, ut si is cui principaliter datur actio vel defensio alium cui secundo datur agere vel defendere presumpserit, ut debitor creditorem et emptor venditorem, emphiteota proprietarium, feudatarius dominum, ut C. de re iudicata l. penult. (C. 7, 52, 5) sepe constitutum est. § 514. Item victoria unius ex sociis fundi communis cui servitus debetur proderit aliis quoad exceptionem, licet ammissio non preiudicat, ut D. si servitus vendicetur l. loci § si fundus (D. 8, 5 § 3). § 515. Sic etiam accusanti adulterum de adulterio commisso absolutio prodest uxori licet eius non noceat condempnatio, ut D. de adulteriis l. denuntiasset (D. 48, 5, 17). § 516. Ex duobus quoque tutoribus condempnatis qui gesserant, unius appellantis in iudicio appellationis victoria proderit alteri, ut C. si unus ex pluribus tutoribus appellaverit (C. 7, 68, 2).

§ 516. Exceptionum doli mali et metus frequens est usus. Ei autem competit doli exceptio qui per dolum est obligatus. § 517. Itaque si convenisset quem sub conditione obligari, per dolum pure sit obligatum, doli mali obstat exceptio, ut D. de verborum obligationibus l. si quis cum aliter (D. 45, 1, 36); et hoc sive dedit causam contractui dolum, sive non, scilicet in contractibus stricti iuris. § 518. In contractibus vero bone fidei si dedit<sup>2</sup> causam contractui, idest ipso iure nullus est contractus, ideoque ex quo non agitur nec opus est exceptione. § 519. Quin immo qui sine causa stipulatus est, licet eo tempore nichil dolo fecisset, si tamen ex ea stipulatione<sup>3</sup> petat, tunc dolo facere intelligitur, ideoque obstat exceptio, ut D. eod. l. dolo (D. 44, 4, 8). § 520. Quod locum non habet in possessorio iudicio, ut D. quorum legatorum l. II § quod (D. 43, 3, 2 § 1). § 521. Dolo etiam facit qui petit quod statim restitutum est, ideoque doli obstat exceptio, ut D. eod. l. dolo (D. 44, 4, 8). § 522. Quod locum non habet in possessorio iudicio, ut D. quorum legatorum l. II<sup>4</sup> (D. 43, 3, 2); et C. locati l. si quis conductionis (C. 4, 65, 25); et in Auth. de triente et semisse § illud (Nov. 18, c. 6). § 523. Quandoque etiam non factum sed silentium inducit doli exceptionem. § 524. Si enim cum creditores hereditarii mandassent heredi ut hereditatem adiret quam suspectam putabat, et unus ex his dolose non mandasset ut ita eum in solidum conveniret, mandaturus alias si non foret hic aditurus, si postea in solidum agat, doli mali exceptio intenditur<sup>5</sup>, ut D. eod. l. apud Celsum (D. 44, 4, 4); et ut generalius dicamus, ex omnibus in factum

<sup>1</sup> Cod. inter. — <sup>2</sup> Cod. dicat. — <sup>3</sup> Cod. ex eo stipulationem.

— <sup>4</sup> Cod. III. — <sup>5</sup> Cod. intelligitur.

exceptio, ut D. eod. l. II § item queritur (D. 44, 4, 2 § 4). § 524. Nam qui equitate defensionis instituere actionem potest doli exceptione tutus est, ut D. eod. l. qui equitate (D. 44, 4, 12). § 525. Adversus autem doli exceptionem non datur doli replicatio, ut puta si dolo inductus ab aliquo ad <sup>1</sup> permittendum induxeris, vel <sup>2</sup> ad renuntiandum, hic enim, cum eum reppelles doli exceptione non adiuuatur doli replicatione quia dolus dolo recompensatur, ut D. eod. l. apud § Marcellus (D. 44, 4, 4 § 13). Ex dolo vero tutoris et curatoris si cum eis collusum non est, si neque pupillus <sup>3</sup> ex eo locupletior est, exceptio doli ducitur, ut D. eod. l. apud § illa questio (D. 44, 4, 4 § 23). § 526. Ex dolo quoque procuratorio tam preterito quam presenti obicitur exceptio, si tamen sit procurator in rem suam vel generalis; alias autem ex dolo procuratoris simpliciter ad agendum dati expressim post litem contestatam dumtaxat exceptio obicitur, ut D. eod. l. apud § quesitum, et l. si procurator (D. 44, 4, 4 § 18 et 9). § 527. Ut autem hec doli exceptio teneat necesse est ut actoris contra quem obicitur dolus probetur; nec enim sufficit si a quocumque dolo factum doceatur, ut D. eod. l. II § I (D. 44, 4, 2 § 1). § 528. Metus vero exceptio in rem scripta est. Sufficit enim ad hoc ut obiciatur si in ea re in qua obiecerit metus causa factum est a quacumque adhibito: obligantem seu remittentem iuris equitatis tuetur exceptio. <sup>4</sup>

§ 529. Defenditur reus exceptione usucapionis vel prescriptionis. Est namque prescriptio exceptio varia. Usucapio quoque, licet sit domini acquisitio, tamen qualem...<sup>5</sup> parit exceptionem, ut C. de iure dotium l. in rebus (C. 5, 12, 30). § 530. Ad complendam autem usucapionem, quamquam sufficit iustus titulus et bona fides utriusque tam dantis quam etiam accipientis in initio, post tamen necessarium est ut res non subiaceat vitiis vel quasi; ut si sit vi possessa vel clandestina vel furtiva, nisi vitium fuerit purgatum, vel presidi contra legem Iuliam repetundarum data, vel pupillaris, vel fisci. § 531. Item exigitur ut pro sua possideatur, ut possessio sit continua, idest non interrupta, alio medio tempore in possessione inducto vel constituto. § 532. Item triennium continuum necessarium <sup>6</sup> est, sive id toto usucapionis tempore possederit, sive cum illo a quo causam hereditariam continuata fuerit et completa possessio. § 533. Usucapiuntur autem res mobiles et se moventes; prescribuntur vero longo tempore res immobiles; prescriptione tempore longissimo res utreque. § 534. Ut autem longi temporis procedat prescriptio hic opus est bona fides ex parte accipientis; sed hodie etiam ex parte dantis; nam hodie mala fide possessore alienante cessat longi temporis prescriptio, si

verus dominus ignorat ius suum <sup>7</sup> et alienationem factam, spectatur ergo XXX annorum <sup>8</sup> defensio. § 535. Si vero sciat alienationem factam, et putat ad se rem pertinere, obstat exceptio X vel XX annorum, si litem non est contestatus infra X vel XX annos, ut in Auth. ut sponsalitia largitus § rursus (Nov. 119, c. 7). § 536. In complenda etiam hac prescriptione titulus exigitur, vel id quod pro titulo habetur; et ut res non subiaceat vitio, vel quasi vitio; et ut sit statuto tempore post nullam factam interruptionem, idest X inter presentes et XX inter absentes. § 537. Si tamen is cuius res prescribantur quibusdam annis fuerit presens, quibusdam <sup>9</sup> absens, adiciuntur <sup>10</sup> ei tot anni quot ex decennio fuerit absens, ut C. de prescriptione longi temporis auth. quod si (C. 7, 33, 1 auth. 2). § 538. Facta interruptione civili, perpetuatur actio usque ad XL annos, ut C. de annali exceptione l. I (C. 7, 40, 1); excepta actione de dolo et rescissoria, ut D. pro emptore l. qui fundum § qui bona (D. 41, 4, 7 § 4). § 539. Post interruptionem autem naturalem sufficiunt anni XX si tamen tractum secunde possessionis vitio caruit, secunde autem possessionis initium inspiciamus, ut D. de usucapionibus l. si is § si quis (D. 41, 3, 25 § 2). § 540. Item licet civilis interruptio illis tantum prodest qui interrumpunt, naturalis tamen non solum illis sed etiam omnibus generaliter, ut D. de usucapionibus l. naturaliter <sup>11</sup> (D. 41, 3, 5). § 541. Interrumpitur prescriptio variis modis, ut si de fundo victuatur aut res mobilis vi eripiatur, ut D. de usucapionibus l. naturaliter (D. 41, 3, 5), si furto auferatur, si res possessa derelinquatur, flumen rem possessam inundaverit, ut D. de acquirenda possessione l. qui universas, et l. peregre § quibus (D. 41, 2, 30, et 44 § 2); si medio tempore a creditore... <sup>12</sup> vitio sit detenta, ut C. de prescriptione XXX annorum l. cum notissimi § immo (C. 7, 39, 7 § 5). § 542. Potest etiam appellari naturalis interruptio que fit per interventum pupillaris etatis, quo solo tempore deducto pupillaris etatis possessor utraque tempora coniunget, ut C. de prescriptione XXX annorum l. si cum in rem (C. 7, 39, 8); secundum cautionis emissionem, ut l. cum notissimi § sed cum <sup>13</sup> (C. 7, 39, 7 § 2); vel partis debiti solutione, ut C. de annali prescriptionis exceptione l. ut perfectius (C. 7, 40, 2); querimonia simpliciter coram preside vel episcopo facta; aut si horum copia non fuerit deposita publice ubi prius domicilium habuerit, sed cum subscriptione tabularii, ut C. de annali exceptione l. ut perfectius (C. 7, 40, 2). § 543. Item interruptio tunc facienda est cum adversarius laborat infantia, vel furore, vel absentia, vel in potestate sit constitutus, domini etiam in iudicio nominati certioratione, ut C. ubi in rem actio l. II

<sup>1</sup> Cod. om. ad. — <sup>2</sup> Cod. om. vel. — <sup>3</sup> Cod. inserit et plures. — <sup>4</sup> Ita Cod. Sed locus certe valde incertus librarii corruptus est. — <sup>5</sup> Adest lacuna in Cod. — <sup>6</sup> Cod. cessarium. — <sup>7</sup> Cod. inserit

ignorat. — <sup>8</sup> Cod. om. annorum. — <sup>9</sup> Cod. quibus. — <sup>10</sup> Cod. obiciantur. — <sup>11</sup> Cod. generaliter. — <sup>12</sup> Adest lacuna in Cod. — <sup>13</sup> Cod. et.



(C. 3, 19, 2); sive alterius nomine, ut D. eod. (D. 41, 3); vel officio iudicis; libelli principi oblatione et ad eum facta rescriptione: sed <sup>1</sup> hec in annalibus tantum et pretoriis actionibus, ut C. quando libellus principi I. I et II (C. 1, 20, 1 et 2).

§ 544. Sepissime quoque in iudiciis dilationes postulatur. Petuntur <sup>2</sup> autem gratia testium absentium sive instrumentorum; dantur vero etsi urgentissima ratio flagitaverit et sub tali moderamine ut si ex eadem provincia testes desiderantur vel instrumenta tres menses, si ex vicina VI, si ex transmarinis VIII largiantur, ut C. eod. I. I (C. 3, 11, 1). § 545. Iure vero Authenticorum ut <sup>3</sup> dominum in iudicio nominatum deducat, sub alio moderamine indulgetur dilatio ut siquidem sit vicina provincia ubi lis agitur, una vel duobus mansionibus in medio constitutis, tres menses dentur. § 546. Si vero maius sit spatium VI menses; si vero ex Palestina vel gentium longin quarum VI menses, si vero ex septentrionalibus partibus VIII menses, ut in Auth. ut omnes obediant iudicibus (Nov. 69). § 547. Secundum autem hanc formam arbitrantur quidam dandam dilationem producendorum testium vel instrumentorum gratia, sicque per Authenticum legem veterem dicunt correctam; quod utrum verum sit sub questione relinquo. § 548. Ei autem qui per sacrum oraculum te ad extraordinarium vocavit iudicium, dilatione denegata sibi ad arguenda precum mendacia et ad profundenda instrumenta vel testes dilatio indulgetur, ut C. eod. I. si queritur (C. 3, 11, 2). § 549. Cum autem ad appellationem vel ad consultationem rescribit imperator sive priori iudicio sit data vel non data dilatio, amplius non dabitur, sicut nec cum ipse cognoscit de causa delata ad ipsum per appellationem, ut C. eod. I. cum a nobis (C. 3, 11, 5). § 550. Sed nec in causa adulterii, ut D. ad legem Iuliam de adulteriis (D. 48, 5). In causa testamenti ea solum dilatio indulgetur actori que infra testium tempus coartetur. § 551. Quod nisi rei defensio dilationis suffragium postulaverit eadem cura obstaculum temporis tribuatur, ut C. de temporibus in integrum restitutionis I. petende (C. 2, 53, 6). § 552. In civilibus autem causis novit iudex non facile amplius quam semel tribuendam dilationem: plane in criminalibus accusatori <sup>4</sup> duo, reo tres indulgentur, ut D. eod. I. ult. (D. 2, 12, 10). Iure vero Authenticorum post omnes legitimas indutias altera parte suis allegationibus renuntiante, altera vero volente, post spatium XXX dierum indultum ad superandam ipsius malitiam primo unius, secundo alterius mensis indulgetur dilatio, ut in Auth. ut <sup>5</sup> cum de appellationibus cognoscitur § sed et (Nov. c. 2).

§ 553. Sepe autem rei in iudicium conventi ad compensationis decurrunt amiculum. § 554. Est autem

compensatio debiti et crediti inter se contributio, ut D. eod. I. I. (D. 16, 2, 1). § 555. Compensatur debitum quod utroque iure est debitum, sed et illud quod natura debitum est ut solutum non repetatur, ut puta si sit nudo pacto debitum vel ex testamento minus sollempni, ut D. eod. I. VI (D. 16, 2, 6). § 556. In diem vero debitum vel sub conditione non compensatur, ut eod. I. quod in <sup>6</sup> (D. 16, 2, 7). § 557. Quod alii debetur etiam eo nolente alius compensat, ut C. eod. I. eius (C. 4, 31, 9). § 558. Si autem ita intelligimus ut ille alius sit idem per iuris interpretationem ut pater, filius, dominus, servus, socius fideiussor, ut D. eod. I. IV (D. 16, 2, 4). § 559. In rem etiam suam datus procurator si vice mutua convenitur compensabit, licet post litem contestatam demum, ut D. eod. I. in rem (D. 16, 2, 18). § 560. Hodie vero ipso iure fit compensatio si tamen obicitur et obiecta non reprobat. § 561. Sicque si causa liquida est; sic etiam si non ex causa negotii debeat, sive ex causa maleficii. Ex ordine namque omni actione obicitur preterquam depositi et vi bonorum raptorum, ut C. eod. I. ult. (C. 4, 31, 14). § 562. In quantitatibus locum habet compensatio non in speciebus, nisi ventum sit ad estimationem per rerum interitum aut deteriorationem. § 563. Illud autem non est incognitum quia si uni petitioni specialiter sit compensatio destinata, forte actionibus ab initio propositis, non erit variatio alteris obicienda, ut D. eod. I. quod <sup>7</sup> Labeo (D. 16, 2, 12).

§ 564. Sepe preterea rei in iudicio conventi solutum contendunt, sicque obligationem ipso iure dissolutam. Hoc contingit vel vera facta solutione, vel ymaginaria, scilicet acceptilatione. § 565. Unde autem solutio procedit eo solvente qui debet et cui debetur et <sup>8</sup> quod debetur. § 566. Alius tamen pro alio solvens etiam ignorantem liberat et invitum, ut D. de negotiis gestis I. solvendo (D. 3, 5, 39). § 567. Si vero cui debetur est solvendum etiam reo criminis postulato preterquam lese maiestatis; alioquin plerique etiam insontes <sup>9</sup> fame perirent, ut D. eod. I. reo (D. 46, 3, 41). § 568. Procuratori tamen recte solvitur si liberam habeat administrationem et generalem, vel si specialiter ei mandatum est. § 569. Prorsus etiam alii, ut adiecto, recte solvitur etsi stipulator vetuerit; non tamen si litem est contestatus, ut D. eod. I. vero <sup>10</sup> procuratori et I. si quis stipulatus (D. 46, 3, 12, et 57). § 570. Tutori quoque et curatori etiam non gerentibus non recte solvitur, nisi hoc mandatum contineat <sup>11</sup>.... alias non solvens frustra sibi rem pignoratam restitui desiderat, ut D. eod. I. hoc iure (D. 46, 3, 86). § 571. Idem ergo, ut prediximus, solvendum est quod debetur ad hoc ut liberatio contingat. § 572. Aliud tamen pro alio casualiter invito creditori solvitur. Namque fratrem patremque a se legatum poterit quis pertinere

<sup>1</sup> Cod. si. — <sup>2</sup> Cod. petitur. — <sup>3</sup> Cod. om. ut. — <sup>4</sup> Cod. accusatorie. — <sup>5</sup> Cod. om. ut. — <sup>6</sup> Cod. om. quod in. — <sup>7</sup> Cod. idem.

— <sup>8</sup> Cod. etiam. — <sup>9</sup> Cod. sontes. — <sup>10</sup> Cod. uxor. — <sup>11</sup> Cod. quandam lacunam habet.

si servum eque bonum voluerit deprehendere, ut D. I de legatis l. si domino (D. 30, 1, 99). § 572. Item pecuniam debens, et eam non habens, aliam rem solvens liberatur, nisi creditor maluerit eius rei emptorem ydoneum parare, ut C. eod. auth. hoc nisi (C. 8, 43, 16 auth.). § 573. Eadem quoque ratione, argentum non habenti licitum erit solvere aurum. § 574. In potestate autem est debitori ex pluribus causis debenti in solutione exprimere in quam causam velit solvere. § 575. Quod si non exprimat, convertitur electio ad creditorem ut scilicet edicat in quam causam velit accipere, nisi vel creditori liberum sit non accipere vel debitori non dare, ut D. eod. l. I et II (D. 46, 3, 1 et 2). § 576. Exprimere autem debet ita, ipsa scilicet solutione, vel ante, vel post, sed incontinenti, ut C. de usuris l. si usuras (C. 4, 32, 21). § 577. Ceterum neutro suam voluntatem exprimere a lege disponitur ut in duriores accepto feratur; durior autem causa extimatur causa usuraria quam non usuraria. § 578. Item ex qua quis debitor est suo nomine quam alieno, puta fideiussorio, ex qua debitor est cum satisfactione quam sine ea. § 579. Item quod debetur ex causa famosa durius est, D. eod. l. IIII<sup>1</sup> (D. 46, 3, 3). § 580. Si vero ex una causa sed usuraria debeatur morte solutio, et usure debitas accepto feruntur; quod vero residuum erit forte extenuabitur ut D. eod. l. ult. (D. 46, 3, 108). § 581. Debite autem intelliguntur usure que stipulatione<sup>2</sup> debentur vel pacto, si tamen convenit pignus propter illas retineri. § 582. Indebite vero que solo pacto debentur. § 583. Si vero in expensas expressius sit facta solutio, et sint usure debite vel indebite, quod solutum est ad utramque causam spectabit, ut D. eod. l. V<sup>3</sup> § imperator (D. 46, 3, 5 § 2). § 584. Acceptilatio quoque solutio est, sed ymaginaria. Est autem acceptilatio verborum conceptio quibus interrogationem et responsionem creditoris et debitoris ab eodem nexu contingit liberatio, ut D. eod. l. I (D. 46, 4, 1). § 585. Fit autem sic: « Habesne acceptum quod tibi debeo? » Et ille respondit: « Habeo, acceptumque fero », ut D. eod. l. VII (D. 46, 4, 7). § 586. Accepto fertur obligatio solummodo verbis contracta, ut D. eod. l. an § I (D. 46, 4, 8 § 1). § 587. Acceptilatio, si iure interposita est, ipso iure liberat. § 588. Inutilis acceptilatio autem valet non iure acceptilationis sed pacti, sicque adiuvat: sed hoc inter iuris ignaros. § 589. Inter iuris vero conscios non iure pacti nec acceptilationis, ut D. eod. l. an (D. 46, 4, 8). § 590. Illud autem sciendum est quod obligationes quoquomodo contracte possunt in acquilianam deduci et sic postmodum per actionem tolli, ut Inst. quibus modis tollitur obligatio (I. 3, 30).

§ 591. Sepe quoque rei conventi in iudicium confitentur. Et siquidem in iudicio fiat confessio, parit preiudicium,

namque condempnandus est, ut si confiteatur se certam speciem debere vel quantitatem. Et datur confessis tempus quadrimenstre, et infamia irrogatur quandoque, ut D. eod. (D. 42, 2); et D. de iudiciis l. si debitori (D. 5, 1, 21). § 592. Si vero confiteatur se deliberasse vel contraxisse ut ex eo contractu victus sit debitor condemnationem inducit. § 593. Item etiam in causa criminali, ut D. de interrogatoriis actionibus l. de etate § qui interrogatus (D. 11, 1, 11 § 9); et de custodia reorum l. si confessus (D. 48, 3, 5). § 594. Et hec omnia vera sunt nisi confessio fuerit extorta per metum, per errorem vel adversario absente, vel non sit contra iure nature, ut si confiteatur se illum occidisse qui vivit, ut D. de questionibus l. I<sup>4</sup> § questioni<sup>5</sup> et § si quis ultro (D. 48, 18, 1 § 23 et § 27); et D. eod. l. certum (D. 42, 2, 6); et de interrogatoriis actionibus l. confessionibus, et l. si is (D. 11, 1, 13 et 14). § 595. Si vero extra ius confiteatur et ad se obligandum, ut in ultima voluntate, statur confessioni si sit obnoxia sacramento, ut D. de legatis III l. cum quis § codicillis (D. 32, 1, 37 § 5). § 596. Si vero non sit obnoxia et non preservatur ex mente testantis inde habere fides; tunc enim agetur non ex causa debiti sed ex causa fideicommissi, ut D. de donationibus l. ex hac (D. 39, 5, 16); et de legatis II l. Lutus § quisquis (D. 31, 1, 88 § 3); et de auro argento legatis l. qui uxori (D. 34, 2, 18); et de liberatione legata l. legavi (D. 34, 3, 25). § 597. Si vero ad liberandum et in ultimam voluntatem confiteatur, preiudicat confessio, ut C. de falsa causa adiecta l. I, et l. penult. (C. 6, 44, 1 et 4). § 598. Si autem extra ius confiteatur et inter vivos, non preiudicat, ut D. de interrogatoriis actionibus l. ult. (D. 11, 1, 22); licet presumptionem inducat, ut D. de liberis agnoscendis l. I § Iulianus (D. 25, 3, 1 § 12). § 599. Hec ita sunt vera nisi ex causa debiti vel ad se obligandum vel ad alium a se liberandum confiteatur, testibus ad hoc rogatis; nam in his casibus et extra ius parit preiudicium, ut in Auth. de testibus § et licet (Nov. 90 c. 2). § 600. Hec omnia locum habent ubi non est confessio sollempnis facta per scripturam. § 601. Si enim hoc modo sollempniter confiteatur nec causa addiciatur, non preiudicat confessio, sed alias si optime voluerit probare compellitur, ut D. de probationibus l. cum de indebito § ult. (D. 22, 3, 25 § 4). § 602. Si vero causa numerationis addicitur, non fit preiudicium intra biennium quia obicitur exceptio non numerate pecunie, alioquin nisi obiciatur parit preiudicium. § 603. Post biennium vero nec ipsi nec heredi eius proderit<sup>6</sup> exceptio, nisi intra biennium contrarium probare<sup>7</sup> paratum sit, ut C. de non numerata pecunia l. si intra (C. 4, 30, 8). § 604. Si vero addiciat<sup>8</sup> aliam causam a numeratione et vetustiore ut depositi vel emptionis, statim sibi

<sup>1</sup> Cod. inserit et l. — <sup>2</sup> Cod. stipulatio. — <sup>3</sup> Cod. I. — <sup>4</sup> Cod. VI. — <sup>5</sup> Cod. om. questioni lacuna quadam relicta. — <sup>6</sup> Cod. nec

ipsi heredi eius proderit nec. — <sup>7</sup> Cod. iuri intestando. — <sup>8</sup> Cod. addiciatur.



preiudicat nisi probet contrarium per argumenta scriptis inserta, ut C. de non numerata pecunia l. generaliter (C. 4, 30, 13); et D. depositi l. Publia § ult. (D. 16, 3, 26 § 2). § 605. Si vero non addiciat<sup>1</sup> causam vetustiore sed tantum stipulatio subsecuta conscribatur, fit preiudicium nisi per scripturam vel testes, omni exceptione maiores, contrarium probatur, ut C. de contrahenda et committenda stipulatione<sup>2</sup> l. optimam (C. 8, 38, 14). § 606. Huius tamen legis argumento dicunt quidam etiam in superiori casu, nisi vetustior causa addiciatur, probationem contrarii non solum per alia instrumenta sed etiam per testes adimittendam. § 601. Et hec omnia si sollempniter per scripturam ad sui obligationem fiat confessio. § 608. Ceterum si ad alterius liberationem sollempniter fiat confessio, in dote a marito recepta post confessionem dotalium instrumentorum, et inde petito suspecto, et in publicis functionibus receptis statim facit preiudicium<sup>3</sup>. § 609. In aliis vero securitatibus, utpote apochis super recepto, et post XXX dies facit preiudicium, ut C. de non numerata pecunia l. in contractibus (C. 4, 30, 14). § 610. Insitaque modis sollempnis per scripturam confessio facit preiudicium. § 611. Ceterum qui per propriam scripturam convenitur vel numerationem inficiatur, convictus, in duplum condempnatur nisi illato sacramento convincatur; tunc enim non punitur, nisi in expensas circa probationes factas actoris sacramento declarandas. § 612. At si post numerationis inficiationem pendet solutionem omnino solutum exigitur, nec prodest iam facta solutio. § 613. Item si litteras suas a reo prolatas actor neget, eadem pena<sup>4</sup> et iurisiurandi forma hac pena curatorum infligenda si de suis litteris referat questionem in causa eius qui iurat, ut in Auth. de triente et semisse (3) (Nov. 18).

§ 614. Post litem autem contestatam nunc actore rei absentiam accusante, nunc vero actoris, causa, protrahi contingit; alterutra tamen parte cessante, causam peragere, iudicis tunc cedit<sup>5</sup> officium. § 615. Et quidem si actor cessaverit, quatenus reus multiplici dilatione fatigetur, aut si non etiam eo animo absit, reus tamen fatigetur et actoris accuset absentiam, citetur a iudice legitime, idest trinis edictis intervallo X dierum unicuique edicto destinato, ut per se veniat vel procuratorem mittat. § 616. Si autem nec sic venerit, iudex actis apud se confectis inspectis, si nichil sufficienter<sup>6</sup> actitatum invenerit ex quo terminum cause certe possit fieri ex<sup>7</sup> coniectura, reum ab observatione iudicii relaxabit, actorem condempnando in omnes expensas que modo consueto circa lites expendantur, quantitate earum sacramento rei manifestanda, redditis etiam cautionibus iudicio sisti et iudicatum solvi a reo expositis: que etiam si apud iudicem remanserint, viribus carebunt. § 617.

<sup>1</sup> Cod. addiciatur. — <sup>2</sup> Cod. inutilibus stipulationibus. — <sup>3</sup> Ita Cod. Certe locus valde corruptus est. — <sup>4</sup> Cod. pene. — <sup>5</sup> Cod. non cedit. — <sup>6</sup> Cod. sufficiens. — <sup>7</sup> Cod. om. ex. — <sup>8</sup> Cod. si

Si autem ex gestis apud se habitis sit iudex instructus ut terminum cause possit imponere; tunc diffinitivam sententiam ferat. § 618. Et siquidem reum condempnaverit, cum forte actorem meliorem causam habere perspexerit, expensas quas reus se circa litem fecisse iuraverit de condempnatione deducet. Et hoc quidem in penam contumacie ipsius actoris contra regulam qua victus victori erat condempnandus in expensis. § 619. Hec vero sententia condempnationis vel absolutionis ipsius rei, instante triennii fine, referenda est. § 620. Id tamen quod de absolutione dicitur, vel casu actoris ab instituta actione, deque X dierum spatio unicuique edicto destinando innovationem recipit per Auth. qui semel actionem (C. 7, 43, 8 auth.). § 621. Actor namque qui semel actionem proponit sive conventionem iudicariam, sive precibus principi oblatis, necesse habet usque in finem litem exercere, et si causam persequi differat, reo postulante tribus edictis vocatur per intervalla XXX dierum; et si sic vocatus litem detractet, ei aliud anni spatium indulgetur intra quod, si cessat, iudex audire allegationes presentis debet et perquirere veritatem, et sic legitimam ferre sententiam. § 622. Sed nec intra annum veniens auditur, nisi primo litis impensas quas sustinuit reus inferat. § 623. His quoque prestitis, si infrascripto anno litem deserit, ab omni cadat actione, ut in Auth. de litigiosis § omnem vero (Nov. 112, c. 3). § 624. Si autem reus abfuerit, et similis eius inquisitio precesserit, si venire distulerit, auditis allegationibus prestitis, non differat iudex actorem in possessionem mittere et absentem petitorem constituere. § 625. Sed hoc si de causa sufficienter actitatum non fuerit, ut C. de iudiciis l. properandum (C. 3, 1, 13); et C. quomodo et quando iudex auth. qui semel (C. 7, 43, 8 auth.); et C. ubi in rem actio (C. 3, 19); et C. de litis contestatione l. res<sup>8</sup> (C. 3, 9, 1). § 626. Si vero de causa sufficienter sit actitatum, tunc iudex contracto heremoditio, idest deserto iudicio, et absente legitime vocato, non dubitet pro reo ferre sententiam<sup>9</sup> si eum meliorem causam habere prospexerit, cum absentis<sup>10</sup> absentia venerabilibus,<sup>11</sup> scripturis Dei propositis, Dei repleatur presentia. § 627. Idem tamen quidam indistincte et simpliciter dicunt cum reus abfuerit contrahendum esse heremoditium secundum veterum legum auctoritatem, et sententiam diffinitivam ferendam et executioni perducendam per res et facultates ipsius rei si pro actore lata est sententia. § 628. Hanc autem sententiam iudicare videntur verba ipsius legis. Veteres vero leges ille reperiuntur in<sup>12</sup> D. de iudiciis l. in peremptorio, et l. et post<sup>13</sup>, et l. si pretor<sup>14</sup> (D. 5, 1, 71 et 73 et 75). § 629. Hec autem omnia intelliguntur si contumaciter abfuerit, nec reversus se ex iusta causa abfuisse probaverit, vel auditur enim hoc probans, ut

quis. — <sup>9</sup> Cod. inserit etiam. — <sup>10</sup> Cod. om. absentis. — <sup>11</sup> Cod. tractabilibus. — <sup>12</sup> Cod. ut. — <sup>13</sup> Cod. possessionem. — <sup>14</sup> Cod. emptori.

restituatur, ut D. de minoribus l. ait pretor (D. 4, 4, 7). § 630. Contumaciter absenti ex omni casu denegatur appellationis auxilium, ut C. quorum appellationes non recipiuntur l. eius (C. 7, 65, 1). § 631. Ceterum si reum legitime citatum abesse contigerit ex necessitate, condemnatus, restituatur dumtaxat ad appellationem post suam reversionem; sed hoc si legitimum habuerit defensorem, puta procuratorem, ut D. de in integrum restitutionibus l. ult. (D. 4, 1, 8). § 632. Alias si nullum habuerit defensorem vel minus legitimum, restituatur ad totam causam, ut D. ex quibus causis maiores l. III (D. 4, 6, 3). § 633. Si autem sola voluntate abfuerit indefensus, ad appellandum restituitur, ut C. quomodo et quando iudex l. ab eo (C. 7, 43, 3); et de liberali causa l. si is (C. 7, 16). § 634. Si defensio fuerit et procurator non appellaverit, difficile est ut hic reversus audiatur, ut D. quando appellandum sit l. I § ult. (D. 49, 4, 1 § 15). § 635. Hec autem sententia condemnationis rei presentis actore absente, et rei absentis actore presente, prope finem triennii proferatur; et sic sententia absolutionis rei absentis actore presente. § 636. In sententia enim absolutionis rei presentis actore absente, et casu ab actione instituta quod idem est, anni et edictorum trium spatium erit observandum, ut in auth. qui semel (C. 7, 43, 8, auth.). § 637. Ante finem vero triennii, alterutra parte cessante, in sola expensarum damnatione et absolutione a iudicii observatione feratur penalis sententia, non autem diffinitiva condemnationis sententia in absentem. § 638. Ex hoc verbo docebat Placentinus <sup>1</sup> contra presente quacumque parte post finem <sup>2</sup> triennii posse ferri sententia pro absente. § 639. Eodem quoque modo absenti persone legitime citate revertendi omnis iudiciorum clauditur copia, nisi ante expensas et omnia dampna adversario inflictas, sacramento eius declaranda, restituantur, ut C. de iudiciis l. sancimus <sup>3</sup> (C. 3, 1, 15). § 640. Sive autem utraque parte presente, sive alterutra, sententia feratur, victus victori condemnatur in expensis, nisi cum actor per contumaciam abest; quo casu fit deductio, ut supra. § 641. Si vero de expensis et fructibus in sententia obmisit, eodem modo supplere poterit, ut D. de re iudicata l. Paulus respondit (D. 42, 1, 42); et C. de fructibus et litium expensis l. III (C. 7, 51, 4). § 642. Nam et alias siquidem ab allegatoribus vel eorum advocatis de iure minus fuerit allegatum, iudex ante sententiam supplere valebit, ut C. ut que desunt advocatis (C. 2, 11). § 643. Sed et quod de facto possit supplere videtur ex eo quod in C. dicitur de temporibus appellationum l. I § ult. (C. 7, 63, 1).

§ 644. Sic itaque altera parte presente, altera vero absente, ut diximus, vel utraque presente, cum satis de causa sufficienter fuerit actitatum iudex veritatem et

legum iustitieque sequens vestigia, secundum quod ei visum fuerit, pronuntiabit. § 645. Id ipsum itaque ab initio suo sacramento comprehendet cum destinari sibi cinguli honorarios percepit codicillos, ut in Auth. iusiurandum quod prestatur (Nov. 8). § 646. Sic pronuntiabit ut aliorum vitia non imitetur. § 647. Nam non exemplis sed legibus est iudicandum, ut C. de sententiis et interlocutionibus l. nemo (C. 7, 45, 13). § 648. Exemplis tamen imperatoris cognitionaliter pronuntiatis iudicandum est, ut C. de legibus et constitutionibus l. III et ult. (C. 1, 14, 3 et 12). § 649. Exemplis quoque rerum perpetuo iudicatarum ad legum interpretationem, sicut et consuetudinibus de iure introductis utimur, ut D. de legibus l. imperator, et l. quod non ratione (D. 1, 3, 36 et 39). § 649. Porro iudex non subiecta deliberatione habita, post discussionem negotii, sententiam debet in corde suo formare, formatam scripture mandare, si quid vitii contineat emendare, emendatam partibus constitutis cominus ore proprio legere et recitare. § 650. Et quidem deliberare debet non advocatis accitis sed et aliis, imperator nam et advocatis remotis deliberavit, ut D. de his que in testamento delentur <sup>4</sup> l. proxime (D. 28, 4, 3). § 651. Lites autem breves et maxime vilium causarum sine scripto decidi possunt, ut in Auth. de mandatis principum (Nov. 17). § 652. Episcopus quoque sine scripto decidere potest, ut in Auth. ut clerici apud proprios episcopos (Nov. 83). § 653. Rescindere vero et revocare sententiam iudex non potest. § 654. Reliqua autem que ad consequentiam statutorum pertinent, si desunt, utpote circa condemnationem expensarum eodem die supplere potest, ut D. de re iudicata l. Paulus respondit (D. 42, 1, 42). § 655. Revocatur tamen ex iustissima et mirabili dispensatione, utpote si absens legitime vocatus condemnatur, illoque perseverante figura iudicii remanserit, et pretoris iudicium <sup>5</sup> adierit, sicque audiri postulaverit, ut D. de in integrum restitutionibus l. Divus Pius (D. 4, 1, 7). § 656. Licet autem iudex qui semel sententiam dixerit postea iudex esse desiit, nec amplius suam sententiam corrigere possit, tamquam officio suo semel sive bene sive male functus; si tamen multaverit, et paupertas minorem penam irrogari suaserit, sententiam suam corrigere, sicque in melius reformare permittitur, ut D. de officio presidis l. illicitas § ult. (D. 1, 11, 6 § 9). § 657. A sordibus vero iudex absteat; etenim si pretio depravatus, vel gratia, vel pro pecunia iudicaverit, extimationis sue dispendium patietur, et litis discrimini erit obnoxius in quem sua sententia leserit, ut D. de restitutionibus l. Divus Pius (D. 4, 1, 7). § 658. Litigator quoque qui diffidentia iuste cause iudici vel ei qui pro domino litis contra ipsum litigat in pecunie corruptelam spem ponit negotii, de iure suam amittit actionem, ut C. de pena iudicis

<sup>1</sup> Cod. Pla. — <sup>2</sup> Cod. om. ante finem. — <sup>3</sup> Cod. scimus. —

<sup>4</sup> Cod. intro debentur. — <sup>5</sup> Cod. remeaverit et pretoris iudicis.



(C. 7, 49). § 659. Itaque si lata fuerit sententia ut ferri debet, valebit; lata vero contra sacras constitutiones vel contra res prius iudicatas vel contra iudiciorum ordinem, ut si non procuratorem civiliter litigantem sed dominum condempnavit, vel si peremptorio non misso, tribusve denunciationibus que sufficiunt loco peremptorii, si non constat de contumacia, non valet, ut C. de sententiis et interlocutionibus l. I et III (C. 7, 45, 1 et 3); et D. que sententie sine appellatione l. I (D. 49, 8, 1); et C. quomodo et quando iudex l. ea que et l. II et III (C. 7, 4, 7 et 2 et 3). § 660. Item non tenet sententia si alio die vel loco quam statuto vel minus honesto sit lata, ut C. de appellationibus<sup>1</sup> l. cum non eo (C. 7, 64, 6); et quomodo et quando iudex l. si ut (C. 7, 43, 5); et C. de sententiis et interlocutionibus l. cum sententiam (C. 7, 45, 6). § 661. Sed non tenet sententia lata ex falsis attestationibus vel falsis instrumentis de quorum falsitate prius quesitum non erat; vel lata a corruptis iudicibus vel per corruptos testes; multo magis si per corruptos et falsos, ut C. si ex falso instrumento l. I et II (C. 7, 58, 1 et 2); et C. de appellationibus<sup>2</sup> l. venales (C. 7, 64, 7) et D. de re iudicata l. Divus Pius Adrianus (D. 42, 1, 33). § 662. Lata vero sententia per testes solummodo falsos non retractatur ut...<sup>3</sup> § 663. In quibus causis non tenet sententia, nec opus est appellatione.

§ 664. Lata vero sententia secundum leges transit in auctoritatem rei iudicate. § 665. Res autem iudicata tunc dicitur cum nullo iuris remedio potest attemptari; eiusque magna est auctoritas nam pro veritate accipitur, nec facile retractatur quia nec occasione novorum instrumentorum<sup>4</sup> postea reperorum, ubi civiliter agitur, ut C. de re iudicata l. sub specie (C. 7, 52, 4). § 666. Sane si criminaliter actum fuerit, pretextu novorum instrumentorum a principe retractatur, ut D. de penis l. Divus Pius (D. 48, 19, 15). § 667. Retractatur quoque sententia in publico negotio propter nova instrumenta reperta scilicet infra triennium, postea non; alias etiam ubi prevaricatio vel fraus manifesta arguatur, ut C. de sententiis adversus fiscum latis l. I (C. 10, 9, 1). § 668. Per errorem advocati retractatur sententia infra triduum postquam erratum est, ut quidam dicunt C.: de errore advocatorum l. sententiis (C. 2, 10, 3). § 669. Alias non retractatur per errorem litigantis finito negotio, ut C. de iuris et facti ignorantia l. error (C. 1, 18, 7); nisi propter privilegium militis, ut C. eod. tit. l. I (C. 7, 52, 1); et de iuris et facti ignorantia (C. 1, 18); aut hodie vincentis, ut ad Macedonianum senatusconsultum (D. 14, 6); filii vel patroni vel advocati, ut C. de advocatis l. I (C. 2, 7, 1); vel falsi instrumenti, ut C. si ex falsis instrumentis (C. 7, 58); vel ratione falsorum iura-

mentorum a iudice delatorum, ut D. de iureiurando l. admonendi (D. 12, 2, 71); et D. de officio presidis l. si forte (D. 1, 18, 17). In broccardis autem Pilei<sup>5</sup> plenius sunt hec.

§ 670. Mandatur quoque sententia executioni hoc ordine. § 671. Pro primo capiuntur mobilia et se moventia et per executorem venduntur ut satisfiat victori. Sed si hec non inveniuntur vel non sufficiunt, secundo loco capiuntur immobilia. § 672. His deficientibus, pervenitur ad iura et nomina, ut vel ipsa vendantur vel per ea id quod debetur exigatur sive ab executore sive a iudice sive a creditore misso in bonorum<sup>6</sup> quasi possessionem. § 673. Ita tamen fiet exactio si quis conventus debitum non neget, vel id malitiose agat, ut D. de re iudicata l. a Divo Pio (D. 42, 1, 15).

§ 674. Appellandi usus quam frequens sit et necessarius nemo est qui nesciat, quippe cum iudicantium iniquitatem et imperitiam corrigat; licet nonnunquam sententias bene latas in peius reformet, ut D. de appellationibus l. appellandi<sup>7</sup> (D. 49, 1, 1). § 675. Alio condempnato, ipse cuius interest poterit appellare, ut etiam<sup>8</sup> procuratore condempnato, dominus. Item emptore, venditor; item debitore, creditor presens; item herede, legatarius; pupillo quoque vel adulto, tutor et curator. § 676. Herede autem condempnato, coheres, licet necesse non habeat, poterit appellare. § 677. Pro eo etiam qui ad patibulum ducitur, etiam invito quilibet auditur appellans, ut D. eod. l. ab executore, et l. a sententia, et l. non tantum (D. 49, 1, 4 et 5 et 6). § 678. Servo quoque criminaliter condempnato, dominus appellabit, vel quivis poterit pro eo appellare. § 679. Ipsi etiam servo iuste auxilium appellandi non denegatur, si dominus vel alius pro eo appellare voluerit, ut D. de appellationibus l. servi (D. 49, 1, 15). § 680. Sed et mater filio condempnato ex pietate ad appellandum licet a principio causam defendere non possit, ut D. de appellationibus recipiendis l. I (D. 49, 5, 1). § 681. Sed et pater filio condempnato cum de libertinitate proclamat ad ingenuitatem potest appellare, ut D. quando appellandum sit l. II (D. 49, 4, 1). § 682. Itaque cuius interest; vel cui mandatum est a domino litis; vel qui negotium gerit, quod mox reus<sup>9</sup> ratum habet, auditur appellans. § 683. Procurator namque, qui a sue litis contestatione dominus litis est effectus, procuratorem ad appellandum constituere potest, ut D. de appellationibus l. ab executore, in fine legis (D. 49, 1, 4). § 684. Ab illa sententia appellari debet que tenet quasi lata contra ius litigatoris. § 685. Porro si lata est contra res prius iudicatas a quibus non est provocatum, id non tenet, ideoque appellare non est necesse; quemadmodum si contra constitutiones lata est, vel diffiniendo in calculo errasset

<sup>1</sup> Ita Cod. sed corrige quando provocare non est necesse. —

<sup>2</sup> Ita Cod. sed corrige quando provocare non est necesse. — <sup>3</sup> Adest

lacuna in Cod. — <sup>4</sup> Cod. om. instrumentorum. — <sup>5</sup> Cod. Pi. — <sup>6</sup> Cod. bonis. — <sup>7</sup> Cod. om. appellandi. — <sup>8</sup> Cod. a. — <sup>9</sup> Cod. reum.

et expressisset errorem, ut C. quando provocare non est necesse l. I et II (C. 7, 64, 1 et 2); et D. que sententia sine appellatione l. I § 1<sup>1</sup> (D. 49, 8, 1 § 1). § 686. Idemque erit si sententia venalis a corrupto iudice fuerit lata; vel<sup>2</sup> per testes corruptos; vel contra solitum ordinem iudiciorum; vel si non procurator litigans sed dominus litis condempnetur, ut C. quando provocare non est necesse l. venales (C. 7, 64, 7); et C. de sententiis et interlocutionibus l. III (C. 7, 45, 4). § 687. Item si non publice sed in secreto loco absentibus officialibus pronuntiaverit; non eo quod iudex cognitionem cause delegatus<sup>3</sup> ceperit, sed ulteriore provocatione<sup>4</sup> non est necesse, ut C. de sententiis et interlocutionibus l. cum sententiam (C. 7, 45, 6); et C. quando provocare non est necesse l. cum non eo (C. 7, 64, 6).

§ 687. Secundum leges ante litis contestationem potest iudex refutari; post sententiam tantum fiet appellatio; unde dicebat Bulgarus<sup>5</sup>; «in principio refutatio, in medio non est locus remedio», nisi in easu cum iudex vult incipere a tormentis: tunc enim ante sententiam potest appellari. § 688. Secundum canones nam ante et post et in medio potest appellari, post sententiam quidem infra X dies qui incipiunt currere a sententia condempnationis. § 689. Que autem sit forma appellandi in secunda causa sufficienter habemus. § 690. Causa appellationis secundum canones agi debet infra annum; vel causa iusta interveniente infra biennium; nisi appellatum fuerit ad imperatorem, quia in tali casu in suo erit arbitrio quando executioni mandetur. § 691. Si autem appellansem penitet appellasse, reddi debet appellationis libellus. § 692. Septem sunt cause in quibus non potest appellari. § 693. Si coram imperatore causa tractetur, appellari non potest quia maior eo non est. § 695. Similiter ab arbitrio non est appellandum, nisi certis casibus, idest quando a iudice datus est, quando non sponte compromissum est in ipsum. § 696. Similiter quando arbiter fideiussores debet examinare. § 697. Sed et res que dilationem non capit facit ut appellatio denege-

tur, ut C. quorum appellationes non recipiuntur l. quisquis (C. 7, 65, 6). § 698. Similiter rei vilitas ut si pro ansere vel pro alia momentaria possessione causa agatur, ut C. si de momentaria possessione fuerit appellatum (C. 7, 69). § 699. Similiter pactum impedit; aliquando propter intensitatem sceleris, ut C. quorum appellationes non recipiuntur l. abstinendum (C. 7, 65, 4). § 700. Item non tenet appellatio si imperator delegaverit alicui causam cognoscendam sub hac forma « ut sine omni appellationis obstaculo de causa cognoscat ». § 701. Dissentiunt tamen hic legiste; dicunt enim quod ubi imperator sic scribit, si fiat appellatio post sententiam, non tenet; si ante, tenebit. § 702. Item ab executeore nisi iniuste voluerit interpretari. § 703. Effectus autem appellationis hic est ut omnia sint eo statu in quo erant a principio ante appellationem, res scilicet principalis. § 704. Fructus autem sive pensiones rerum principalium apud sequestrem deponuntur donec de causa appellationis cognoscatur. § 705. Quid tamen si aliquis fuerit excommunicatus et a sententia excommunicationis appellaverit? § 706. Tunc certe manebit in eo statu res in quo fuerit ante appellationem; nec exercebitur causa appellationis antequam ipse absolvatur. § 707. Et si iuste fuerit excommunicatus, suscipiat penam. § 708. Si iniuste eum excommunicaverit, petat officium illius a quo est appellatum, ut det ei apostolos idest litteras dimissorias appellanti, quibus significare debet quod ipse illum reduxerit iurisdictioni illius ad quem fuerit appellatum. § 709. Debet etiam allegationes utriusque partis dirigere in actis que appellans debet offerre ei ad quem appellaverit; et secundum hoc causa cognita appellet. § 710. Si vero iudex apostolos dare noluerit, punietur a iudice maiori secundum suam voluntatem. § 711. Officium illius ad quem appellatum est<sup>6</sup> est diligenter considerare allegationes utriusque partis, et novas etiam audire si introducte fuerint, et sepius interrogare si plus allegare velint; et secundum quod audierit, vel datam sententiam confirmare, vel ferre in contrarium.

<sup>1</sup> Cod. om l. 1 § 1. — <sup>2</sup> Cod. om. vel. — <sup>3</sup> Cod. delegatio. — <sup>4</sup> Cod. provocatore. — <sup>5</sup> Cod. B. — <sup>6</sup> Cod. om. est.



BONCOMPAGNI

RHETORICA NOVISSIMA

PRODIT CURANTE


AUGUSTO GAUDENTIO

## CODICES MANUSCRIPTI

V. *Codex ms. bibliothecae Marcianae cl. XI. n. 8.*

M. *Codex ms. bibliothecae palatinae Monacensis n. 23499.*





INCIPIT PROLOGUS NOVELLE RHETORICE



In libro<sup>1</sup> quem appellavi meo nomine Boncompagnum et in epistolari stilo heredem institui principalem, sponte promisi et me naturaliter obligavi, quod ad inveniendum novissimam rhetoricam laborarem; unde ipsam incepti Venetiis iuxta promissionis federa pertractare. Cum autem pro ea essem negligens in complendo, venerabilis pater Nicolaus episcopus Reginus, qui nobilis est genere, nobilior moribus, curialis ad omnes, in cotidianis usibus liberalis, reformator pacis et in conspectu principum gratosus, me non pro sua, sed pro<sup>2</sup> studentium utilitate sepius hortabatur, quod non deberem inchoatum opus relinquere imperfectum. Unde hanc rhetoricam Bononie consumavi, que in presentia venerabilis patris Henrici Bononiensis episcopi, magistri Tancredi archidiaconi et cancellarii, capituli et cleri Bononiensis, et in presentia doctorum et scholarium Bononie commorantium in maiori ecclesia sollemnis recitationis meruit gloria decorari. Et licet sollemniter fuerit approbata, maior tamen erit existentis utilitatis auctoritas, que operi favorem proprium exhibebit. Ceterum aliqui forsitan livore invidie toxicati valerent contra me taliter<sup>3</sup> invehi et referre: Cum ab Aristotele, qui fuit circa tempora Moysi quando regnabat Alexander Philippi Macedo, non fuerit aliquis philosophus qui dicere presumeret se posse artem aliquam naturaliter invenire sine illorum exemplis qui de

arte consimilium tractaverunt, non possumus non mirari quomodo audeat Boncompagnus asserere in presentia sapientum, quod ingenium suum astra celi transcendat. Nimirum etatem nostram numerosa inventorum agmina et clarissima ingenia precesserunt, quibus olim erat minus laboriosum plurima invenire, quam sit nobis hodie paucissima recitare. Item cum artes fuerint ab ipso mundi principio adinvente, et per viros disertissimos approbate, quomodo potuit idem in diebus novissimis novissimam rhetoricam invenire, maxime cum ab antiquissimis temporibus per Tullium Ciceronem, qui tuba romani eloquii dicebatur, ex infinitis rhetorum preceptionibus rhetorica fuerit compilata? Item cum artes sint naturales et naturalia imitari non possint<sup>4</sup>, quomodo potuit iste nunc aliquid invenire, presertim cum nihil sit recens sub sole, et nil intentatum reliquerint antiqui philosophi et poete? Per locum<sup>5</sup> igitur a rationibus et auctoritatibus premissis dicimus et probabiliter affirmamus vanum fore somnium quod proponit.

*Responsio Boncompagni.*

Vulneratus intrinsecus iaculis invidorum exclamare compellor, quia tacere non possum: Ecce videtis<sup>6</sup>, o patres et domini, qualiter adversarii me in absentia dehonestant, non considerantes quam<sup>7</sup> sit temerarium reprehendere inaudita, invisita et non lecta despiciere, et ignorata, spreto iuris ordine, condemnare. Pro certo nemo scire potest cuius coloris erit animal antequam nascatur, nec certificari potest aliquis de sexu qui est aduc in utero parituro. Quecumque tamen dixerunt et quantumcumque<sup>8</sup> deliraverunt in dicendo<sup>9</sup>, ego in placido et plano spiritu,

<sup>1</sup> *M. om.* in libro. — <sup>2</sup> *M. om.* pro. — <sup>3</sup> *M. om.* taliter. — <sup>4</sup> *M.* non possint imitari. — <sup>5</sup> *M.* longum. — <sup>6</sup> *M.*

*om.* ecce. — <sup>7</sup> *M.* quomodo. — <sup>8</sup> *M.* quecumque. — <sup>9</sup> *M.* iudicio.

postpositis his que ad rem non pertinent, illorum obiectionibus respondebo, ne tacendo videar affirmare obiecta. Dico igitur quod elementa que fuerunt ab hyle divisa pre nimia <sup>1</sup> subtilitate a sensu <sup>2</sup> condicionis humane motu ineffabili removeantur, quia simpla sunt et carentia partibus: unde sub aliquo predicamento non valent per alicuius artificium vel ingenium comprehendere, quia operationes illorum sunt invisibiles et incomprehensibiles, ex eo quod in sola <sup>3</sup> potentia divine maiestatis consistunt. In exercitiis vero que proveniunt <sup>4</sup> ab elementis per consuetudinem et naturam, spiritus virtutes corporum excitat ad peragendas proprias actiones: unde queque singula iugiter innovantur. Nam cum opifex mechanicus habet materiam preiacentem, novam prebet ad libitum materiato figuram. In omni tamen inventione que provenit <sup>5</sup> a natura communis esse debet materia et privata operatio inventoris. Quod autem dicitur *nihil est recens sub sole*, verum est in genere, sed non in specie; quia cotidie creat Deus novas animas et illas infundere novis corporibus non desistit. Et quod nova possint hodie inveniri, probari valet per theologiam disciplinam. Plasmator est hominis Deus qui cuncta solus ordinat et disponit, post renovationem gratie novam oculis nostre mortalitatis lucem infundit: unde Paulus doctor gentium iubet tacere priori, si sedenti fuerit aliquid revelatum. Preterea philosophi et naturali scientia redimmi contra me possent magis verisimilem et rationabilem proponere questionem in hunc modum: Ille qui dicit se novissimam rhetoricam invenisse, tenetur assignare causas principales et materias inductivas, pro quibus tam arduum tentavit subire laborem. Tales namque obiectores dignis possum laudibus commendare: unde illorum teneor satisfacere questioni ex eo quod a rationabili motu nature procedi. Dico ergo quod tres fuerunt principales cause pro quibus in hoc opere meum ingenium <sup>6</sup> fatigavi. Prima fuit auctoritas Boetii philosophie radiis illustrati qui rhetoricam editam ab antiquis partem doctrine vacuum appellavit, firmiter asseverans <sup>7</sup> quod rhetorica edita per antiquos sine communi utilitate in solis preceptionibus <sup>8</sup> consistebat. Quare dico quod dividere, subdividere <sup>9</sup>, diffinire, vel describere, dare precepta et semper iubere nihil aliud est quam emittere tonitrua et pluviam non largiri. Intendit etiam probare Boethius per Aristotelem, quod ars rhetorica non fuit tradita per antiquos. Inquit enim: Si quis doceat diversa genera calceorum fieri, ad utilitatem quidem facit, artem tamen non tradit. Idem etiam Aristoteles alibi prenotavit circa rhetoricas orationes fuisse defectum. Aristoteles enim, ex eo quod erat precipuus rerum naturalium inquisitor, secundum nature motum <sup>10</sup> aliqua

retulit de rhetoricis documentis, verumtamen arbitror illum scivisse rhetoricam in habitu, non in actu. Secunda fuit quia studentes in utroque iure modicum vel quasi nullum subsidium, excepta <sup>11</sup> sola contione <sup>12</sup>, habere poterant de liberalium artium disciplinis. Tertia fuit, quia rhetorica compilata per Tullium Ciceronem iudicio studentium est cassata, quia numquam ordinarie legitur, immo tamquam fabula <sup>13</sup> vel ars mechanica latentius transcurritur et docetur. Item fuit quarta inductio, que non sine motu rationis meum commovit ingenium ad hanc rhetoricam petrandam. Tullius nempe in iuris origine oberravit cum dixit, quod principium erat ex honestissimis causis natum, atque optimis rationibus profectum, et statim posuit principium fabulosum dicens « Fuit quoddam tempus in quo passim <sup>14</sup> more bestiarum homines vagabantur », et subiunxit continuo quod fuit quidam vir magnus et sapiens, qui iuris originem adinvenit; et ita sub particulari signo induxit confusionem temporis et actionis. Item <sup>15</sup> in rhetoricis quas edidit inepta est constructio et intricata positio dictionum, unde sibimet apertissime contradixit, maxime cum iubeat quod narratio debet esse brevis, lucida et aperta. Sufficiant ergo vobis hec testimonia, o increduli, qui usque in hodiernum diem negastis quod novissima rhetorica non poterat inveniri.

Item posset alia questio exoriri, que velut acutus gladius meam animam pertransiret, nisi providentie clipeo me tuerer. Cum artes liberales per philosophorum dogmata <sup>16</sup> fuerint sub numero septenario comprehense, et ordo numeri non possit nec debeat immutari, quomodo valeret aliquis octavam artem hoc tempore invenire? Ab opinione vero <sup>17</sup> minus intelligentium questio ista procedit: unde me oportet squamas ignorantie ab eorum oculis remove. Pro certo hec rhetorica quam inveni, secundum questionis propositae argumentum non esset ars octava sed nona: quia Tullius duas rhetoricas dicitur compilasse, licet utraque sit una. Ego autem ex aliqua temeritate non proposui numerum liberalium artium augmentare, quia nemo valet alicuius artis naturale permutare subiectum: sed dedi operam efficacem ut rhetorica, quam Boethius partem doctrine vacuum appellavit, tamquam pars minus vel parum utilis subalternetur, et ista remaneat in septenario numero evidentis utilitatis diademate coronata. Dicit enim lex, quod in rebus novis constituendis evidens utilitas esse debet, ut recedatur ab eo iure, quod diu equum visum est. Verumtamen utilitatis apprehensio in iudicio eligentium remanebit. Nam quilibet vir discretus semper magis utile apprehendere concupiscit: quoniam sine utili evanescit omnis finis temporalium actionum.

<sup>1</sup> M. primitiva. — <sup>2</sup> M. sumptu. — <sup>3</sup> M. sua. — <sup>4</sup> M. perveniunt. — <sup>5</sup> M. pervenit. — <sup>6</sup> M. animum. — <sup>7</sup> M. asseverans. — <sup>8</sup> M. preceptoribus. — <sup>9</sup> M. om. subdividere. — <sup>10</sup> M.

inserit aliquid. — <sup>11</sup> M. ex certa. — <sup>12</sup> M. constitutione. — <sup>13</sup> M. famula. — <sup>14</sup> M. possum. — <sup>15</sup> M. preterea. — <sup>16</sup> M. documenta. — <sup>17</sup> M. om. vero.



*De divisione rhetorice.*

Rhetorica ista in XIII libros dividitur ordine regulari. Primus est de origine iuris. Secundus de rhetorice partibus et causarum generibus. Tertius de definitionibus. Quartus de naturis et consuetudinibus oratorum. Quintus de causarum exordiis. Sextus de principiis conventorum. Septimus de rhetoricis argumentis. Octavus de memoria. Nonus de adorationibus. Decimus de invectivis. Undecimus de consiliis. Duodecimus de colloquiis. Tertiusdecimus de contionibus.

INCIPIE LIBER PRIMUS DE ORIGINE IURIS

*De origine iuris.*

Quatuordecim fuerunt origines iuris, sicut per evidentia et manifesta exempla ostendam. Prima fuit in celis. Secunda in paradiso deliciarum. Tertia in Adam qui ius reperit naturale, et illud ius duravit usque ad quartam originem iuris que fuit in monte<sup>1</sup> Synay, ubi dedit Dominus legem Moysi scriptam<sup>2</sup> duabus tabulis testamenti. Quinta fuit in iure gentium, quod gentiles<sup>3</sup> populi observabant; sed ubi fuerit illa iuris origo sciri non valet propter nimiam temporis vetustatem. Erat enim ius illud ex omni parte confusum propter varietates deorum, quibus diversimode sacrificia offerebant. Verumtamen adhuc<sup>4</sup> sunt quidam inter Cumanos et quosdam alios qui habitant ultra Ruteniam et Brussiam, qui firmiter credunt esse tot deos quot sunt genera creaturarum; unde proprias bestias et reptilia, que casualiter in mane illis occurrunt, genibus flexis adorant. Sexta fuit in consuetudine; sed sciri non potuit ubi fuerit consuetudinarii iuris origo: quoniam antequam Romani mitterent decemviros in Greciam ad accipiendum<sup>5</sup> et reportandum ius scriptum atque non scriptum, plurime atque maxime fuerant civitates in orbe terrarum, quarum habitatores ex motu naturalis rationis aliquas sibi consuetudines procurabant, secundum quas vivere tenebantur; quoniam aliter gubernari non poterant numerose multitudines populorum. Illi etiam qui sine certa lege manu, idest potentia, mundum regere videbantur ex arbitrii<sup>6</sup> libertate aliquas consuetudines procurabant, quas inferiores observare, imminente necessitatis articulo, tenebantur. Sed Romani ius consuetudinarium, quod scriptum non erat, prius apud Lacedaemones invenerunt. Septima fuit Athenis, quoniam Athenienses iure scripto primitus utebantur. Octava fuit in editionibus Evangeliorum.<sup>7</sup> Nona fuit in sanctorum patrum statutis, que Gratianus de Urbeveteri postea compilavit, et illa compilatio fuit per sacrosanctam romanam ecclesiam approbata: unde hodie ius canonicum appellatur; sed decretales non separantur ab illius corporis

<sup>1</sup> M. mortem. — <sup>2</sup> M. scriptura. — <sup>3</sup> M. om. gentiles. — <sup>4</sup> M. om. adhuc. — <sup>5</sup> M. capiendum. — <sup>6</sup> M. arbitrarii. — <sup>7</sup> M. angelo-

unionem, pro eo quod magis<sup>8</sup> aperte causas decidunt. Decima fuit tempore Iustiniani principis christianissimi, qui fuit ipsa iuris origo; quia sicut Deus a materia primordiali elementa divisit et produxit in lucem, ita Iustinianus confusas origines et materias legum clarificavit ad illuminationem studentium et gloriam iuris canonici et civilis. Iste siquidem fuit qui non subtiliter facta in melius emendavit; unde laudabilior fuit illis qui primitus invenerunt. Sed provideat quilibet ne sub umbra et velamine illius legis crimen hereditatis expilate committat; quoniam in iure nemo potest emendationis privilegium obtinere, nisi emendationis auctoritas per principem habeatur;<sup>9</sup> quia cuius est condere, ipsius et interpretari. Hoc enim ius est ex omni parte perfectum; quia licet in eo fuerit aliqua diminutio in reductione duodecim tabularum, omnimodam suppletionem habuit in Pandecta, que adhuc est in urbe Pisana. Hoc etiam ius porrigit baculum iuri canonico quo se sustentat, quia sine illo non haberet originem actionum neque certam semitam vel progressum ad determinandas causas publicas et privatas. Undecima<sup>10</sup> fuit apud Gothos qui legem gothicam ediderunt, que hodie in quibusdam partibus observatur. Duodecima fuit tempore imperatoris Karoli et quorundam regum qui Longobardis legem dederunt, que vocatur hodie Longobarda. Sed non debet dici lex, immo potius fex; quoniam est fece turpium vulgarium sordidata. Posset etiam dici, si natura facultatis grammaticae pateretur, lex siquata; quia fere lex quelibet inceptionem habet ab hac dictione *Si quis*. Tertiadecima fuit in legibus municipalibus; quas hodie Italia specialiter imitatur propter omnimodam libertatem. Sed iste leges municipales atque plebiscita sicut umbra lunatica evanescent, quoniam ad similitudinem lune crescent iugiter et decrescent secundum arbitrium conditorum. Quartadecima iniuriosi et dampnabilis iuris origo fuit tempore Machometti, qui dum iumenta et asinas custodiret, se transtulit in prophetam et quandam legem detestabilem adinvenit, quam suspendit super cornua tauri viventis, et ipsam insipientibus populis presentavit. In lege siquidem illa nil aliud fieri persuasit, nisi quod homines velut iumenta in suis stercorebus computrescant. Corpus autem illius iudicis abhorrendi apud Mechem in tumulo ferreo est suspensum, quod in aere sustentatur subsidio calamite. Successor autem illius vocatur calyph, qui sedem suam posuit in Baldaeha.<sup>11</sup> Omitto sane xij iuris origines, et duas tantum prosequar ordine regulari.

*De origine iuris que fuit in celo.*

Causa, que controversia nominatur, in sede polorum videtur originem habuisse: videlicet quando Lucifer per

rum. — <sup>8</sup> M. maxime. — <sup>9</sup> M. habeantur. — <sup>10</sup> M. decima. — <sup>11</sup> M. Baldaete.

fastum superbie sedem suam ab Aquilone ponere attentavit, cupiens committere vitium ingratitude in rerum omnium creatorem, et ausu temerario ledere maiestatem. Videns autem princeps et vexillifer militie angelorum quod suo iniuriari ceperat creatori, deiecit illum et universos angelos tenebrarum de sede celorum, sicut legitur in Apocalypsi Iohannis. Sic ergo in celis originem habuit iniuriarum actio, a qua interdictum *unde vi* prosiluit, unde vim per vim repellere omnes leges et cuncta iura permittunt. Ab illo siquidem interdicto processit quod ius cum vi contendit: et de contentione lis oritur et omnis innumerosa materia litigandi.

*Da origine iuris que fuit in paradiso deliciarum.*

In paradiso namque deliciarum supernus iudex omnes legales effectus distinxit. Iussit enim, vetuit, citavit, iudicavit, punivit atque permisit. Iussit nempe cum dixit Ade: *De omni ligno paradisi comede*. Vetuit cum dixit: *De ligno autem scientie<sup>1</sup> boni et mali ne comedas*. Citavit cum dixit: *Adam, ubi es?* Et ille continuo doli mali exceptionem proposuit dicens: *Socia quam dedisti<sup>2</sup> mihi me decepit*. At supremus iudex,<sup>3</sup> exceptione doli mali cassata, in tres excedentes trinam promulgavit sententiam iudicando. Nam Ade dixit: *Maledicta terra in opere tuo*. Et mulieri dixit: *In dolore paries*. Serpenti autem dixit: *Super pectus tuum gradieris, et ponam inimicitiam inter te et semen tuum et semen mulieris, et ipsa conteret caput tuum*. Punivit quando ad nostram posteritatem labem originalis peccati transmisit, unde corruptioni et destructioni miserabiliter subiacemus. Permisit, liberum arbitrium unicuique conferendo. Preterea ille idem iudex, actioni negotiorum gestorum intendens, de suorum bonorum possessione petivit a villico, et ab illis quibus talenta crediderat specificam rationem. In veteri namque testamento titulum de pactis invenit, quia cum populo Israelitico pacta sepius iniebat.<sup>4</sup>

## INCIPIIT LIBER SECUNDUS

### I. De rhetorice partibus et causarum generibus.

*Quid sit rhetorica.*

Rhetorica est liberalium artium imperatrix, et utriusque iuris alumna.

*Unde dicatur.*

Rhetorica dicitur a rectitudine dicendi.

*Quid sit eloquentia.*

Eloquentia est rivulus a fonte rhetorice derivatus, qui potest ipsius artis effectus probabiliter nominari. Sed

sciendum est quod triplex eloquentia esse videtur. Est autem eloquentia instrumenti organici aptitudo. Item est eloquentia ipsius artis regularis cognitio et perfectio.<sup>5</sup> Item ponitur aliquando eloquentia pro arte ipsa; unde rhetorica et eloquentia synonyma esse videntur. Verum quia super artis rhetorice documentis et etiam in omnibus generibus dicendorum multi propter inanis glorie appetitum plurima satagunt invenire, ideo circa inventionis umbracula duxi utiliter distinguendum.

### II. De modis inveniendi.

*Quid sit inventio naturalis.*

Inventio naturalis est intentio trahendi materiam communem ad ius privatum, sine illorum exemplis qui de arte consimili tractaverunt.

*Quid sit inventio communis.*

Inventio communis est apprehensio auctoritatum et exemplorum, que sunt in scientiis naturalibus et positivis atque consuetudinibus approbatis, quibus oratores et disputatores intensionem suam affirmando vel negando, directe vel indirecte, probare intendunt.

*Quid sit variatio.*

Variatio est inventionis precipua imitatrix.

*Quid sit translatio.*

Translatio est ignote litterature atque idiomatis interpretatio.

*Quid sit alteratio.*

Alteratio est permutatio prose in carmen vel rythmum, vel carminis et rythmi in prosam.

*Quid compilatio.*

Compilatio est diversorum dictorum adunatio.

*Quid depilatio.*

Depilatio est furtiva subtractio alieni laboris.

*Quid recitatio.*

Recitatio est preconizatio scripturarum.

*Quid expositio.*

Expositio est lucida explanatio dubiorum.

*Notula doctrinalis.*

Notandum est quod inventor naturalis imitatur creatorem, communis elemosynarium, variator apem, alterator histrionen, compilator lanificem, depilator furem, recitator preconem, et expositor claritatem.

<sup>1</sup> M. sapientie. — <sup>2</sup> M. dedistis. — <sup>3</sup> M. suparius. — <sup>4</sup> M. inhi-

bebat. — <sup>5</sup> In V. verba et perfectio cancellata sunt.



### III. De partibus olim principalibus.

*Quod que olim appellabantur partes principales rhetorice principales non sint.*

Antiquorum auctoritatibus et doctrinis, non disposui temere contravenire; <sup>1</sup> sed veritatis clipeo premunitus et de motu veracissime rationis confusus, assero pro constanti, quod inventio, dispositio, elocutio, memoria et pronuntiatio, non sunt partes rhetorice principales.

*Quod inventio non sit pars principalis.*

Inventio namque, prout est apprehensio auctoritatum et exemplorum, in omnibus artibus et officiis est communis; et prout est intentio trahendi materiam communem ad ius privatum, non est pars artis, immo artificis qui habet potentiam a natura.

*Quod dispositio non sit pars principalis.*

Dispositio siquidem in omnibus artibus liberalibus et mechanicis est necessaria, quia disponere nihil aliud est quam artificialiter et utiliter ordinare; quare dictum est: *Ezechiel dispone domui tue*, idest *ordina de domo tua*. Ergo principalis pars alicuius artis esse non potest, quia communis est effectus, qui non minus ad res quam ad voces noscitur pertinere.

*Quod elocutio non sit pars principalis.*

Illi qui dixerunt elocutionem esse partem rhetorice artis principalem, iuxta libitum et non secundum rerum naturam tractaverunt. Elocutio siquidem est verbale, et ab *eloquor* derivatur. Unde non video quia maiorem prerogativam debeat obtinere quam *locutio* vel *prolocutio*, que in omnibus artibus et professionibus communiter significant actionem loquendi.

*Quod memoria non sit pars principalis.*

Memoria sine dubio non est pars principalis rhetorice, immo est dominabilis nature proprietas, sine qua motus rationis esse non potest; quoniam in qualibet arte et in omni professione vocis et rei memoria est principalissimum adiumentum. Ergo quod est commune non debet alicui arti specialiter assignari, maxime cum ad similitudinem spiritus vitalis vivificare quamlibet scientiam videatur. Verumtamen est consonum rationi, quod inter artis rhetorice documenta de memoria specialiter <sup>2</sup> pertractetur, ex eo quod rhetorica est liberalium artium ornamentum omniumque facultatum alumna.

*Quod pronuntiatio non sit pars principalis.*

Pronuntiatio vero non est pars principalis rhetorice; immo est organicum instrumentum in sola vocis pronuntiatione consistens. Rauci siquidem, trauli et habentes

crossa labia et longos dentes <sup>3</sup>, poliposas nares, debile plectrum et esophagum obtusum iocunde pronuntiare non valent, neque venustatem ostendere <sup>4</sup> in loquendo. Sane quelibet ars a natura et anime actione procedit; unde per organici obstaculum instrumenti non admittitur artis notitia, sed effectus. Considerata itaque rerum et vocum natura, dico quod tres sunt partes rhetorice principales, videlicet causa, persuasio et dissuasio.

### III. De tribus principalibus partibus rhetorice.

*Quid sit causa.*

Causa est contrarietas voluntatum, de qua nascitur omnis materia litigandi.

*Quid persuasio.*

Persuasio est, que continet in se captationes benevolentie, atque argumenta quibus orator satagit animum iudicis inclinare ad credendum ea que proponit. <sup>5</sup>

*Quid dissuasio.*

Dissuasio est propositorum argumentorum necessitatem vel probabilitatem contrariis refellere argumentis.

*De prima origine persuasionis.*

Prima persuasionis origo fuit in celis, quia probabile sine dubio esse videtur, quod novem angelorum agmina in partem Luciferi sine aliqua persuasionem se non traxissent; quoniam vel de coruscanti splendore ipsius, vel de aliqua voce seu motu ineffabili persuasio illa processit. Ceterum non est alicuius oratoris vel philosophi de illo persuasionis initio dicere vel tractare, quia nemo debet scrutari opera maiestatis, ne a gloria opprimatur.

*De secunda origine persuasionis.*

Secunda persuasionis origo fuit in paradiso deliciarum, videlicet quando serpens vetitum pomum exhibuit protoplaustis, dolosius persuadens ut ipsum continuo degustarent, quia fierent sicut dii, et boni et mali scientiam obtinerent.

*De tertia origine persuasionis.*

Tertiam persuasionis originem humana condicio adinvenit, sed ubi fuit adinventum certum prebere non valeo documentum. Humanarum autem persuasionum alia est vocalis, alia realis.

*De vocali persuasionem.*

Vocalis persuasio est artificiosa dictionum structura, que loco et tempore sub competenti brevitate profertur.

<sup>1</sup> M. non disposui contrahere. — <sup>2</sup> M. specialius. — <sup>3</sup> M. om.

dentes. — <sup>4</sup> M. offendere. — <sup>5</sup> M. ponit.

*De reali persuasione.*

Realis persuasio est, per quam sine prolatione vocis aliquid fieri suadet. Omnium equidem vocalium persuasionum genera evanescent, ubi copiosa et grata munera persuadent.<sup>1</sup>

*De dissuasionibus.*

Dissuasionum vero doctrina similiter in voce ac re consistit, sicut liquidius patet ex eo quod de precedenti contrario clarius elucescit. Tribus nempe modis orator quilibet dissuadet, scilicet replicando in obiectione, solvendo argumenta, et interpretando ambigua.

**V. De instrumento rhetorice.**

Instrumentum rethorice facultatis est oratio, que tres partes continet principales.

*De principalibus partibus instrumenti.*

Tres sunt partes instrumenti absque dubio principales, videlicet exordium, narratio, et petitio; quia plures tribus esse non debent, licet reperiatur in documentis rhetorum antiquorum, quod in sex partes orationis inventio consumitur. Nam si divisio, confirmatio, confutatio,<sup>2</sup> reprehensio et conclusio sunt principales partes, cur<sup>3</sup> ordinatio, roboratio, instantia, exortatio et terminatio vel finis non sunt principales partes instrumenti? maxime cum ille partes in oratione regulariter distingui non possint.<sup>4</sup> Nec dico quod non sint partes, sed nego quod non sunt principales, prout sunt alie que principales non dicuntur. Nam si vellemus quelibet accessoria principalia nominare, finis non valeret principalium<sup>5</sup> partium inveniri.

*Quid sit exordium*

Exordium est orationis precipuum fundamentum, super quod narratio sicut paries, et petitio velut tectum consistunt.

*Quid narratio.*

Narratio est que principalia specificat et affirmat, nec omittit accessoria opportuna.

*Quid petitio.*

Petitio est finis orationis, quo specialiter suadet quod narrata necessarium sortiantur effectum.

**VI. De causarum generibus.**

*Quod iudiciale, deliberativum et demonstrativum non sint principalia genera causarum.*

Antiqui oratores tria causarum genera esse dixerunt, videlicet iudiciale, deliberativum et demonstrativum;

<sup>1</sup> M. copiosa et grata maniera persuadetur. — <sup>2</sup> M. om. confutatio. — <sup>3</sup> M. cum. — <sup>4</sup> M. possunt. — <sup>5</sup> M. om. principalium. —

quorum opinionibus et doctrinis viva et evidenti ratione repugno. In omni siquidem arte liberali vel mechanica ex urgenti necessitate sunt illa tria genera opportuna; verumtamen deliberativum et demonstrativum iudiciale precedere debent, ex eo quod nemo valet recte in vocibus vel actibus iudicare, nisi prius deliberet et demonstret; quia per<sup>6</sup> manifestam cause cognitionem debet quilibet iudicare. Deliberatio autem primo fit in anima per meditationem, et demonstratio secundo per collationem, a quibus postremo iudiciale procedit. Nam iste sunt omnibus professionibus et operibus adeo communia, quod nullum specialitatis privilegium potest de illis alicui facultati aut artibus liberalibus vel mechanicis specialiter assignari.

*Quod duo sint cause principales.*

Iuris periti<sup>7</sup> omnes causas ad numerum fere binum restringunt, firmiter asserentes quod due sunt cause, criminalis videlicet atque civilis; et ista duo causarum<sup>8</sup> genera in hac rhetorica esse dicemus: quia rhetorica ius civile respicit per directum, sicut pars que a suo toto separari non valet.

*De origine cause criminalis.*

Criminalis cause origo fuit in celis, ubi Lucifer crimen lese maiestatis commisit.

*De origine cause civilis.*

Civilis origo fuit in thalamo<sup>9</sup> paradisi, ubi protoplausus cepit cum suo plasmatore causari.

*Quod causarum genera distingui non possunt.*

Causarum genera distingui non valent, quia secundarie cause infinite sunt, et infinitorum non potest esse comprehensio generalis. Ab omni siquidem actione causa procedit, et quandoque ab actione una plures cause resultant, propter accessoria que plerumque convertuntur in causas. De certa<sup>10</sup> siquidem per causas, cause per distinctiones, distinctiones<sup>11</sup> per capitula regulari ordine distinguuntur. A causa tamen suprema omnes alie cause velut genera subalterna descendunt. Unde tot sunt causarum genera, quot subicibiles cause possunt in controversiarum varietatibus inveniri. Ad huiusmodi siquidem causas legitime pertractandas necessaria est industria oratorum, qui advocati hodie nominantur.

INCIPIE LIBER TERTIUS

**I. De definitionibus.**

*Quid sit definitio.*

Definitio est specificatio intellectus vocabuli, de cuius intellectu queritur. Definitio dicitur a *definio*.

<sup>6</sup> M. om. per. — <sup>7</sup> M. perfecti. — <sup>8</sup> M. om. causarum. — <sup>9</sup> M. add. in terra. — <sup>10</sup> decertatio? — <sup>11</sup> M. om. distinctiones.





*Quod nemo valeat definire.*

Definire nihil aliud est quam vocabulum secundum specificam differentiam ad finem trahere; et vocabulum ad illum finem trahere nemo posset, nisi tangeret genera singulorum et singula generum. Ergo nemo potest nec potuit definire; verumtamen large dicitur definitio, quia per talem definitionem vocabuli specificationem ad finem trahimus iuxta genera singulorum.

*Quod definitio debeat descriptio appellari.*

Definitio deberet descriptio appellari, quia describere nihil aliud est quam particulariter specificare aliqua de vocabulorum intellectibus et naturis.

*Quod non sint quelibet vocabula definienda vel describenda.*

Non sunt quelibet vocabula definienda vel describenda, sed illa tantummodo que videntur ad utilitatem et declarationem principalium intellectuum pertinere. Nam si quereretur qualiter defini deberet aratrum vel sartago, foret sine dubio questio puerilis. Nimirum tot posset unus fatuus proponere questiones, quod illas infinita sapientum agmina solvere non valerent.

*De laude illius qui dixit definitiones periculosas esse in iure.*

Dignis est laudibus commendandus qui dixit definitiones periculosas esse in iure; quia non solum in iure periculum afferunt, sed etiam in omnibus generibus dicendorum; unde qui aliud vocabulum secundum specificam differentiam ad finem trahere laboraret, in horridi periculi <sup>1</sup> caderet labyrinthum.

*De laude illorum qui naturaliter definiunt vel describunt.*

Omnes qui naturaliter definiunt vel describunt possunt et debent philosophi appellari; quia nihil est quod magis ad philosophiam <sup>2</sup> pertineat, quam habere scientiam definiendi, vel describendi vocabulorum originem et naturas.

*Quid sit ars.*

Ars est clavigera principiorum, que secundum specificam differentiam erudiendis <sup>3</sup> vias aperit doctrinales.

*Unde dicatur.*

Ars dicitur ab *arto artas*, quoniam artista quilibet motu rationabili debet artare suos auditores ad credendum ea que de arte proponit secundum genera singulorum et non secundum singula generum, ex eo quod particularia sunt absque dubio infinita.

*Quid sit orator.*

Orator est vir facundus, in inventione ingeniosus, in variationibus circumspectus, in pronuntiatione orna-

tus, honestus <sup>4</sup> in moribus, providus in consiliis et inter varios negotiorum eventus astutus.

*Unde dicatur.*

Orator dicitur ab *oro oras*. Nam hoc verbum *oro* triplicem significationem habere videtur, ut *oro* idest *deprecor*, *oro* idest *proloquor* <sup>5</sup>, vel *oro* <sup>6</sup> idest *ornate loquor*. Et componitur aliquando <sup>7</sup> verbum, et dicitur *peroro*, ubi verbum ornatus profertur.

*De oratoris officio.*

Oratoris officium est persuadere cum exquisito artificio perorandi, et habere aptitudinem in loquendo in omnibus facultatibus et doctrinis.

*Quid sit oratio.*

Oratio est sermo qui continuatur in causa, et tribus principalibus partibus exornatur, videlicet exordio, narratione, et petitione; sine quibus oratio perfecta esse non potest.

*Quid sit rhetor.*

Rhetor est prece artis rhetorice, quia nil aliud facit nisi quod artis precepta divulgat.

*Unde dicatur.*

Rhetor a rhetorica dicitur, a qua regulariter derivatur.

*De officio rhetoris.*

Officium rhetoris est transcurrere libros rhetoricos, et exponere litteras secundum glosas <sup>8</sup> doctorum

*De officio dictatoris.*

Dictator, prout hodie sumitur, est ille qui oratorum dicta legit et repetit, et repetita variat et componit.

*De officio dictatoris.*

Dictatoris officium est materias sibi exhibitas vel a se aliquando inventas congruo latino et appositione ornare: tales namque interdum notarii appellantur. Et dicuntur notarii a notis quas primo faciunt, et illas postea scribunt, vel aliis ad scribendum tradunt.

*De officio quod olim habebant dictatores.*

Dictatores olim suffraganei erant consulum Romanorum, quia dictabant sententias, et ardua negotia pertractabant; quibus de causis appellabantur principes candidati.

*Quid sit prolocutor.*

Prolocutor non est nomen alicuius officii, sed ex compositione <sup>9</sup> recepit significationis augmentum. Unde ille dicitur prolocutor, qui locum et vicem pro aliis obtinet in loquendo.

<sup>1</sup> *M.* periculum. — <sup>2</sup> *M.* philosophum. — <sup>3</sup> *M.* erudientis. — <sup>4</sup> *M. om.* honestus. — <sup>5</sup> *M.* prologor. — <sup>6</sup> *M. om.* vel oro. —

<sup>7</sup> *M.* repetit et componitur aliquando. — <sup>8</sup> *M.* closas. — <sup>9</sup> *M.* positione.

II. De definitionibus ad leges, decreta  
et decretales pertinentibus.

*Quid sit lex.*

Lex est sanctio imperialis, qua maiestas imperatoria iubet, vetat, vindicat, punit atque permittit.

*Unde dicatur.*

Lex dicitur ab hoc verbo *legi*.

*Quid sit allegatio.*

Allegatio est oratio que legibus roboratur<sup>1</sup>.

*Quid allegator.*

Allegator est patrocinator<sup>2</sup> litigantium in criminalibus et civilibus causis.

*Unde dicatur.*

Allegator dicitur ab *allego allegas*. Legista namque dicitur, quasi *legibus stans*<sup>3</sup>.

*De officio allegatoris.*

Officium allegatoris est leges in causis proponere, et legum inducere<sup>4</sup> argumenta.

*Quid sit decretum.*

Decretum est sacer canon ex auctoritate summi pontificis et<sup>5</sup> assensu concilii promulgatus.

*Unde dicatur.*

Decretum dicitur a *decerno decernis*.

*Quid decretista.*

Decretista est canonici iuris prolator.

*Unde dicatur.*

Decretista dicitur a decretis, sicut decretalista a decretalibus.

*De officio decretiste.*

Officium decretiste est causas spirituales et temporales secundum statuta sanctorum patrum audire pariter atque tractare.

*Quod decretiste atque decretaliste legum auxilia implorare coguntur.*

Quamquam leges imperatorum nondum dignentur sacros canones imitari<sup>6</sup>, nihilominus tamen decretiste atque decretaliste coguntur legum suffragia implorare, quia sine ipsis non valerent causas incipere vel finire.

*Quid sit decretalis.*

Decretalis est primogenita decretorum.

*Unde dicatur.*

Decretalis dicitur a decreto et est eius diminutivum; sed modo parificari sibi attentat.

*Quid constitutio.*

Constitutio est legitimum et canonicum supplementum iuris canonici et civilis, ex auctoritate papali atque imperiali sanctione procedens.

*Quid casus.*

Casus est specificatio intellectus legis vel decreti, seu decretalis vel constitutionis.

*Quid statutum.*

Statutum est quod a civitatibus vel aliquarum terrarum communibus statuitur et concorditer promulgatur; et dicuntur huiusmodi statuta leges municipales vel plebiscita.

*Quid textus.*

Textus est primitivus ordo librorum, quem auctores ex iussione maiorum, vel amicorum precibus aut voluntate spontanea ediderunt.

*Quid commentum.*

Commentum est generalis expositio super textum.

*Quid summa.*

Summa est que textum continuat et exponit.

*Quid apparatus.*

Apparatus est glosarum diffusio circa textum.

*Quid glosa.*

Glosa est dictionum ambiguum expositio.

*Quid concordantia.*

Concordantia est legum vel decretorum aut decretalium consimilium inductio ad probandum aliquid vel negandum.

*Quid iudex ordinarius.*

Iudex ordinarius est qui sine speciali mandato potest causas gregis vel populi sibi commissi audire.

*Quid iudex delegatus.*

Iudex delegatus est cui causa committitur; vel iudex delegatus est navis causarum temonarius, et procellarum allegationum sedator, qui, flante austro iuris, agmina litigantium ad portum quietis perducit.

*Unde dicatur.*

Iudex delegatus dicitur a delegatione qua fungitur.

*De officio eiusdem.*

Officium iudicis delegati est citare partes, librare audita, examinare testes, et super accessoriis et principalibus ferre sententias interlocutorias et finitivas, prout iuris ordo requirit.

<sup>1</sup> *M. om.* allegatio..... roboratur. — <sup>2</sup> *M.* patrocinatorum. — <sup>3</sup> *M.*

stas. — <sup>4</sup> *M. rep.* legum inducere. — <sup>5</sup> *M. om.* et. — <sup>6</sup> *M.* immutari.





*Quid subdelegatus.*

Subdelegatus est qui a delegato constituitur ad supportandum onus delegationis iniuncte <sup>1</sup>.

*Quid assessor.*

Assessor est basis iudicum et columna.

*Unde dicatur.*

Assessor dicitur ab *assideo*, quia <sup>2</sup> iuxta latus iudicis assidet.

*De officio assessoris.*

Officium assessoris est examinare subtiliter allegata cum obiectionibus et responsis, merita causarum diligentius intueri, et instillare iudicum auribus <sup>3</sup> consilia equitatis.

*Quid advocatus.*

Advocatus est vocis aliene vicarius, qui pro munere <sup>4</sup> vel pretio, amicitia vel odio inducitur pro aliis ad loquendum.

*De officio advocati.*

Officium advocati est vera proponere, verisimilia fingere, palliare mendacia, velare falsitatem sub imagine veritatis, instruere partem quam fovet in positionibus et responsis, et inducere testes ad roborandum ea que probare vel confutare intendit.

*Quid sit notarius.*

Notarius est pactorum et conventionum claviger, memoriale armarium et repositorium secretorum.

*Unde dicatur.*

Notarius dicitur a *nota*, ex eo quod notat vel notare debet ea que in formam publicam rediguntur.

*Quid sit procurator.*

Procurator est vicarius actoris vel rei ad ea in quibus constituitur pro impetitione vel defensione causarum.

*Quid sit syndicus.*

Syndicus est universitatis vicarius, qui animam suam tenetur pro universis et singulis ponere, et inter causarum varietates pro cunctis et singulis ad singula secundum iuris ordinem respondere.

*Quid sit instrumentum.*

Instrumentum est chirographus publica manu confectus, qui adhibitione testium roboratur.

*Unde dicatur.*

Instrumentum dicitur ab *instruo instruis*, quia per instrumentum fit cautele instructio de presentibus, preteritis et futuris.

<sup>1</sup> M. in vice. — <sup>2</sup> M. inserit. asse. — <sup>3</sup> M. habet viribus pro

*Quid testis.*

Testis est iuris et iustitie oculus per quem veritas gestorum videtur.

*De exceptione.*

Exceptio quadrupliciter definitur propter diversos effectus.

*Quid sit exceptio.*

Exceptio est repagulum quod actor vel reus ad impedimentum partis adverse inducit: vel exceptio est clipeus quem actor vel reus iuxta causarum principia interponit; vel exceptio est diverticulum per quod rei fugere <sup>5</sup> moliantur; vel exceptio est tinea iuris et iustitie corruptela.

*Unde dicatur.*

Exceptio dicitur ab *excipio* idest *excludo*, quia excipere nihil aliud est quam excludere vel repellere propositum adverse partis.

*Quid sit appellatio.*

Appellatio est invocatio auxilii ad maiorem pro gravaminibus removendis.

*Quid sit iudicium.*

Iudicium est deliberatio secundum quam iudices procedunt, vel procedere debent ad sententiam promulgandam.

*Quid sit equitas.*

Equitas est benevola nature, iuris et consuetudinis dispensatrix, que omnia recte ponderat et iustissima statera coequat.

*Quid sententia.*

Sententia est causarum decisio que secundum ius aliquod vel statutum vel consuetudinem approbatam, requisito sapientum consilio, promulgatur.

*Unde dicatur.*

Sententia dicitur a *sentio sentis*, quoniam aliquis profert sententiam secundum quod sentiunt sapientes.

**III. De legitime sententie obstaculis.**

Legitime sententie obstacula sunt undecim, videlicet gratia, dispensatio, rigor, amor, timor, odium, munus, occasio, machinatio, suspicio et cavillatio.

*Quid sit gratia.*

Gratia est acceptabilitas quam habent maiores erga inferiores personas.

iudicum auribus. — <sup>4</sup> M. promovere. — <sup>5</sup> M. figure.



*Quid dispensatio.*

Dispensatio est remissio rigoris, ab equitate vel gratia speciali procedens.

*Quid rigor.*

Rigor est inflexibilis observatio iuris.

*Quid amor.*

Amor est specialis affectus proveniens ex linea parentele, vel obsequio aut motu spontanee voluntatis.

*Quid timor.*

Timor est onerosa dubitatio futuri<sup>1</sup> damni vel iacture.

*Quid odium.*

Oidium est nocendi propositum et pro illatis iniuriis vel offensis.

*Quid munus.*

Munus est acceptabilis verborum seu rerum vel servitiorum exhibitio.

*Quid occasio.*

Occasio est indignatio proveniens ex alteratione fragilis voluntatis, aut de suspicione seu offensa minima vel quasi nulla.

*Quid machinatio.*

Machinatio est dolosa fallendi exercitatio, que sepe fit de multorum simplicitate lucrosa.

*Quid suspicio.*

Suspicio est ambigua cogitatio proveniens ex motu animi propter aliquam coniecturam.

*Quid cavillatio.*

Cavillatio est dolosa verborum et rerum gestarum interpretatio.

## INCIPIIT LIBER QUARTUS

## I. De naturis et consuetudinibus oratorum.

*De diversitatibus pronuntiandi.*

Iuxta naturarum et complexionum diversitates, mortales diversimode pronuntiare noscuntur. Quidam enim pronuntiant temperate, ut sanguinei, quidam furiose ut cholericus, quidam inter utrumque, ut<sup>2</sup> phlegmatici, quidam timide, ut naturaliter melancholici; verumtamen propter motus accidentales complexionis iste alterabiliter permutantur.

*De his que dant audaciam proloquendi.*

Scientia, pecunia, nobilitas, potentia, libertas, gaudium, et favor auditorum, secundum nature cursum, dant audaciam proloquendi.

<sup>1</sup> M. om. futuri. — <sup>2</sup> M. om. ut.

*De his que auferunt audaciam proloquendi.*

Ignorantia, paupertas, ignobilitas, impotentia, servitus, tristitia, contrarietas auditorum auferunt audaciam proloquendi.

*De illis qui per motum iracundie ius memorandi et pronuntiandi amittunt.*

Resultat in pluribus iracundie calor, qui, velut igniculus ad suprema conscendens, memoriales cellulas adurit pariter et conturbat; unde memorandi et proloquendi virtutem amittunt.

*De illis quibus accidit in contrarium.*

Ex quadam occulta natura provenire videtur, quod plures iracundie calore succensi expeditius proloquuntur et copiosius memorantur. In me ipso autem, quanto magis fervor iracundie invalescit, tanto amplius memoria roboratur et pronuntiatio expeditur.

*De illis qui sola magnitudine vocis confidunt.*

Quidam scientia<sup>3</sup> et rationali motu privati, de sola magnitudine vocis confidunt; unde fluctuant in loquendo, et boatu triumphabili proloquuntur, molientes cum sonoritate vocis aures audientium demulcere.

*De illis qui propter negligentiam et timorem immutescunt.*

Thesaurus desiderabilis in multorum pectoribus aliquando sepelitur, quia non pauci sunt magna sapientia preediti, qui negligentia vel timore sicut penitus ignorantes mutescunt.

*De illis qui primo timent et postea invalescunt.*

Quosdam in loquendo timor prius invadit, unde voce tremula proloquuntur; sed eorum timidum principium finis robustus exornat.

*De illis quibus accidit in contrarium.*

Robustum principium aliquorum debilis finis deturpat, quia secure inter eloquentie procellas navigant, sed viliter periclitantur in portu.

*De horribili timore quorundam.*

Timor horribilis et pusillanimitas abhorrenda ita invadunt animos aliquorum, quod quando sunt in multorum presentia constituti, livent, pallent, trepidant, perhorrescunt, guttatim urinam emittunt, vel quandoque verendum solvunt de regione inferiori tributum, et ita mandant oblivioni que non parum excoxerant et diutius ruminaverant.

*De illis qui coram paucis non timent et in multorum presentia contremiscunt.*

Non debet credi quod sit nature vitium, sed aut pusillanimitas vel timor accidentalis, quod aliquot prolocutores

<sup>3</sup> M. sententia.



in paucorum presentia sunt audaces et in sermonibus copiosi, sed in conspectu multitudinis numerose tanquam virgule in decursu fluminum contremiscunt.

*De illis quibus accidit in contrarium.*

Vigor nature ita in plurimis roboratur, quod coram paucis trepidant et in multorum presentia invalescunt.

## II. De gestibus prolocutorum.

*De illis qui principium sumunt a tussi.*

Prava consuetudo, vel fastus, vel elatio sive oblivio quosdam prolocutores inducit a tussi voluntaria vel excusatoria inchoare. Verumtamen quidam tussunt aliquando ut tracheam<sup>1</sup> arteriam expurgent; quoniam accidere consuevit, quod ex laboriosa meditatione humores ad esophagum discurrunt; unde prolocutores coguntur fauces in principio expurgare, ne offendiculum spiritus proveniat in loquendo.

*De illis qui per pravam consuetudinem supersticiosos gestus ostendunt.*

Prolocutores ab honesta consuetudine deviantes cum quadam superstitione surgunt ad loquendum, et postea damnabiles gestus ostendunt, et abstergunt faciem, reapant post aures capillos, propria respiciunt indumenta et corrugant nares, ac si videretur eis astantium caterva fetere.

*De illis qui subsidiariis dictionibus abutuntur.*

Ex prava consuetudine vel insufficientia litterature noscitur provenire, quod multi prolocutores subsidiariis dictionibus abutuntur. Quidam enim frequentissime repetunt *vere* seu *revera*, *pro certo*; et etiam pudorose defectum substantant; alii namque repetunt *usque adeo*, *dumtaxat*, *aliquando*, *liquido*, *liquidius*. Nimirum tot sunt dictiones in orationibus que contra decorem eloquentie repetuntur, quod non possent ab aliquo numerari.

*De illis qui abutuntur lepidis et concinnis.*

Aliquot molles et delicati prolocutores, more femineo abutuntur lepidis et concinnis, repetendo frequenter hec nomina, videlicet *speciosus*, *gloriosus*, *generosus*, *delicatus*, *dulcis*, *suavis*, *amabilis*, *affabilis* et *tractabilis* cum suis comparativis, superlativis et adverbis descendentibus ab eisdem. Preterea sunt alii qui sine intermissione quasdam auctoritates, sententias generales, quedam exordia et proverbia repetere ad subsidium dignoscuntur. Hos autem atque predictos non absque nota pudoris afficit repetitio tediosa. Et est notandum quod

huiusmodi subsidia, verborum lepiditates, excocte orationes, ambigua dictamina et concinna a viris prudentibus puerilia et frivola reputantur.

*De illis qui fingunt se ignorare que longis temporibus excoxerunt.*

Inanis glorie ventum sorbere optantes in suarum principis orationum simulant, ut vulpecule que vineam satagant eloquentie demoliri. Faciem siquidem et oculos ad celum elevant et suspirant, et se fingunt sub admirationis velamine meditari, ut videantur quod numquam super his que debent dicere cogitarint.<sup>2</sup>

## III. De doctrina honestatis habenda.

*De honestate habitus, gressus et risus.*

Cum habitus corporis, gressus pedum et risus dentium, iuxta Salomonem, de homine iudicent, cuilibet prolocutori expedit honestate morum pollere. In primis quidem ita debet esse modestus in habitu, quod suum ordinem vel officium non excedat. In incessu autem nimis velox esse non debet vel tardus; ridere debet sine cachinno, presertim cum immoderatus risus in ore stultorum consistat. Notantur quidem in eo habitus, gressus corporis, vocis prolatio, significatio verborum et modus proferendi.

*De captatione benevolentie a iudicibus et auditoribus captanda.*

Quilibet prolocutor debet per verba, gestuum honestatem, iudicum et auditorum animos sibi reddere benevolos et attentos; quia multum valet partibus quas fovet conferre, si penes omnes favorabilem gratiam invenire.

*De temperantia incipiendi.*

Ea solummodo que ab antiquis oratoribus de incipiendi doctrina omissa fuerunt, supplebo. Dico ergo quod persone sublimes, et viri qui per sapientiam vel religionem seu dignitatem sunt famosi, plane ac submissa voce debent incipere, ut in eis gravitas prenotetur; nisi aliud exigat rerum eventus. Nam auditores in prolationibus talium personarum magis attenti existunt. Reliqui vero ita debent incipere, quod in ipso principio notam reprehensionis non incurrant, et dicatur eis *altius*, *altius*,<sup>3</sup> quod fieri non potest absque prolocutorum pudore.

*De reverentia iudicibus exhibenda.*

Reverentia debet iudicibus exhiberi, prout exigunt dignitates et merita personarum. Sit equidem coram iudicibus<sup>4</sup> ecclesiasticis cum inclinatione capitum extractio berictorum. In huiusmodi autem reverentiis honesti mores et approbate consuetudines observentur.

<sup>1</sup> V. trocheam. — <sup>2</sup> M. cogitarunt. — <sup>3</sup> M. semel habet altius. — <sup>4</sup> In cod.

ms., ex quo M. manavit, duo membranæ hic extra locum positæ sunt.

INCIPIIT LIBER QUINTUS

I. De diversitatibus exordiorum

Quidam exordiuntur de radice narrandi, sicut exquisitissimi oratores.

Quidam adulando, ut per captationem benevolentie alliciant animos auditorum.

Quidam prolixè, ut copiosi oratores esse cernantur.

Quidam ratiocinando vel insinuando, ex eo quod iniustas causas fovere nituntur.

Quidam ad suffragium ignorantie.

Quidam ex consuetudine vel abusu.

Quidam ex timore vel ingratitude quam in <sup>1</sup> iudices commiserunt.

Quidam audientiam <sup>2</sup> postulando.

II. De causarum exordiis.

*Quod exordium vocale vitari non possit.*

Quandocumque orator ponit <sup>3</sup> vel respondet, quadam naturali consuetudinaria necessitate cogitur exordiri pro eo, quod speciales narrationes in exordia circa principium convertuntur.

*Quod exordium reale vitari non possit.*

Quandocumque surgit orator, exordiri videtur, quoniam illa <sup>4</sup> surrectione incipiunt auditorum animi preparari. <sup>5</sup> Item abstractio caputii vel birrecte, exhibitio reverentiae ac expurgatio, ad audiendum <sup>6</sup> preparant animos auditorum.

*Quod exordium debeat de narrationibus prosilire.*

Cuncta siquidem exordia preter quam in abominabili cause genere vel fabula, vel debent de specialium narrationum serie prosilire, aut narrationibus esse germana.

*De brevi exordio.*

Breve exordium est, quod sine prolixitatis vitio et demulcenti lepiditate atque concinnantia preparat animos auditorum.

*De prolixo exordio.*

Prolixum exordium est quando a materie sue origine separatur, et per alia vel consimilia verba repetitur quod est dictum.

*Quid sit brevitatis.*

Brevitas est in qua commode principale tangitur et utile accesorium enarratur.

*Quid prolixitas.*

Prolixitas est inutilium verborum effusio tediosa.

*De illis qui carent artificio eloquentie.*

Illi qui carent artificio eloquentie, vel ingenii solertia que provenit a natura, sicut ebrii pervagantur in omnibus generibus dicendorum.

*Quod non sit ad postulandum illotis manibus accedendum.*

In iure siquidem civili oratori cuilibet suadetur, ne illotis manibus ad postulandum accedat, quia temere incipit sine alicuius exordii amminiculo perorare. <sup>7</sup>

III. De exordiis que valent coram papa vel clero proponi.

*Duodecim varietates exordiorum quibus a summo Pontifice audientia postulatur.*

j. Priusquam montes fierent aut formaretur terra et orbis, a seculo primitivo predestinatum fuit quod deberetis in apostolatus cathedra et speculo eminentioris ecclesie residere. Unde, cum sitis pastor ovium, omniumque Christianorum princeps, merito universi qui nomine christiano censentur ad vos possunt et debent recurrere cum fiducia pleniori. Ergo <sup>8</sup> sine ulla dubitatione in conspectu vestre sanctitatis proponam que ad presentem causam et factum imminens pertinere cognoscam.

ji. Mediator Dei et hominum, coram quo loqui presumo, non considerabit mee scientie parvitatem, nec respectum habebit ad meorum insufficientiam meritorum, sed tamquam clemens et benignus pater me dignabitur clementer et benigne audire.

ij. Claviger ethereus, qui aperit et nemo claudit, claudit et nemo aperit, dignabitur audire que proferam et intelligere que significabunt prolata.

iiij. Cum respicio altitonantem et thesaurarium regni celestis, loqui timeo et confido. Timeo, quia scientie parvitas contra me allegat; confido, quia cum simplicibus est sermocinatio Domini, et non est apud illum acceptio personarum. Unde confidenter proferam que ad presens negotium pertinere noscuntur.

v. Si loqui timeo et allegare pavescio, nemo debet mirari; quia sum velut passer ante thronum alterius dei et agni, et sicut fistula plumbi de qua progreditur aqua insipida et turbata. Veruntamen de sola clementia et benignitate vestra confisus, que dicere proposui non omittam.

vj. Si livent labia, si pallet facies, si lingua balbutit et membra quelibet contremiscunt, nullus debet admiratione moveri, quia in illius presentia locuturus assurgo, qui ligandi et solvendi obtinet potestatem; cui obediunt imperia et regna terrarum; et nemo est qui audeat dicere: *Cur ita facis?* Peto igitur cum omni devotione mihi audientiam exhiberi.

<sup>1</sup> M. om. in. — <sup>2</sup> M. audaciam. — <sup>3</sup> Lectio incerta. — <sup>4</sup> M. nulla. —

<sup>5</sup> M. prearari. — <sup>6</sup> M. audientium. — <sup>7</sup> M. permanere. — <sup>8</sup> M. Ego.



vij. Coram patre universorum patrum, qui vice Symonis Barione <sup>1</sup> in terris plenitudinem obtinet potestatis, locuturus, surrexi humiliter audientiam postulans, et in iure quod proponam favorem.

viiij. Respice me domine et videbo; dabis loquendi ausum, et in presentia sanctitatis vestre proponam que videbuntur veritatem continere et iustitiam; quia tu es ipsa veritas et in te consistit omnis iustitie plenitudo.

viiiij. Coram illo qui tangit montes et fumigant, qui domat colla imperatorum et regum, qui coronat meritos et emeritos decoronat, ad loquendum surrexi. Unde non est mirum si timeo, immo si tremo, et verba mea profero cum timore. Peto igitur ut de consueta pietatis clementia mihi audientia conferatur.

x. Vobis qui vice Petri tenetis claves regni celorum, et potestatem omnimodam habetis in orbe terrarum, supplico in omni genere humilitatis, ut mihi benignam dignemini audientiam exhibere.

xj. Ad vos, qui estis Christi vicarius et cultor Christiane fidei principalis, clamare non cesso, rogans humiliter et exorans, ut in his que intendo proponere vestre pietatis aures dignemini misericorditer inclinare.

xij. Cum ex divina predestinatione apostolicam in terris optineatis potestatem, et papa idest pater patrum a christiane fidei cultoribus nomineris; et ex officio iniuncto sis principale refugium impotentium, non sine motu rationabili ad pedes tue sanctitatis recurro, supplicans ut benigne audire digneris et audita intelligere cum effectu.

#### *Narratio doctrinalis.*

In presentia domini pape sibi tamquam alteri Deo singulariter loquimur, imitando etiam <sup>2</sup> consuetudinem Romanorum. Item loquimur ei pluraliter sicut dignitatis altitudo requirit.

#### *Quinque varietates exordiorum quibus a cardinalibus audientia postulat.*

j. Cardinales merito appellamini quia estis ecclesie romane principales basides et columnae. Ante itaque tantos principes et ministros locuturus, assurgo petens humiliter ut mihi benignam audientiam et intelligentiam conferatis.

ij. De vestrorum procedit virtutibus meritorum, quod in latere vicari Dei sicut principales ministri et consilarii residetis: unde comprobamini ius et iustitiam pre ceteris confovere. De iure igitur inducor audientiam a vestra petere sanctitate, super iure quod prosequi coram vobis intendo.

iiij. Coram illis ad loquendum surrexi quorum sapientia et consilio mundus regitur universus. Unde non ambigo tam audientiam quam iustitiam, in vestra presentia positus, obtinere.

iiij. Cum sitis preclara ecclesie Romane luminaria, et candelabra splendore iustitie radiantia, confidenter possunt ad vos recurrere qui iustitiam suam nequeunt alibi optinere. Confisus igitur de iuris rigore, sub examine vestro campum litis ingredi non pavesco.

v. Cuncta edificia ruine paterent, si cardinales de super liminaribus tollerentur. A simili namque dico quod rueret iustitia et periret, si eam sollicitudinis humeris non supportarent domini cardinales. Confidenter igitur pro iure meo, quem venti persecutorum agitant et commovent ad ruinam, sub vestro iudicio allegare intendo, postulans ut que dicturus ero auribus percipere dignemini, et seriem intelligere dicendorum.

#### *Exordium quo uti possumus coram cancellario domini pape.*

Desiderabilis rei eventus nobis respondet ad votum, quia misit nos celestis claviger ad precipuum ecclesie ianitorem, videlicet cancellarium, qui nos per equitatis cancellum in aulam iustitie intromittet, ubi causa nostra terminabitur et sine protractione temporis decidetur.

#### *Exordium quo uti possumus coram vicario domini pape.*

Satis erraret a tramite <sup>3</sup> rationis et viam non cognosceret equitatis, qui crederet quod dominus papa vos suum constituisset vicarium, nisi scivisset firmiter quod in vobis viget sapientia, regnat iustitia, et consistit pietas cum plenitudine caritatis. Unde a vobis confidenter <sup>4</sup> postulo mihi benignam audientiam exhiberi.

#### *Exordium quo uti possumus coram cardinali qui est pape consanguineus.*

Ex proxima consanguinitatis linea qua summo pontifici estis coniuncti, et propter vestrorum <sup>5</sup> insignia meritorum maiorem apud eum gratiam optinetis. Quibus de causis credimus et speramus, quod causam nostram diligentius audietis et fine curabitis celeri terminare.

#### *Exordium quo uti valemus coram apostolice sedis legato.*

Inter cives apostolorum principales mundi cardines potestis merito computari, quia portatis pacem et provincias predicationibus et operibus illustratis. Sub tanto igitur patre atque reparatore nominis christiani ius nostrum intendimus <sup>6</sup> prosequi et consequi; quoniam apud alios iudices fatigati sumus diuturnis laboribus et expensis, nec potuimus rationem aliquam invenire.

#### *Duo exordia regulariter variata quibus uti possumus coram patriarchis, archiepiscopis et episcopis.*

j. Celestis provisor ad hoc vos fecit in patriarchali cathedra residere, ut ius impotentium gladio iustitie

<sup>1</sup> Sic V. — <sup>2</sup> M. om. etiam. — <sup>3</sup> M. add. iuris et. — <sup>4</sup> M. con-

fidentiis. — <sup>5</sup> M. vestra. — <sup>6</sup> M. om. intendimus.

defendatis. Confidenter igitur vos exoro, ut mihi contra ius oppresso propitiabilem audientiam conferatis.

Hoc exordium regulariter variabitur, si ubi dicitur *patriarchali*, dicatur *archiepiscopali* vel <sup>1</sup> *episcopali*.

ij. Cum sitis <sup>2</sup> patriarcha, idest patrum princeps, et principale refugium impotentum, securius vos exoro ut me velitis benigne audire <sup>3</sup>.

*Exordium quo uti valemus coram quolibet iudice ordinario.*

Cum sitis iudex ordinarius et animarum cura sit vobis annexa, gregem vobis commissum tenemini defendere et singulorum causas diligenter audire. Unde securius vos deprecor quatenus et cet.

Hoc exordium naturaliter poterit variari, si ubi dicitur *patriarcha*, dicatur *archiepiscopus*, idest superintendens, *episcopus*, idest intendens.

*Exordium quo uti possumus coram theologo.*

Coram vobis, qui estis, disponente Domino, thesaurarius <sup>4</sup> theologice discipline et dispensator <sup>5</sup> ministeriorum Dei, loquor animi fiducia pleniori; quoniam ex officio caritatis causam iustam diligentius audietis, et iusto curabitis iudicio terminare.

*Tres exordiorum varietates quibus uti possumus coram doctoribus decretorum.*

j. Redundat <sup>6</sup> mihi ad gloriam et honorem, quando <sup>7</sup> coram illo patrociniū presto in causis, qui pater estis gregis, fons artium, theologie minister, tuba Dei, decretorum columna, decretalium basis, et iuris civilis alumnus.

ij. Festivum reputo et sollemne, quando mereor coram illo causari qui retinuit in iure canonico principatum, qui miles est ecclesie ac imperii; quare multiplicis honoris insignia retinet, quia <sup>8</sup> potest utriusque gladii officium exercere.

iiij. Non sine causa cedit mihi ad plenitudinem gaudiorum, quando <sup>9</sup> coram illo exerceo ministerium allegandi, ante cuius examen canonica iura clarescunt, librantur audita, scientia revelatur, imperitia detegitur, iustitia roboratur et iniquitas delitescit.

*Tres exordiorum varietates quibus uti possumus coram iudicibus delegatis.*

j. A celsitudine sedis apostolice fuit vobis causa commissa, unde pars nostra plurimum gratulatur, ex eo quod semper equitatem et iustitiam dilexistis. Et ego, qui sibi coram vestra presentia meum disposui patrociniū impartiri, non sine rationabili causa exulto, quia firmiter spero quod utrique parti studebitis iustitiam exhibere.

<sup>1</sup> *M. om. archiepiscopali vel.* — <sup>2</sup> *M. Satis.* — <sup>3</sup> *M. om. securius...* audire. — <sup>4</sup> *M. thesaurus.* — <sup>5</sup> *M. dispensatorum.* — <sup>6</sup> *M. redundabit.*

ij. Ab apostolorum principis successore vobis est causa ista commissa: de quo debet pars utraque letari, quia tam in exhibitione audientie quam in observatione iustitie per tramitem canonicum procedetis.

iiij. De commissione vobis facta possunt litigantes non modicum exultare, quoniam in auditione causarum consuevistis esse benevoli, et in observatione <sup>10</sup> iustitie incorrupti.

*Tres exordiorum varietates quibus uti possumus coram iudicibus quibuslibet dummodo iustitia postulatur.*

j. Duo sunt que in presentia vestra dant mihi ausum loquendi: primum quia sapientia vestra est velut inexpugnabilis murus iustitie, que non potest aliquorum precibus vel persuasionibus violari. Secundum quia iustam causam foveo, et iustitiam postulare intendo.

ij. Tria sunt que me <sup>11</sup> ad loquendum coram vestra presentia sine omni dubitatione invitant. Primum est vestra benignitas, que omnibus et singulis benignum prebet auditum; secundum quia vestre sapientie magnitudo iusta et equali statera librat audita: tertium quia violentibus a rationis tramite deviare non relaxatis habenas, sed in campo et freno constringitis maxillas eorum.

iiij. Vestre sapientie magnitudo, constantia <sup>12</sup> quam habetis in factis, compassio quam ostenditis contra ius gravatis <sup>13</sup> et desiderium quod geritis in observatione iustitie dant mihi spem et fiduciam pleniorē ad loquendum coram vobis pro iustitia, quam non dubito me posse optinere de iure.

*Novem exordiorum varietates quibus uti possumus in omnibus causarum principiis coram quibuslibet iudicibus.*

j. Aurum eloquentie ab omni specie rubiginis expurgatur si prolixitas abicitur et insistitur brevitati, que humanis auribus tamquam balsamus instillatur. Igitur prolixitate reiecta, rei seriem sub competenti brevitate narrabo.

ij. Incipio sine ornatu verborum, et tam simpliciter quam suppliciter mihi postulo audientiam et intelligentiam exhiberi.

iiij. Non utar picturato fastu verborum, sed loquar simpliciter et dicam utiliter que ad factum pertinere videbo.

iiij. In evidentia sunt merita nostrorum iudicum, et opera sua illos aperte commendant. Unde, postpositis eorum laudum preconiiis, ostendam que sit mea intentio, et ad quem finem desiderem pervenire.

v. Expeditioni cause non congruit iudicum laudibus insistere, vel dicendorum principium exornare. Unde ad principale factum sub competenti brevitate procedam.

— <sup>7</sup> *M. quoniam.* — <sup>8</sup> *M. om. quia.* — <sup>9</sup> *M. quoniam.* — <sup>10</sup> *M. conservatione.* — <sup>11</sup> *M. om. me.* — <sup>12</sup> *M. constantiam.* — <sup>13</sup> *M. gravatis.*





vj. In postulando audientiam nolo diem detinere sermone; sed <sup>1</sup> breviter <sup>2</sup> ad negotium principale procedo et dico...

vij. Urgens necessitas et evidens utilitas importune <sup>3</sup> requirunt quod breviter principale factum enarrem, et ad expeditionem cause festinem. Dico ergo breviter quod...

vijj. Mora que ad se trahere periculum consuevit, me ad loquendum sine prefatione inducit. Unde breviter formam negotii propono dicens...

viiij. Loco exordii vobis, tamquam principalibus dominis cum reverentia et fidelitate inclino, desiderans ad expeditionem cause breviter pervenire.

### III. De exordiis que proponi valent coram imperatore atque regibus, principibus et officialiis eorumdem.

*Quatuor exordiorum varietates que pro cunctis et singulis valent coram imperatoria maiestate proponi.*

j. Romanorum imperator serenissime, qui solium glorie triumphalis in trono imperialis celsitudinis optinetis, qui cuncta naturalia et civilia iura pectoris arcano servatis, audire dignemini et intelligere que in conspectu serenitatis vestre proponam.

ij. Imperiali maiestati que, disponente Domino, totius orbis optinet monarchiam, humiliter supplico ut his que ante tribunal celsitudinis vestre proponam aures imperialis clementie dignemini misericorditer inclinare.

iiij. Invictissimo Cesari et triumphatori urbis et orbis duxi humiliter supplicandum, ut ea que coram sua maiestate proponam, benigne audire dignetur.

iiij. Romanorum imperatori et semper augusto, qui orbem terrarum iuris et iustitie freno constringit, et serenissime imperatrici Auguste, atque universis principibus qui sunt principales imperii basides et colonne, humiles preces effundo ut mihi benignam et favorabilem dignentur <sup>4</sup> audientiam exhibere.

*Due varietates exordiorum quibus pauper uti valet coram imperatore.*

j. Ad illum per quem reges regnant, iustitia conservatur in terris, et cui a Domino collata est potestas gladii temporalis, converto sermonem, supplicans ut de gratie sue munere mihi dignetur conferre audientiam placabilem et benignam, quia pauper sum et impotens, nec valeo penes alium refugium invenire aliquod.

ij. Ante serenitatis vestre presentiam constitutus, quam Altissimi providentia orbi preposuit universo ut iura pauperum tueatur, peto ut mihi sit presidium vestra maiestas, quoniam alium non habeo ad quem recurram.

*Tres exordiorum varietates quibus uti valemus in conspectu regum.*

j. Vestre regali celsitudini que tale regnum, cooperante Domino, in iustitia et equitate gubernat, duxi humiliter supplicandum ut benigne velitis audire que dicam, « vel » ut auribus cordis percipere dignemini que in conspectu serenitatis vestre proponam.

ij. Maiestati vestre, que iustitiam diligit et iniquitatem abhorret, humilia porrigo rogamina cum reverentia debite servitutis; ut que duxi proponere elementer audire velitis, et audita intelligere sicut placet.

iiij. Ad loquendum coram vestre serenitatis presentia sola iustitia me inducit, quam pre ceteris mundi regibus inviolabiliter conservatis. Unde spero plenius et confido quod me benignius audietis.

*Exordium quo uti possumus coram imperii cancellario.*

Propter vestre sapientie magnitudinem et titulum supreme <sup>5</sup> nobilitatis vos imperialis maiestas ostium imperii constituit et cancellum, industrie vestre claves iustitie conferendo, quibus dignis debite gratie tribuatis accessum, et indignos extra benevolentie ianuas repellatis. Cum summe ergo fiducia coram vobis assurgo.

*Exordium quo uti possumus coram prefecto.*

Cum ex imperiali auctoritate sitis imperialis aule prefectus, optineatis gladiatoriam potestatem, et tam in causis criminalibus quam civilibus iustitiam teneamini conservare, decet vos omnium et singulorum causas, audire, temeritates rescindere tyrannorum, et de criminosis legitimam sumere ultionem.

*Exordium quo uti possumus coram vicario imperatoris.*

Vicarie officium ad quod estis assumpti, universis aperte demonstrat quod multis polletis virtutibus meritorum; multiplicis gratie insignia optinetis; quia indubitabiliter est credendum quod ille sit dignus, quem digna vox maiestate regnantis in suum vicarium prelegit.

*Tres exordiorum varietates quibus uti possumus coram iudicibus imperialis aule.*

j. Ex auctoritate imperiali estis imperialis aule iudices constituti, ut sitis provisos causarum et aliorum errores iusto iudicio corrigatis. Quare ad vos, tamquam ad securum, portum recurro.

ij. Cum sitis imperatorie maiestatis candelabra et inextinguibilia luminaria decet vos ferre opem contra iustitiam pregravatis et impotentium causas diligenter audire. Ad vos ergo recurrimus supplicantes.

<sup>1</sup> V. addit hoc. — <sup>2</sup> M. leviter. — <sup>3</sup> M. inopportune. — <sup>4</sup> Codd.

dignetur. — <sup>5</sup> M. summe. — <sup>6</sup> M. addit vim.

ij. Quia maiestas imperialis de sapientia et industria vestra confidit, ideo vos preelegit ad corrigendum omnium<sup>1</sup> et singulorum errores; unde tam in causis appellationum, quam in gravaminibus contra formam iuris illatis ad examen vestrum fit tanquam ad portum salutis recursus.

*Exordium quo uti possumus coram senatore urbis.*

Alme urbis vos Dominus constituit senatorem, ut iura impotentum tam sapientia quam temporali gladio defendatis. Unde ius meum coram excellentia vestra propono, supplicans ut mihi benignam audientiam conferatis.

*Exordium quo uti possumus coram cancellario urbis.*

Per cancellum alme urbis ingredi cupientes, ab ipsius cancellario postulamus attentius, ut nobis clavibus audientie dignetur portas iustitiae aperire.

*Exordium quo ubi possumus coram potestate.*

Propter famosum nobilitatis vestre titulum et animi sapientiam ad potestarie fuistis officium evocati. Unde tenemini cuilibet in vestre civitatis ambitu et districtu audientiam exhibere et iustitiam conservare.

*Exordium quo uti possumus coram consulibus.*

Ex proprietate vocabuli, qua consules estis et dicimini, tenemini universis qui a vobis postulant equitatem in exhibitione audientie consulere atque in conservatione iustitiae subvenire.

*Tres exordiorum varietates quibus uti possumus coram iudicibus ab imperatore delegatis.*

j. Princeps<sup>2</sup> ille per quem possessiones legitime possidentur vobis causam audiendam commisit, credens quod sitis principii iustitiae protectores. Unde firmiter credimus quod in audiendo facti seriem eritis absque nostro gravamine parati, et in observando iustitiam paratiores.

ij. Romanorum imperator vobis causam istam commisit, volens quod sicut ordo iuris postulat procedere debeatis.

iiij. Vobis, qui estis in causa presentis examine de beneplacito imperatorie maiestatis iudices constituti, humiliter supplicamus ut nobis favorabilem audientiam prebeatis, et plenitudinem iustitiae conservetis.

*Due varietates exordiorum quibus uti possumus coram illis qui iustitiam diligunt et impotentes defendunt.*

j. Surgo ad loquendum coram illo qui est iustitiae clipeus, iuris defensor, amator equitatis, extirpator malitiae, sedator scandali, et refugium impotentum.

ij. Coram illo ad loquendum surrexi qui sperantes in iustitia non relinquit, oppressos relevat, relevatos sub-

stentat, viduas protegit, orphanos preuetur, imbecilles defensat, refovet debiles, prostratos erigit, erectos roborat in virtute.

#### V. De exordiis que proponi valent coram legum doctoribus et professoribus iuris.

*Septem varietates exordiorum quibus uti possumus coram legum doctoribus cum prerogativa laudum.*

j. Causari sub ipsius audientia disposui, qui tamquam alter Iustinianus legum interpretes esse videtur, et Papinianus in responsis et solutionibus questionum.

ij. In illius presentia disposui allegare qui facundus est in eloquio, in doctrina fecundus, in pronuntiatione venustus, moribus compositus, forma venustus, consiliis providus et discretionis titulis redimitus.

iiij. Sub illius examine disposui militare, qui dominorum dominus appellatur, quia in iure parem non habuit nec habebit secundum.

iiij. Ante illum iuris peritum subeo causandi certamen, per quem iura vigent, iustitia reformatur, equitas relucescit, falsitas abicitur, et veritas reseratur.

v. Ante illum patronum causarum locuturus assurgo, qui gloriose vocis confusus munimine, in cathedra insuperabiliter<sup>3</sup> magistratur, corda letificat, roborat ingenia, expellit ignorantiam, inducit sapientiam, et serenat faciem auditorum.

vj. Ante militis illius examen in agone contendam, qui evaginato iuris gladio rescindit malitiam opinatam, pacta secat iniusta, vulnerat testes iniquos,<sup>4</sup> ferit iustitiae corruptores, sauciat allegationes dolosas, et linguas multilat detractorum.

vij. Fateor me coram illo causari pro iure, qui tenet claves iuris canonici et civilis, qui solvit questiones nodosas, elucidat ambiguas et obscuras, et casus explicat intricatos.

*Sex exordiorum varietates pro iunioribus qui non consueverunt allegare in causis.*

j. Tamquam sponsus de thalamo legali procedens prosilio ad certamen causarum, supplicans iudicibus et auditoribus universis ut mihi audientia prebeatur; quia, si strepitus vel tumultus meum initium perturbaret, timore afficerer et pudore.

ij. Inter mearum allegationum primitias, rogamina vobis effundere promptiora teneor et supplicare attentius, ut me benignius audire velitis et intelligere sollicitius, quoniam allegandi conflictus mihi verecundiam et timorem inducit.

iiij. Sicut vitulus novellus qui cornua et ungulas allegationum producit, teneritudine sum affectus. Unde cum pallore verecundie incipio<sup>5</sup> advocari. Quare tam

<sup>1</sup> M. addit vim. — <sup>2</sup> M. principales. — <sup>3</sup> M. superabiliter. —

<sup>4</sup> M. in quo. — <sup>5</sup> M. om. incipio.



iudices quem assessores prece votiva exoro, ut cum audiendi favore <sup>1</sup> sustentent <sup>2</sup> initium proloquentis.

iiij. Apprehendi nuper pharetram et arcum legalem, iuris <sup>3</sup> chordam utcumque tetendi, primitivam allegationum sagittam immisi, sagittare cupiens et ferire sicut ordo legalis requiret. Ceterum si prius non sagittavero per directum, nemo debet admiratione moveri; quia manus lingue ad sagittandum in causis incipit erudiri.

v. De iure nature videmus animalia irrationabilia timere in exercitiis primitivis. Unde firmiter credo et indubitanter confido, quod vos qui ratione humanitatis, formam iuris habetis, in mearum allegationum primordio mihi benigne audientie gratiam et sollicite intelligentie <sup>4</sup> benevolentiam curabitis exhibere.

vj. Ex ore infantis et quasi lactentis advocatio legalis procedit; et adolescens progreditur ad conflictus causarum et confidit sub examine iudicum placitari. Unde fieri debet maior dispensatio in silentio et exhibitione gratie specialis.

*Quinque varietates exordiorum quibus utitur qui solus contra plures allegare intendit in causis.* <sup>5</sup>

j. Quamquam sim in hoc certamine singularis, non tamen vereor agmina bellatorum; quia iustitia quam foveo me defendet et conferet victoriam peroptatam.

ij. Solus et singulariter plures aggredior advocatos, confidens quod merebor clipeo iustitie premuniri.

iiij. Caterva multitudinis onerose confidit in machinationibus cavillosis, et idcirco me superare intendit. Sed iustitia, pro qua pugno, mihi erit in auxilium et tutelam.

iiij. Deus, qui verus iudex est, diligit et protegit veritatem; quia ipse veritas est et vita. Veritas quidem claudi et ligari potest, sed vinci non potest, quia suorum paucitate contenta est, et multitudine hostium non terretur.

v. Si creditis pre multitudine patrocinantium optinere, fallimini erratis quia numerosa multitudo nihil habet honesti.

*Tres varietates exordiorum quibus utitur ille qui dicit se non esse instructum in causa.*

j. Causa ista per viros disertissimos est diutius pertractata, et tam presentes quam absentes advocati in principalibus et accessoriis fuerunt instructi. Sed ego noviter ad certamen litis accedens vix possum rei seriem per speculum intueri. Unde si omisero de contingentibus, non debeatis mirari, maxime cum nemo decenter loqui valeat ex abrupto.

ij. Terret me allegatio repentina, quam promere cogor intuitu amicorum: quia non sum in causa ista instructus, neque prescivi que debeam allegare. Unde, si ex parte omisero proponenda, non mirabimini <sup>6</sup>, sed de speciali gratie munere veniam conferatis.

iiij. Cum nemo repente habere <sup>7</sup> valeat scientiam ignotorum, <sup>8</sup> insufficientiam meam debetis <sup>9</sup> mansuetius tolerare et supportare cautius humeros imbecilles; quia non sum in huius cause articulis prout convenit eruditus.

#### VI. De exordiis illorum qui allegando precedunt vel subsequuntur.

*Sex exordiorum varietates quibus uti valemus quando canonum vel legum <sup>10</sup> doctores in eiusdem partis auxilio in allegationibus precesserunt.*

j. Erit vox mea sicut aquile sibilus post rugitum leonis, et tamquam fistula que vix auditur postquam tube clangor sonuit in auribus auditorum.

ij. Sonus aque legalis que transit per canales iuris verba produxit in medium, quibus diluit et abstersit presentis cause velamen. Unde presumptuosum esse videtur quod ego qui sum aque luctuose rivulus, dicta debeam ornatissima <sup>11</sup> perturbare. Licentia tamen ipsius habita, referre curabo que videbuntur ad eiusdem cause commodum pertinere.

iiij. Aureum iuris candelabrum assurrexit et omnia presentis cause merita ordine miro distinxit, probanda probavit ad unguem, et confutanda penitus enervavit instruens adversarios ut labores effugiant et evitent onera expensarum. Igitur nec mihi, qui sum velut plumbum quod cito liquescit, expedit plura dicere, neque cum adversariis amplius litigare. Sed ex quo volunt, loquar de mandato illius qui postremo supplebit omnem impotentis <sup>12</sup> defectum.

iiij. Eloquium domini B. sicut ros matutinus celitus descendere comprobatur, quia non linguis hominum sed angelorum loqui videtur, ex eo quod cuncta que utrique parti expedire noscuntur sine defectu narravit, et qui omnia dixit, nihil omisit. Verum quia rebelles et increduli usque ad calculum sententie non silebunt, ideo protervitati eorum obsistam, reservato allegandi honore illi qui domat effrenes.

v. Festiva et sollempnis allegatio domini B. omnium et singulorum animos recreavit, quia venit tamquam auster, perflavit in ortum iuris canonici et civilis, et fecit illorum aromata suis flatibus redolere. In fine siquidem solvit omnes questiones nodosas, et causam reddidit sine omni defectu instructam. Unde me vel alium super hac materia loqui ulterius non deceret; sed quia sibi placet quod <sup>13</sup> super tali debeam articulo allegare, ideo teneor obedientie iugum subire.

vj. Arbor legalis que fructum dare in suo tempore consuevit de contingentibus non omisit; unde nemo posset addere vel minuere nisi predicta vellet repetere per

<sup>1</sup> M. om. favore. — <sup>2</sup> M. sub stite. — <sup>3</sup> M. quandam. — <sup>4</sup> M. necligentie. — <sup>5</sup> V. contra plures intendit causari. — <sup>6</sup> M. miramini. — <sup>7</sup> M. om. habere. — <sup>8</sup> M. incognitorum.

— <sup>9</sup> V. debeatis. — <sup>10</sup> V. om. vel. M. om. vel legum. — <sup>11</sup> M. honoratissima. — <sup>12</sup> M. impotentem. — <sup>13</sup> M. om. quia sibi placet quod.



obliquum. Verumtamen ex quo placet, dicam que ad factum pertinere cognoscam.

*Septem varietates exordiorum quibus uti possumus quando placet illis doctoribus quod eos in allegationibus precedamus.*

j. Reverendi patroni causarum, cum quibus fui ad huius cause patrocinium evocatus, candelabra sunt radiantia luce iuris et inextinguibilia luminaria equitatis. Quare deberent precedere ad loquendum, ut insufficientie mee allegandi semitas demonstrarent. Sed scio quod consuetudinem bellatorum excellentium imitantur, qui debiles aggressores premittunt, ut eorum vires magis clarescant.

ij. Viri eruditissimi quibus in huius cause patrocinio merui sociari, deberent esse preambuli ad loquendum; quia maiori sapientia et discretione prefulgent, et honor est illis per omnia conferendus. Confisus tamen de illorum patrocinio, dicam.

iiij. Domini et socii, cum quibus presenti cause patrocinium exhibeo, ratione sapientie atque discretionis in proponendo et respondendo me precedere debuissent, quia sicut maiori scientia sunt preediti, ita maiori sunt digni honore. Sed ex quo de beneplacito illorum procedit, loquar primitus et proponam.

iiij. Non propter merita vel scientiam ad loquendum premitto. Sed quia in huius cause cognitione diutius laboravi, me oportet predicere totius rei seriem, ut sapientiores melius valeant intentionem suam fundare.

v. Tamquam balista premitto ad allegandi conflictum, ut milites iuris valeant facilius triumphare.

vj. Viderer facere contra rerum naturam, si talem dominum precederem in loquendo, nisi de ipsius licentia proveniret; quia temporis antiquitate me precellit; unde qui prior est tempore potior est iure. Verumtamen ex quo sibi placet...

vij. Satis essem, indignus si non deferrem cum reverentia dignitati. Unde sine licentia domini archidiaconi precedere non audeo in loquendo; sed ex quo video quod de sua voluntate procedit...

*Aliud quando precedimus nobilem et potentem.*

Honorare debemus vultum potentis et nobilem prospiciam<sup>1</sup> revereri. Unde impetrata licentia domini B., viri nobilis et potentis, ipsum in allegatione precedo.

*Aliud quando precedimus antiquiorem, digniorem et nobiliorem.*

Etas antiquior<sup>2</sup>, dignitatis excellentia, titulus prosapie generose mihi aperte suadent quod sine licentia talem vel tantum dominum non debeam precedere in sermone. Sed ex quo placet, non audeo recusare<sup>3</sup>.

*Aliud quando precedimus nostrum specialem magistrum.*

Devotio disciplinatus requirit et ratio precipit naturalis, quod magistros nostros tanquam patres et precipuos creatores debeamus in omnibus revereri. Unde sine magistri mei licentia nolo nec debeo primitus allegare, quia videtur poni iugum in cauda et discipulus preponi magistro. Sed ex quo iubet hoc fieri, teneor obedire.

*Sex exordiorum varietates per sex causas distincte in quibus discipulus commendat magistrum et postea terret illum de causa quam fovet.*

j. Magister B., vir facundus et litterature multimode radiis illustratus, super causam quam fovere intendit, sapienter et discrete proposuit proponenda. Sed esse potuit quod illi qui sibi facti seriem revelarunt, aut noluerunt aut nesciverunt dicere veritatem, sicut ex post facto liquidius apparebit. Ego autem dictis eius iuxta possibilitatem ingenii et scientie respondebo<sup>4</sup>.

ij. Magistri B. sapientia non indiget commendatione sollemni, quia fama eius de gentibus in gentes et de regnis ad imperia convolvit. Verumtamen in huius cause initio multa proposuit que, si fuisset ei veritas patefacta, sub silentio reliquisset.

iiij. Magistro B. multam contulit Deus gratiam et honorem, quoniam illum scientie donis et discretionis virtute donavit. Sed, quantacumque polleat probitate, deceptionis interdum non potest laqueos devitare, maxime cum tam actores quam rei sepius instruant per contrarium advocatos. Quicquid tamen fuerit, advocacioni eius legitime respondere curabo.

iiij. Magistrum B. animi sapientia, litterature fulgor et virtus discretionis exornant<sup>5</sup>. Sed quia homo est, valet decipi et ad credulitatem pertrahi falsitatis; quia mendaces sunt filii hominum in stateris, unde se ad invicem decipiunt, et merita causarum occultant. Ceterum his que proposuit respondebo, et aperiam sibi clarius veritatem.

v. Magister, magister sapiens es plurimum et discretus, sed deceptus es relationibus illorum qui tibi cause merita non dixerunt. Sed quicquid dixeris, respondere tuis allegationibus non obmittam.

vj. Magistro I. silente, ipsius prudentia commendatur; quia virtus discretionis et litterature vigor in eo refulgent. Sed non dubito quod si cause merita<sup>6</sup> fuissent ei per ordinem patefacta, suum nostris adversariis patrocinium non preberet. Ego tamen questioni satisfaciam et querenti, et sibi clarius indicabo que partem suam perimunt et confundunt.

<sup>1</sup> M. potentiam. — <sup>2</sup> M. antiquorum. — <sup>3</sup> M. adeo recusata. — <sup>4</sup> Hoc

exordium deest in M. — <sup>5</sup> M. om. fulgor... exornant. — <sup>6</sup> M. om. merita.



*Sex exordia in quibus magister discipulos redarguit.*

j. Plures quandoque premittunt laudes frivolas ut deludant. Sed dum asserunt alios fuisse mendacii relationes deceptos, ipsi postremo decepti remanent et delusi.

ij. Escam ponit in amo qui premissis laudibus terrorem adversariis incutere non desistit.

iiij. Primo sum adversarii laudibus exaltatus, et postremo de iure territus ut pavescam. Sed per terrores non fugit qui de iure confidit.

iiij. Laus et terror ut opposita se habere videntur. Unde nemo laudare debet pariter et terrere.

v. Constantis animi est laudibus non extolli nec terroribus commoveri.

vj. Qui superstitiosis laudibus inclinantur et frivolis terroribus commoventur, merito valent inter pusillanimes computari. Sed si ab his qui nos laudant et terrent cause nostre patrociniū preberetur, fieret earundem laudum promulgatio et terrorum.

#### VII. De illis qui exprimunt in exordiis causas pro quibus se allegare fatentur

*Tres exordiorum varietates quibus utuntur illi qui pro divino amore se pro ecclesiis et impotentibus personis allegare fatentur.*

j. Ob reverentiam Dei qui dedit mihi scientiam, causam<sup>1</sup> talis ecclesie « vel » pauperis, que « vel » qui de propriis non valet exhibere salarium advocatis, disposui quantum de iure potero confovere. Unde securius peto audientiam et favorem.

ij. Amore patrie celestis inductus illi patrocinari disposui, qui nimia paupertate oppressus patrociniū non poterat invenire.

iiij. In ista causa erit mihi dominus retributor pro cuius amore disposui allegare; et vos, o iudices, ad supremum iudicem respectum habere debetis.

*Due varietates exordiorum quibus utuntur illi qui se amicitie intuitu allegare fatentur.*

j. Non surrexi ad apparentiam, vel inanis glorie fastum, sed disposui iuvare speciales amicos sicut expedire videbo.

ij. Amicitia que non solum domesticos, verum etiam extraneos federe illibato coniungit, mihi de iure consuetudinis et natura suadet, ut causam meorum specialium amicorum debeam pro viribus confovere.

*Exordium quo se aliquis excusat pro eo quod contra amicum antiquum allegat.*

Quantumcumque vos diligam antique amicitie ratione, ex quadam imminente necessitate partem istam fovere

<sup>1</sup> M. om. causam.

compellor. Unde rogo et supplico quod patienter ferre velitis, quoniam alio tempore vobis tamquam speciali domino et amico meum patrociniū et servitiū exhibebo.

*Exordium responsivum sub specie ironie.*

Rerum ordo alterabiliter varriatur et voluntates mortalium assidue permutantur. Unde non est mirum, si ex inevitabili accidenti vestrum propositum remutastis. Quicquid tamen sit, hoc in patientia tollerabimus, cupientes de pollicitis amicitie vestre grata vicissitudine respondere.

*Duo varietates exordiorum quibus utuntur illi qui consanguinitatis causa se allegare fatentur.*

j. Nemo unquam carnem suam odio habuit. Unde non est mirum si fratribus et consanguineis patrociniū studeo exhibere in causis, et maxime illis qui contra iustitiam pregravantur.

ij. Consanguinitatis nemo potest copulam violare. Unde quasi de necessitate nostris tenemur consanguineis tam in causis quam in variis rerum eventibus patrociniū et suffragium impertiri.

*Quatuor exordiorum varietates quibus utuntur illi qui pro suis dominis se allegare fatentur.*

j. Iubemur dominis, et maxime illis quibus pro beneficio sumus principaliter obligati, debitum conferre obsequium, et in causis que ad ipsos pertinere noscuntur dare sollicitum patrociniū et favorem. Cum igitur hoc non possim nec debeam recusare, precor....

ij. Essem de ingratitude vitio arguendus et colato beneficio merito privari deberem, si pro meo domino principali non allegarem in causis, que ad ipsum pertinere noscuntur.

iiij. Feudo copioso recepto, iuravi quod tali domino essem fidelis, et ipsum tam in causis quam extra causas contra omnem hominem adiuverem. Unde cunctis eius adversariis me opponam.

iiij. Ex officio et beneficio atque cognomine antique prosapie nominor advocatus. Quibus de causis iura domini mei tam voce quam materiali gladio teneor defensare.

*Exordium quo utitur ille qui pro patria se allegare fatetur.*

Scriptum sub preceptionis forma reperitur in auctoritate Catonis quod pro patria pugnare debemus; quoniam status patrie ad communem honorem et laudem et depressio<sup>2</sup> eiusdem ad<sup>3</sup> generale dedecus et vituperium redundare noscitur. Tendam igitur arcum eloquentie et acutis invectivarum sagittis illorum corda transfigam, qui presumunt honorem patrie denigrare.

<sup>2</sup> Codd. depressionem. — <sup>3</sup> Codd. et.



VIII. De exordiis que sumuntur ab actionibus.

*Exordium quod sumitur a contractu bone fidei.*

Incipio a contractu <sup>1</sup> bene fidei, quam studui fideliter observare. Sed quoniam adversarius fidem ipsam temere <sup>2</sup> inculpate molitur, ipsum convenio negotiorum gestorum actione, qua mihi respondere de iure tenetur.

*Exordium quod sumitur ab actione locati et conducti.*

Locum allegandi a locato assumo et principalis cause initium est a conducto, ex eo quod actione locati et conducti convenio Titium, cui meum equum locavi, de quo tres marcas restituere mihi tenetur, secundum extimationem bonorum vivorum; presertim cum actio extimatoria inter bone fidei iudicia numeretur.

*Exordium quod sumitur ab actione mandati.*

Sumo initium a mandato, quoniam Titius a domino suo mandatum recepit quod traderet mihi servum ex causa noxali, et nunc ille in tradendo fraudem commisit. Unde ipsum convenio actione mandati.

*Exordium quod sumitur ab actione depositi.*

Apud Sempronium centum deposui. Sed ipse, violata fide, se asserit depositarium non fuisse. Unde illum actione depositi convenio et paratus sum probare quod...

*Exordium quod sumitur ab actione iniuriarum.*

Iniuria que fuit parti nostri illata dat mihi principium allegandi, maxime cum disposuerim actione iniuriarum adversarios convenire.

*Exordium quod sumitur ab actione furti.*

Latronum patrocinatorem et furtorum depositarium actione furti convenio, asserens quod in domo sua mea suppellectilia sunt inventa.

*Exordium quod sumitur a stipulatu.*

Ex stipulatu convenio Titium, qui per stipulationem promisit quod mihi centum solveret pro Iohanne.

*Exordium quod sumitur ab actione quod metus causa.*

A metus causa incipio, postulans restitutionem in integrum de sublatis; quia quod vi metusve causa geritur, ratum non debet haberi.

*Exordium quod sumitur ab interdicto unde vi.*

Vibro iuris gladium et illum vulnerare intendo, quia domino abbati vim intulit, et in medio ecclesie sacrilegium committere non expavit. Ago igitur criminaliter, et allego *Si quis in tantam*.

<sup>1</sup> M. om. a contractu. — <sup>2</sup> M. om. temere. — <sup>3</sup> M. factorum.

*Exordium quod sumitur a regula iuris.*

Regula iustitie protestatur, quod melius est pignori incumbere quam in personam agere. In huismodi ergo cause initio pignora postulare debetis, ne servus qui noxam commisit fugiat, et evadat iudicium ultionis.

VIII. De exordiis que sumuntur a decretis, decretalibus, theologia, et septem liberalibus artibus.

*Exordium quod sumitur a decretis.*

Rursus et quicumque sub geminis orta fuerunt, et unico funiculo colligata nullo tempore dissolvuntur; sed iuncta uni aratro canonicos agros resulant. Ab illis ergo incipimus et ipsa pariter in huius cause initio allegamus.

*Exordium quod sumitur a decretalibus.*

In allegationis nostre principio patrocinator nobis illa famosissima pastoralis, que dum cunctos angulos causarum <sup>3</sup> perlustrat, nodosas questiones resolvit et solutionibus mirificis recalescit. Probatur enim in illa pastorali....

*Tres exordiorum varietates que sumuntur a theologia.*

j. Ecclesia que sponsa Christi appellari meretur, que in celis vivis lapidibus construitur et desponsata regi celesti angelis coronatur, pupilla est in terris. Quare ad similitudinem pupilli <sup>4</sup> valet restitutionis beneficium in integrum postulare. Cum ergo talis ecclesia sit contra iuris ordinem spoliata...

ij. Secundum utriusque testamenti paginam causam vidue fovere et tueri iubemur, quia viduata marito sub protectione sponsi celestis remansisse videtur. Quare hiuc vidue, que contra iustitiam pregravatur, disposui meum patrocinium exhibere.

ijj. Dicit dominus per prophetam: *Orphano tu eris adiutus*. Unde causam huius orphani sub vestro examine fovere disposui et tueri, presertim cum liquidius clareat quod contra iustitiam est oppressus.

*Exordium quod sumitur a scientia naturali.*

Exordium compellor sumere a scientia naturali, asserens quod causa ista chronica infirmitate laborat, quia pronostica fallitur, dies criticus non apparet, termini statuti vacillant. Perductum est enim principale ad triennium, appellationum <sup>5</sup> subterfugia causam tenuerunt per biennium in suspenso. Supplicamus igitur...

*Exordium quod sumitur a grammatica.*

Quia observare desidero constitutionem legitimam allegandi, soloecismum non faciam in libello, neque in productione testium barbarismum; sed incipiam ab ipsa iustitia quam in vero <sup>6</sup> modo significandi prosequi non desistam.

— <sup>4</sup> M. om. pupilli. — <sup>5</sup> M. appellatio non. — <sup>6</sup> M. toto.





*Exordium quod sumitur a dialectica.*

Negata concedo, per opposita syllogizo, a contrariis locum assigno, et infero ex premissis quod omnes leges quas noster adversarius introduxit partem suam perimunt et confundunt, sicut manifeste probabo,

*Exordium quod sumitur a rhetorica.*

Secundum iuris ordinem et artis rhetorice documenta quilibet actor debet reum criminaliter, et civiliter convenire. Sed adversarius noster multipliciter in suis allegationibus persuasione utitur, et persuadendo suum propositum non distinguit. Unde scire non possum qualiter sibi debeam respondere.

*Exordium quod sumitur ab arithmetica<sup>1</sup>*

Adversarius noster allegationem suam per octo membra distinxit, et rediens ad ternarium queque singula numeravit, et ita permiscet omnia in libello, quod scire non possumus quibus nos velit actionibus convenire.

*Exordium quod sumitur a geometria.*

Exordior contra mensores machinarios, quare de furto et damno dato possunt legitime conveniri; quia publicas et statutas lineas violant et falso metiri non timent.

*Exordium quod sumitur a musica.*

Tuba<sup>2</sup> iuris in conspectu vestro cecinit. Et nunc<sup>3</sup> tamquam fistula exili voce decanto, ignorans allegationum tonos et legum differentias concordare. Verumtamen tangam pro viribus chordam iustitie, illamque resonare faciam in tono iuris canonici et civilis.

*Exordium quod sumitur ab astronomia.*

Rerum varietates et ambigue positiones verborum quas adversarius noster proposuit, me compellunt in astrolabio revidere, cursus inspicere planetarum, et signa celestia contemplari, ut possim allegationi sue per vaticinium respondere.

**X. De exordiis que sumuntur a definitionibus et interpretationibus et aliis que capitula demonstrabunt.**

*Due varietates exordiorum que sumuntur a definitionibus.*

j. Quia iustitia est constans et perpetua voluntas ius suum unicuique tribuens, ideo coram vestra presentia secundum iustitiam ius meum requiro, super quo multipliciter sum gravatus: In primis dico...

ij. Esse non ambigo definitum quod potentia est excellentia virium, qua minus potens a potentioribus opprimitur, et hec est causa que dominum episcopum contra me induxit. Supplico igitur...

<sup>1</sup> V. arismetica. — <sup>2</sup> M. verba. — <sup>3</sup> M. tunc. — <sup>4</sup> M. reduxit. — <sup>5</sup> M. deri-

*Sex exordiorum varietates que sumuntur ab interpretationibus nominum.*

j. Ostiensis episcopus mihi ostium iustitie primitus reseravit, sed postea sine iure ipsum recludit:<sup>4</sup> immo tamquam hostis ius meum insequitur et confundit.

ij. Portuensis episcopus realiter derivatur a portu, quia causam nostram que sub examine plurimorum diutius fluctuavit, ad portum salutis cum tranquillitate perduxit.

iiij. Portuensis falso nominatur a portu, quia causam nostram inter procellosos undarum terminos periclitari dimittit.

iiij. Albet interdum episcopus albanensis, sed in conservatione iustitie super carbonibus denigratur.<sup>5</sup>

v. Dominus Petrus iuxta sui nominis interpretationem a petra nominatur, quoniam super ipsam petram solidum constituit iustitia fundamentum. Unde sub vestro examine confidentius militamus, sperantes quod in iure nostro nullum patiemur defectum.

vj. Interpretari valemus absque dubio ab effectu, quod Petrus a petra scandali nominatur, quia in examinatione cause nostre in offensionis lapidem est conversus.

*Exordium quo advocatus magnum prelatum commendat.*

Gaudenter dico et sinceram proferre veritatem assero, dicens quod<sup>6</sup> dominus archiepiscopus pro quo allegaturus surrexi, est nomine celebris, natura nobilis, conversatione laudabilis, fortuna prosper, studio sollers<sup>7</sup>, in consilio providus, habitu honestus, affectione beatus, in facto prudens, in casu astutus, et oratione facundus.

*Exordium quo adversarius eundem prelatum dehonestat.*

De archipresule quem famoso preconio commendasti, omnimodam pretulisti sine dubio falsitatem, quia notorium est, et in ore omnium iam plebescit, quod est nomine detestabilis, natura ignobilis, conversatione infamis, fortuna miser, studio hebes, in consiliis nullus, habitu horridus, affectione avarus, in facto negligens, in casu pusillanimis, et oratione ineptus.

*Exordium contra illum qui prolixum fecit exordium.*

Allegator famosus magister I., qui facundus est plurimum et fecundus, exordii sui fimbrias taliter dilatavit, quod sibi et mihi sufficit. Unde postposito exordio respondebo.

*Quomodo adverbia loco exordii ponantur.*

Nunquam fuit vulpes adeo ingeniosa, que quandoque non caderet in laqueum venatoris. Ecce videtis qualiter dolosus adversarius cecidit in retaculum deceptivum, quoniam sponte confessus est, et confessus in iure pro iudicato habetur.

vatur. — <sup>6</sup> Assero dicens. *Haec lectio coniectura nititur.* — <sup>7</sup> V. sollenis.



### XI. De exordiis que sumuntur a carminibus et fabulis.

*Tres varietates exordiorum que sumuntur a carminibus.*

j. Bella mihi video, bella parantur, ait. Peccastis nempe quando adversarium instruxistis, execrabilem vestrorum testium nequitiam mihi ad memoriam reducentes. Ecce probare sum paratus, quod falsarios, latrones, apostatas pretio et precibus induxistis ad perhibendum testimonium falsitatis.

ij. Et cuculus cuculat, et rauca<sup>1</sup> cicada fringit. Orator facundus qui nuper surrexit, pre nimia utriusque iuris copia, obliviscitur omnium que allegare intendit. Unde profunditati sue nequeo respondere.

ijj. Quisquis vincatur aut vincat, fine probatur. Ut scriptura sonat, finis non pugna coronat. Non debetis igitur ante prolationem sententie gloriari, quia spe cassari potestis et confidentia vestra privari.

*Due varietates exordiorum que sumuntur a fabulis.*

j. Lupus est in fabula, et ego exordium sumo a lupo qui<sup>2</sup> federa pacis cum vulpe iniit, rogans eam ut haberet custodiam gallinarum. Abbatem siquidem in lupum, et fratrem Grisolutum<sup>3</sup> in vulpem non sine moralitate transumo, quoniam abbas ei bona monasterii custodienda commisit, et sic ex tunc abbas hinc rapuit et alter sicut vulpes inde subtraxit, et ita universos redditus monasterii consumpserunt.

ij. Dum aquila per aera<sup>4</sup> volitaret, generale promulgavit edictum ut aves quelibet ad concilium properarent et suis iussionibus obedirent, nec aliqua dicere presumeret *cur ita facis?* Nemo igitur debet inspicere vel referre quid excellentior persona faciat, sed quid iubere dignatur, quia durum est contra stimulum calcitrare.

### XII. De exordiis que sumuntur a facto.

j. Ecce iuxta diei primordium dominus B. cepit super huius cause articulis allegare, et allegationem suam continuavit usque ad horam tertiam. Cuius allegationi, dum vellem secundum iuris ordinem continuo respondere, vos utrique parti recedendi licentiam prebuisistis; quare hodie me oportet hesternum<sup>5</sup> supplere defectum.

ij. In alio termino super illa lege *Sancimus* fuit ab utraque parte subtiliter disputatum; inducte fuerunt opiniones, glose atque concordantie utriusque iuris. Quare de consensu partium requisistis consilium sapientum et<sup>6</sup> interlocutoriam postea sententiam protulistis. Nunc autem ad principale redeo et dico quod...

ijj. Si bene memini, magister I. in alio termino inducere argumenta frivola nitebatur, asserens quod

Titius non debet dare cautionem iudicio sisti, ex eo quod erat pupillus. Et nos ex contrario dicebamus et adhuc dicimus quod dandus est ei tutor, qui pro ipso legitimam exhibere debeat cautionem.

*Narratio doctrinalis.*

Sagaces oratores de omnibus principalibus et accessoriis que fiunt in causis exordia sumere possunt.

### XIII. De narrationibus que loco exordiorum ponuntur.

*Tres narrationes loco exordii posite quibus rei utuntur pro terminis postulandis.*

j. Summus pontifex, qui habet plenitudinem potestatis, vos in partem sollicitudinis evocavit, et vobis causam istam audiendam commisit. Unde nos, qui tamquam rei citamur, plurimum congaudemus, credentes firmiter et sperantes quod sub vestro examine nostra iustitia non peribit. Verum, quia propter evidentia impedimenta in termino isto non possumus esse ad respondendum parati, vobis humiliter supplicamus ut nobis congruum terminum statuatis, scientes quod tunc recipiemus libellum et respondebimus actoribus prout iuris ordo requirit.

ij. Si dominus papa de sapientia vestra et virtutibus puram conscientiam non haberet, causam istam non commisisset vestro examini audiendam. Unde possumus de sapientia benignitatis vestre sperare. Verum quia propter urgentem necessitatem actoribus respondere nequimus, ideo terminum a vobis congruum postulamus.

ijj. Licet adversarii nostri vos in iudices postulaverint, et causam que inter nos vertitur fecerint vobis committi, nihilominus tamen de sapientia et benignitate vestra speramus; credentes firmiter quod utrique parti curabitis plenitudinem iustitie conservare. Verum quia imminet negotia nos opprimunt et tempus appropinquat feriarum, ideo petimus congruum nobis terminum exhiberi.

*Tres narrationes loco exordiorum posite quibus actores in contrarium suadere valent ne terminus conferatur.*

j. Ecce videtis, patres et domini, qualiter adversarii nostri per frustratorias dilationes et indutias cavillosas iudicium subterfugere machinantur et partem nostram confundere gravaminibus et expensis laborant. Precamur vos itaque per Deum ut pro illorum persuasionibus nullum eis terminum conferatis, sed ad executionem cause procedere non tardetis.

ij. In propatulo est fuga reorum, et postulatio termini cavillosa vobis aperte demonstrat quod eorum sunt precamina respuenda.

<sup>1</sup> M. om. rauca - <sup>2</sup> M. quia. - <sup>3</sup> M. Glisolitum V. Grisolidum - <sup>4</sup> M. aream

<sup>5</sup> M. externum - <sup>6</sup> M. hodie me oportet requirere consilium sapientum.



ijj. Postulatio termini cavillosa vobis aperte demonstrat, quod adversarii nostri prius volunt fugere quam venire. Nam qui petit fugam et iudicio sisti recusat aut de iure diffidit aut frivola nititur machinari. Supplicamus igitur ut non prosit eis dolositas ad veniam, sed pertrahat illos rigor iuris ad penam.

*Narratio loco exordii posita qua suadetur ne ad sententiam sit processus.*

Cum celi enarrent vestre sapientie gloriam, et opera sanctitatis vestre annuntient firmamenta, non est mirum si de vobis absque dubitatione speramus. Credimus etiam quod famosus nobilitatis vestre titulus et parentele prosapia generosa, non permetterent vos annuere precibus inhonestis, aut procedere ad sententiam repentinam.

*Narratio loco exordii posita qua suadetur quod ad sententiam festinetur.*

Non dicimus quod adversarii nostri artificiose nesciant vestrarum laudum preconia enarrare, et ad postulandum terminum blanditias inducere venativas. Sed videte, o iudices, videte diligentius et considerate quod, postquam receperunt libellum et dederunt cautionem iudicio sisti, postquam fuit super principalibus et accessoriis sufficientissime disputatum, sex terminos et unum peremptorium contempserunt. Ideo post publicationem testium, post examinationem, reprobationem et reversionem eorumdem, ad quatuor sibi prefixos terminos et duo sibi<sup>1</sup> iniuncta peremptoria non venerunt, nec miserunt aliquem responsalem. Unde precepta vestra, immo summi pontificis, contra omnem iuris ordinem sunt delusa. Ob hanc nempe delusionem iura ecclesie consumuntur et rediguntur in nihilum, quia iam sunt omnes possessiones creditoribus obligate propter voraginem usurarum. Nolite itaque<sup>2</sup> trepidare ubi non est timor, sed de consilio sapientum evaginate iustitie gladium: quo causam, que consumitur vetustate, decidere studeatis. Alioquin ad summum pontificem recurremus, qui merito vos redarguet de negligentia et torpore.

*Narratio loco exordii posita qua in contrarium suadetur.*

Actores improbi et frontoli valde festinant et vobis non desinunt supplicare, ut spreto iuris ordine finitivam sententiam proferatis. Sed preceandum est vobis in prolatione sententie diligentius, quia quod repente agitur facile retractatur, et quod retractatur<sup>3</sup> a superioribus, inferioribus est nota pudoris.

*Narratio loco exordii posita qua contradicium.*

Adversarii nostri, qui merito rei vocantur, malitiose respondent, et sub imagine veritatis roborare satagunt

falsitatem. Pro certo nullum ius est adeo stabilitum, vel prescriptionibus aut privilegiis roboratum, quod viri subdoli et sagaces in questionum scopulos non deducant, et more non faciant sophistico vacillare.

#### INCIPIT LIBER SEXTUS

##### I. De principiis conventatorum.

*Exordium generale pro magistris qui suos discipulos sibi successores instituunt in docendo.*

Salomon, sapientum omnium sapientissimus, inter cetera sic locutus est: *Omnia renovantur et deiciuntur; sic generatio carnis et sanguinis nascitur et finitur.* Cum igitur queque singula tendant ad finem et generatio transeat deficiente ordine primitivo, necesse est ut per successivam propagationem in diversis naturis et officiis generatio subsequatur: alioquin humana condicio et universa scientiarum genera deperirent. Ergo patres vi nature atque consuetudinis approbate sibi legitimos filios vel alios heredes instituunt principales. Unde per locum a simili, magistri scholares quos per doctrinam et scientiam genuerunt sibi debent heredes instituere, ut patres et magistri efficiantur ordine successivo. Ego vero, sicut bos qui flexis poplitibus requiescere concupiscit, nolo intendere de cetero magisterio vel doctrine; unde magistrum B. fratrem et socium nostrum et in hac facultate satis instructum mihi heredem instituo et principalissimum successorem, deprecans ut sub eius debeatis ferula militare.

*Notula doctrinalis.*

Possunt magistri, si volunt, suos discipulos amplius commendare, et proponere auditoribus alias causas pro quibus regere non velint vel non possint. Amplius, tam magistri quam cathedram ascensuri, debent in ordine sermocinandi uti verbis ipsius facultatis in qua student. Si iuris peritus erit, dicere potest « Iure cavetur quod ille qui assumitur ad docendum debet esse peritia iuris instructus ». Si physicus est, dici debet « Qui rerum naturas et mortalium complexiones ignorant, non sunt ad physicale magisterium admittendi; quoniam qui causas ignorant magistrari non debent, quia curare non possunt, licet fortuna illos quandoque respiciat per directum. Sed carissimus filius meus et dilectissimus socius vester magister B., qui hodie mihi debet succedere in ordine magistrali, doctus est in theorica et in practica eruditus: unde precor ut ipsum debeatis audire, et propensius honorare ». Item quilibet magister artem in qua studuit debet sollemnioribus laudum preconis in suis exordiis commendare.

<sup>1</sup> M. om. sibi. — <sup>2</sup> M. igitur. — <sup>3</sup> M. om. et quod retractatur.

INCIPIT LIBER SEPTIMUS

I. De rhetoricis argumentis.

*Quid sit argumentum.*

Argumentum et intentio probandi aliquid vel aliqua patrocinio veritatis vel falsitatis, aut simulationis vel mendacii palliati aut aliquando manifesti.

*Quid sit dubium argumentum.*

Dubium argumentum est quod a coniectura vel aliquo genere coniecture formatur.

*Quid sit locus.*

Locus est vera seu verisimilis habitudo, que in rerum naturis, moribus et consuetudinibus approbata consistit.

*Quid sit positio.*

Positio est actoris vel rei questio, per quam probare vel confutare intendit quod optat.

*De probationibus argumentorum.*

Probationes argumentorum sunt leges, decreta, decretales, constitutiones, statuta, plebiscita, vitia, proprietates et accidentia singulorum. Sunt etiam probationes contraria et similia, ex eo quod mortalium condicio semper contrariis agitatur, et magis per similitudinem quam per ius et rationem vivere concupiscit.

*Quomodo ex uno et eodem loco pro et contra sumitur argumentum.*

Gaudium est viro uxorem habere formosam — Non vivit sine tormento zelotypie qui habet uxorem formosam.

Uxor deformis continua tristitia est viro suo, quia in aspectu condolet et thori gaudio non potitur<sup>1</sup>.

Senectus honestatis opera imitatur — Per senectutem non removentur vitia, sed tepescunt.

Nobilitas est curialitatis radius et titulus bonitatis — Nobilitas est fastus imminens et depressio impotentium.

Potentia iura illibata conservat — Potentia iustitiam deprimit et confundit.

Scientia pollet nutritque virtutes — Scientia intumescit, deridet atque contempnit.

II. De coniecturalibus argumentis.

*Quid sit coniectura.*

Coniectura est imaginaria probabilitas, per quam de rebus dubiis vir sagax et providus elicere verum laborat.

*Quot sint genera coniecture.*

Genera coniecture sunt quatuor, videlicet presumptio, indicium, signum et opinio.

*Quid sit presumptio.*

Presumptio est quedam veritatis vel falsitatis imago.

*Quid indicium.*

Indicium est verosimilis ostensio perpetrata vel perpetranda rei.

*Quid signum.*

Signum est per quod actu et non voce ostenditur quod de aliqua re fit vel fieri debet.

*Quid sit opinio.*

Opinio est conscientie sententia, quam aliquis de ambigua re profert.

*De diversitatibus presumptionum<sup>2</sup>.*

Omnis presumptio dubitationem in se noscitur continere. Verumtamen tunc videtur magis esse proxima veritati, cum de re apparet aliqua certitudo. Puta invenitur homo, de adulterii vel fornicationis crimine infamatus, in domo singulariter cum muliere formosa. Hic enim presumptio est proxima veritati; sed magis ad veritatem accederet, si discooperto capite capillos haberet mulier dissolutos et vir facie altera sudaret. Item amplius et perfectius esset proxima veritati, si nudus iuveniretur cum nuda. Dubitabilis erit presumptio cum de re non apparet aliqua certitudo. Puta, invenitur aliquis in ecclesia tempore nocturno absconsus, de cuius vita et actibus ignoratur. Quomodo poterit iudex presumere contra illum, presertim cum sciri non possit utrum se absconderit causa fatuitatis aut orationis vel furti?

*De evidentibus ostensionibus indicii.*

Evidentes ostensiones indicii sunt frequentissima loci visitatio, politio, cantus, confabulatio, illatio minarum, preparatio armorum, sanguinolentus ensis, absentatio, fuga, vestigia pedum, rerum ablatarum inventio, largitio expensarum preter solitum et excusatio timorosa.

*De diversitatibus signi.*

Signi diversitates sunt splendor ignis, nudi gladii ostensio, vexilli erectio vel depressio, strepitus, elevatio brachii, motio capitis,<sup>3</sup> clamor, manus agitatio, digiti extensio, pulsatio campanarum, cornuum et tubarum clangor, tinnitus cymbalorum, sonus tympani, et modulatio fistularum. Muti vero propter loquere defectum<sup>4</sup> et monachi pro silentio conservando innumerabilia signa faciunt et ostendunt. Omnes autem probationes argumentorum que de presumptione, iudicio atque signo proveniunt sub opinionis iudicio remanebunt.

*De opinionis effectu.*

Opinio quandoque respondet ad votum; sed frequentius inducit errorem, et decipit animum opinantis. Omnis tamen opinio alicuius rationis clipeo se defendit.

<sup>1</sup> Hic deest propositio. — <sup>2</sup> V. presumptionis. — <sup>3</sup> M. brachii.

— <sup>4</sup> M. defectionem.



*De diversitatibus coniecturalium argumentorum.*

Licet argumenta coniecturalia provenire noscantur ex quadam industria naturali, eorum tamen interpretatio est velut aqua tenebrosa in nubibus aeris, pro eo quod de omni re de qua non potest haberi evidens habitudo est difficile iudicare. Nam si fur aliquis vel raptor se religionis habitu indueret et latenter aliqua facinora perpetraret, vix posset contra eum aliquis coniecturale proponere argumentum. Sub religionis quidem umbraculo scelera plurima committuntur, quia religio simulata est fomes peccati et totius iniquitatis velamen. Ergo de habitu vel colore vix coniecturale <sup>1</sup> sumitur argumentum. Item plurimi deceptores corpora sua multimode alterant et permutant, sicut faciunt hypocrite, falsi romite, fictitii peregrini, mendici, et innumerabiles deceptores qui per fumigia <sup>2</sup> vulnera simulata, inflationes, <sup>3</sup> contusiones <sup>4</sup> et ulcera superducta, quoscumque possunt decipere moliuntur; aut quod temporalia possunt luera captare vel aliqua crimina <sup>5</sup> secundum voluptatis propositum exercere. Huiusmodi autem simulationes et deceptiones coniecturalia generant argumenta. Omne siquidem probabile verisimile fore videtur, quia probabilitas originem habet a similitudine veritatis. Unde securius agit sub veri similitudine ratio, quam sub ratione fictio, vel deceptionis imago. Item omnis falsitas dum litigat sub imagine <sup>6</sup> rationis ostendere nititur faciem veritatis.

III. De amphibologia.

*Qualiter papa Innocentius amphibologiam produxit ex mutatione punctorum.*

Impetebatur coram papa Innocentio Strygoniensis archiepiscopus de morte regine per litteras quas interfecto-ribus destinavit, quarum tenor talis erat: *Reginam occidere bonum est timere nolite et si omnes consenserint ego non contradico*. Plana erat expositio litterarum, et argumentum necessarium videbatur. Sed papa qui partem archiepiscopi confovebat puncta cepit taliter variare: *Reginam occidere bonum est timere*. Et post *timere* faciebat punctum, et de hoc verbo *nolite* faciebat unam distinctionem cum puncto. *Et si omnes consenserint*. Hic faciebat punctum suspensivum, post dicebat: *Ego non*; et punctabat plane. Demum de hoc verbo *contradico* faciebat distinctionem finalem cum puncto plano. Et ita non sicut iudex, sed velut amicus dictum archiepiscopum ab impetitione regis Hungarie liberavit.

*Alia narratio de consimili materia.*

« Paulus tenetur solvere decem et Gaius numquam promisit Alphanus pro eo solvere non tenetur ex tali

pacto ». In hac siquidem oratione per diversitatem et mutationem punctorum oriri valet quadruplex intellectus.

*Tertia de consimili materia.*

Quidam superstitiosi expositores, excusare Iacob a crimine mendacii molientes, dicunt quod Iacob fecit punctum planum quando, persuadente Rebecca, respondit patri suo et dixit: *Ego sum. Esau primogenitus tuus*. Et subintelligitur *est*.

*Narratio doctrinalis.*

Huiusmodi autem amphibologie aut equivocationes vel problemata parum aut nihil valere possunt in iure, dummodo iustitia observetur <sup>7</sup>.

INCIPIT LIBER OCTAVUS

I. De memoria.

*Quid sit memoria.*

Memoria est gloriosum et admirabile nature donum, qua preterita recolimus, presentia complectimur, et futura per preterita similitudinarie contemplamur.

*Quid sit memoria naturalis.*

Memoria naturalis est que a solo beneficio nature procedit, nullo artificio preeunte.

*Quid sit memoria artificialis.*

Artificialis memoria est suffragatrix et coadiutrix memorie naturalis, quia sibi tamquam domine famulatur; et dicitur artificialis ab arte, quia per subtilitatem ingenii artificialiter est inventa.

*De bono memorie.*

Memoria bonum est ineffabile; unde ad commendationem illius non posset humanum ingenium debite laudis preconium invenire; quoniam ille qui per naturam vel artificium excellentius memoratur, fulget sicut sol, et sicut lux in tenebris dat splendorem.

*De unione angelice ac humane nature et quomodo et ubi pati cepit defectum memoria naturalis.*

Ante principium angelicam summus opifex creavit naturam et choros angelorum distinxit, de quibus cum Lucifero agmina plurima ceciderunt; sed postmodum ipse Deus, volens creature angelice reformare defectum, hominem de humi limo creavit, et misit in eum spiraculum vite, idest animam seu spiritum. Unde natura humana cum angelica videbatur esse unita, nec in alio differabat, nisi quia ipsum corpus erat materia, spiritus vero natura. Sed protoplaustus postea per inobedientiam cecidit, unde factus est corruptibilis et transmisit ad posteros ipsius corruptionis fermentum, quo corrumpitur

<sup>1</sup>M. coniectura. — <sup>2</sup>M. fugumigia. — <sup>3</sup>M. infractiones. — <sup>4</sup>M. om.

contusiones. — <sup>5</sup>V. aliquo crimine. — <sup>6</sup>M. examine. — <sup>7</sup>M. conservetur.

massa condicionis humane; quare omnes amissimus incorruptibilitatis privilegium et gratiam memorandi; anime quippe, secundum philosophicam disciplinam, ante quam corporibus infundantur, omnia sciunt et rerum omnium memorantur. Sed post infusionem mole corpora adeo<sup>1</sup> sunt gravata, quod scientiam et memoriam repetere miserabiliter<sup>2</sup> compelluntur. Sed opinio illa est penitus respuenda, quoniam est contra theologicam disciplinam.

*De dispositione cerebri humani.*

Homo dicitur microcosmus, idest minor mundus, et dicitur arbor inversa, quoniam a philosophis asseritur habere in superiori parte radices. Ipsas autem radices<sup>3</sup> tres cellulas capitis, vel ipsum cerebrum cum suis miringis esse affirmant. Item dicunt quod in cerebro principaliter anime sedes consistat, licet assertioni Dei contraire cernantur, qui dixit quod de corde bone ac male cogitationes procedunt. Sed quamquam fuerit diversa prolatio, non tamen est adversa; quia in cerebro potest esse principaliter anime sedes, et in corde operatio naturalis. Demum ad vitandam prolixitatem, omitto de cellulis capitis more physico pertractare, quia firmiter creditur quod in posteriori cellula sit anime sedes et virtus in ea memorialis consistat.

*De humore predominanti a quo aliquando iuvatur, aliquando impeditur memoria naturalis.*

De quatuor humoribus semper unus in humano corpore dominatur, unde aliquis esse dicitur sanguinee, aliquis phlegmatice, aliquis cholericæ, et aliquis melancholicæ complexionis.<sup>4</sup> Sanguinei vero bene memorari dicuntur propter habilitatem et temperantiam ipsius humoris, qui est nature amicabile et affinis: quare dicitur quod solus sanguis<sup>5</sup> exhibet humanis corporibus nutrimentum. Phlegmatici autem non ita memorantur, quia phlegma humor est compactus plurimum et viscosus. Verumtamen phlegma secundo calore decoctum in sanguinem permutatur. Cholericæ quidem propter furiositatem et levitatem humoris facile addiscunt et memorie cito commendant, sed retinere non possunt; quia quod repente venit repente recedit, et quod semper movetur adherere loco non potest. Melancholici nempe cum summa difficultate addiscunt, quia terrestris est humor durus, sed post diurnos labores audita<sup>6</sup> conservant; quia quod solidum ac dure substantie infigitur, de facili non movetur. Sed est notandum quod melancholia est nomen humoris et nomen passionis. Unde illi qui ex humore naturaliter sunt melancholici habent predictam addiscendi et conservandi naturam; illi vero qui melancholico morbo ad tempus laborant, exceptis naturaliter melancholicis, facile addiscunt et mirabiliter memorantur ex eo, quod fumositates

melancholicæ<sup>7</sup> passionis nocivas aliorum humorum fumositates consumunt, nisi forte melancholicus humor intra vasa putrescat. Ceterum si naturaliter melancholici passione illa interdum laborent, nihil possunt addiscere nec aliquid memorie commendare; quia simile simili additum ipsum non alterat, sed augmentat. Preterea cum dormiunt, per ipsarum melancholicarum fumositatum ascensum, eis nigre imagines defunctorum, sepulcra et monstra infernaliter presentantur, unde plerumque stultizant.

*De obliviosis.*

Vidi hominem in labyrinthum oblivionis ita demissum, quod interdum proprii non poterat nominis recordari. Alium memini me vidisse, qui vicinos interrogabat de nominibus filiorum, et iumentum super quo erat sepe quesivit. Quidam induerat se nova gunnella<sup>8</sup>, et quia deposuerat veterem nove taliter fuit oblitus, quod de sutoribus proposuit coram potestate querelam. Quidam presbyter semper nomen servitoris scriptum in bursa portabat, et quando ludebat ad aleas adversarium interrogabat de punctis. Quid plura? Multos quandoque vidi, qui res quas habebant in manibus ab aliis requirebant. Huiusmodi autem oblivionis non prosunt artificia, quia semper sunt extraordinariis cogitationibus occupati.

*Quod signa celestia cooperentur ad memorie conservationem et deperditionem.*

Quidam opinantur quod signa celestia in ipsa creatione ac origine ad memorie conservationem vel deperditionem predicta et consimilia operentur, quod firmiter credo; quoniam inferiora corpora secundum superiora sine dubio disponuntur, sicut videre possumus in cerebris et cancris, quorum medulle secundum augmentum et defectum lune se habent. Nos autem operationem superiorum corporum plenarie scire non possumus, nec aliquo valemus artificio permutare, quia solus Deus habet sub imperio suo natuam.

*De principalibus impedimentis memorandi.*

Principalia impedimenta memorandi sunt inutiles cure, ambitiones acquirendi, sollicitudines carorum, ligamina mulierum, potus absque moderamine et superfluitas comedendi. Nam cum cibus et potus assumuntur preter naturam, ex defectu caloris digeri non valent assumpta. Quare nociva fumositas velut turbo consurgit, et petens cerebrum replet miringas eius; unde sensualitas impeditur et memorialis cellula obumbratur. Obsunt etiam ista, videlicet ira, superbia, furor, tristitia, timor, ludus noxius, strepitus, rumor, avaritia, miseria, cura familiaris, labor superfluus, coitus immoderatus, cibaria

<sup>1</sup> M. taliter. — <sup>2</sup> M. om. miserabiliter. — <sup>3</sup> M. om. radices. — <sup>4</sup> M. unde aliquis flematice esse dicitur, aliquis sanguinee, aliquis

colericæ complexionis, aliquis melanconice. — <sup>5</sup> M. sanguineus. — <sup>6</sup> M. om. audita. — <sup>7</sup> M. om. melancholicæ. — <sup>8</sup> V. novam gunnellam.



generantia crossos et viscosos humores, vina mucida, corruptus aer, fetor, vigilare vel dormire nimium, aut ultra debitum ieiunare. Item egritudo chronica, obligatio proprie voluntatis, et senium, in quo virtutes animales et naturales incipiunt pati defectum, plurimum impedire noscuntur memoriam naturalem. Preterea quidam opinantur quod ceci et surdi bene memorentur ex eo, quod cum unus sensus remittitur, alius magis intenditur. Sed in opinione sua errare videntur, quia memoria non est sensus, immo virtus anime principalis. Ceci autem in eo quod audiunt et surdi in eo quod vident non bene sed competenter memorantur, quia numquam vidimus cecos vel surdos pervenire ad philosophie tribunal. Verumtamen ceci multo melius memorantur quam surdi, quoniam auditus in hac parte visum, et cecitas surditatem noscitur superare.

*De principalibus suffragiis quibus memoria roboratur.*

Impedimenta que in superiori capitulo continentur studeas accuratius evitare, quia per contrariorum notitiam evidentissima doctrina confertur. Nunc igitur artificialia suffragia publicemus, que memoriam coadiuvant naturalem. In primis quidem gaudeat animus memorari volentis, quoniam gaudium memorialem virtutem confortat. Memoraturus desiderata libertate fruatur; quia, sicut dictum est superius, multum obest obligatio proprie voluntatis. Utatur puro et libero aere, quia continens mutat contentum ad complexionem suam; dieta sit temperata secundum habitudinem complexionati et temperate sumatur, quia natura neque plus neque minus appetit, sed semper moderamine gaudet. Purgetur cerebrum ab humoribus pnegmaticis et viscosis. Utatur interdum diamargariton et plynis, que principaliter dicuntur memorialem cellulam confortare. Aspergat aliquando faciem cum naphio vel aqua rosea, quoniam ex odoribus illis spiritus confortantur. Specierum autem et herbarum odoribus cum intermissione fruatur, ut natura suavius delectetur; quoniam si frequentissime odoraret, ex nimia repletionem remitteretur sensualitas odorandi, sicque de suavitatis odore nullum reciperet adiuventum. Indumenta nempe non sint nimium delicata nec aspera seu vetustate consumpta, quia delicata lascivire suadent, et aspera sen vetusta depressionem et pudorem inducunt. Permaneat aliquando in locis delectabilibus et amenis, in quibus audiat philomenas et suaves rivulorum decursus. Conversetur cum illis amicis quos videre ipsum delectat, quoniam familiarites illorum qui placere non possunt maximum<sup>1</sup> prestat memorie nocumentum. Sit ei rarissima confabulatio mulierum, et magis placeant per sapientiam quam per formam; quoniam earum pulcritudo reticulum<sup>2</sup> in se continet deceptivum.

<sup>1</sup> M. maxime. — <sup>2</sup> V. retiaculum. — <sup>3</sup> M. imperii. — <sup>4</sup> M. om.

*De duodecim principalibus notis quibus memoria roboratur.*

Meditatio, studium, disputatio, collatio, fabulatio, novitas, mutatio, consuetudo, emulatio, timor improperii,<sup>3</sup> appetitus laudis et ambitio excellentie sunt duodecim principales note quibus consuevit memoria roborari.

*De argumentis que inducuntur contra illos qui dicunt memoriam naturalem non posse artificialibus subsidiis adiuvari.*

Apprehendam arcum et pharetram scripturarum et infigam illis reprehensionis dire sagittam, qui vanam et stultam opinionem sectantur. Sed ecce in tribus superioribus capitulis impedimenta memorandi et naturalia remedia prenotavi, quibus nemo valet rationabiliter contraire. Verum quia stultis et tardis corde ad credendum non sufficiunt exempla nature, ad ipsorum incredulitatem penitus abolendam, divine pagine argumenta et exempla visibilia et manu facta inducam, incipiens ab ipso Deo qui dixit Petro: *Antequam gallus cantet ter me negabis.* Unde tertius galli cantus fuit memoriale signum, quo recordatus est Petrus verbi Jhesus. Item dixit discipulis suis: *Occurret vobis homo amphoram aque portans;* et tunc<sup>4</sup> amphoram posuit pro memoriali signo. Et de muliere que obtulit alabastrum unguenti dixit quod in toto mundo dicetur, *quod hoc fecit in memoriam meam.* Et in cena discipulis suis precepit dicens: *Hoc facite in meam commemorationem.* Triginta namque argentei quos Iudas reiecit dati fuerunt in agro figuli qui fuit appellatus *Achaldemech* idest *ager sanguinis*, usque in hodiernum diem. In veteri namque testamento frequenter posuit Deus memoralia signa, quando federa cum populo Israelitico iniebat. Abraham enim loco in quo disposuerat filium immolare nomen imposuit *Dominus videbit* in memoriam. Et Iacob in loco in quo vidit scalam erectam, lapidem quem supposuerat capiti suo erexit in titulum, fundit oleum desuper eo et in signum memorie vocavit locum illum *Bethel*. Et alibi cum Laban socero suo fecit tumulum testimonii memorialis. Profecto quancumque Israelitici viri ad invicem federa<sup>5</sup> iniebant, vel si aliquando apparebant aliqua signa vel prodigia, in signum memorie locis et rebus nova nomina imponebant. David de Christo loquens ait: *Et memoriale tuum in generationem et generationem.* Et alibi dicit: *In memoria eterna erit iustus.* Et ut breviter specialia sub generibus comprehendam, assero pro constanti, quod omnes libri qui facti sunt vel fuerunt in toto orbe terrarum; omnia instrumenta, subscriptiones; epicereumata, epitaphia, omnes picture, imagines et sculpture, cruces lapidee, ferree, seu lignee in biviis, triviis et quadriviis et prediis religiosorum fixe,

homo amphoram aque portans et tunc. — <sup>5</sup> M. om. federa.

et ille que ponuntur super ecclesias, domos hospitales; et campanilia, berline, furce, patibula, catene ferree et gladii iustitie qui portantur ante principes ad terrorem; exoculationes, mutilationes, et diverse pene latronum, falsariorum; omnes termini qui fixi sunt causa divisionum; omnia tintinnabula, pulsationes tabularum apud Grecos, exclamations apud Saracenorum meschitas; clangores cornuum et tubarum; cuncta sigilla; varia indumenta et signa religiosorum; depositorum alphabeta; portuum, navium, domorum in quibus hospitantur viatores, tabernarum, piscationum<sup>1</sup>, retium, nuntiorum et quorundam ludentium signacula; vexilla militum, armorum et armatorum insignia; algorismi, astrolobia, orologia, et papalis bulle impressio; signa et puncta taxillorum, colorum varietates, nodi memoriales, pedum suppositiones, strictiones digitorum, bulle que sunt in baculis penitentialium; minute baculorum incisiones quas faciunt senescalchi, ministrales, et castaldiones cum dant vel recipiunt familiares expensas; alape quas pontifices dant in chrismatis unctione adultis; verbéra que pro rerum gestarum memoria conservanda pueris inferuntur; amantium nutus et indicia; latronum sibilations; curialia dona et munuscula inventa fuerunt ad substendandum imbecillitatem memorie naturalis. Item illi qui thesauros abscondunt signa memorialia faciunt in circumstantiis, ut ipsa postea valeant invenire. Preterea in mari sunt vie Domini et semite ipsius in aquis multis. Verumtamen in eis naute operosius requirunt suffragium calamite.

*De memoria paradisi.*

Viri sancti per itinera fidei gradientes firmiter asseverant, quod divina maiestas residet in excelso throno, cui assistunt Cherubini et Seraphini omnesque ordines angelorum. Legitur etiam, quod ibi sit ineffabilis gloria et vita perpetuo duratura. Ineffabilis est quia non patet sensui hominis nisi per credulitatem; immo plus est, quia dicitur quod in cor hominis non ascendit. Non est hominis rerum ineffabilium subsidio alicuius artificii memorari, sed credere firmiter de gloria Dei et de resurrectione corporum secundum fidei catholice<sup>2</sup> doctrinam, ne forte plura quam expediat sapere videatur; sicut faciunt astronomici, qui cum sint mortales et in terris consistent, naturam et dispositionem superiorum corporum se scire fatentur. Scriptum est quidem: *Noli altum sapere, sed time.* Unde Apocalypsi et sanctorum patrum testimoniis hanc memorandi materiam derelinquo.

*De memoria inferni.*

Memini me vidisse montem qui litteraliter Ethna et vulgo Vulcanum vocatur, de quo cum iuxta ipsum navigarem vidi proci sulphureos globos ignitos plurimum et candentes; et ita omni tempore, sicut dicitur, fieri con-

suevit. Unde multi putant quod ibi sit os inferni. Verumtamen ubicumque sit infernus, firmissime credo quod Sathan demoniorum princeps cum suis agminibus in ipsius voragine crucietur.

*De quibusdam hereticis qui paradisum et infernum asserunt esse quedam opinabilia.*

Athenis olim quidam studebant in philosophicis disciplinis, qui pre subtilitate nimia oberrantes, resurrectionem corporum non credebant; unde cumulaverunt corpora defunctorum et ea tam diu putrefieri dimiserunt quousque in terram sunt conversa; super quam diversorum granorum genera seminarunt, et plantaverunt vites, que reddiderunt eis fructum in tempore consueto. Quorum damnabilem heresim quidam hodie imitantur, qui mendaciter asseverant quod omnia procedunt ab elementis, et in elementa singulariter singula revertuntur, ex eo quod talia possunt demonstrative probari. Nos autem qui fidem catholicam indubitanter credimus, invisibilium gaudiorum paradisi et eternarum penarum inferni debemus assidue memorari.

*Quod possit imago in cellula memoriali formari per quam datur notitia inveniendi proprie in qualibet litteraturia facultate.*

Revera potest aliqua imago in cellula memoriali formari, per quam potest notitia particularis taliter comprehendi secundum genera singulorum, quod sciens per naturales inveniendi modos habere videbitur spiritum quarumlibet facultatum. Qualiter autem hoc fieri possit, intelligere volentibus evidenter ostendam. Sume quadrangulum imaginarium in medio spere solaris et dirigas lineam proportionalem ad omnes partes extremas, et iterum a summo usque deorsum per directiones varias usque ad bifrontem iuncturam sit reflexio linearis quousque prima positio non recurvetur ad ima, sed permaneat in directo; et tunc singula generum secundum occultissimas imaginationes orbiculari artificio revolventur. Sed, dicit forsitan aliquis, difficilis est hec nota, et intricatum<sup>3</sup> in se continet intellectum; quod de plano concedo, quia dictum est superius quod memoria est ineffabile nature donum; unde nemo posset omnia secreta nature vulgare, et si forte posset, non vellet ne invidi consimili valerent prerogativa pollere. Sed idoneis et sufficientibus exemplis ostendam, quod nemo facile posset hoc magisterium plenarie propalare. Videmus enim quod fabri lignarii accedunt ad silvam ut ligna incidi faciant pro aliquo edificio construendo, unde quisquis arbitratur super incisionibus arborum secundum imaginarium intellectum. Et quia frequenter differunt, quilibet suum nititur per vim imaginationis arbitrium roborare. Arborea equidem sunt in silva et in memorialibus cellulis artificiales imaginationes, quas per verba comprehendere non possunt indocti.

<sup>1</sup> M. piscatores. — <sup>2</sup> M. orthodoxe.

<sup>3</sup> M. intricata.



*Quomodo possit aliquis provinciarum, urbium, diversorum locorum et fluminum nomina memorie commendare.*

Qui desiderat provinciarum, urbium, fluminum et locorum nomina memoria commendare, inspiciat mappam mundi in qua sunt omnes provincie orbis, insule, deserta, famose civitates, maria et flumina cum subscriptionibus suis depicta. Legat etiam Solinum qui partes orbis terrarum nominat et distinguit, et specificat duodecim mirabilia mundi. Legat philosophos atque poetas, qui de huiusmodi tractaverunt, nec omittat vetus testamentum et historias Romanorum in quibus poterit magnam copiam invenire. Sed talia vel <sup>1</sup> consimilia scire volenti, artificium memoriale ostendo. Sumat igitur ab Innocentio papa exemplum qui nuper generale concilium celebravit, in quo per maiorum personarum notitiam, memoriam inferiorum sub quadam generalitate habuit, incipiens a se ipso tanquam a genere generalissimo et faciens descensum, conservatis gradatim quorumlibet dignitatibus et officiis, ad singulos tanquam ad species subalternas. Consimilem nempe memorandi notam imitari possunt omnes <sup>2</sup> imperatores, reges, universi ecclesiarum prelati, principes seculares, cuncti magistratus, patres familias et omnes viri et mulieres, cuiuscumque sint ordinis aut officii vel condicionis, usque ad tabernarios et tonsos in toto orbe terrarum.

*De alphabeto imaginario per quod plura et diversa nomina possunt memorie commendari.*

Ad habendam memoriam plurium et diversorum nominum quoddam in memoriali cellula imaginarium constitui <sup>3</sup> alphabetum, quod vix posset perituris chartulis annotari. Per illam siquidem imaginationem alphabeti, memorie naturalis beneficio preeunte, in XXX diebus quingentorum scholarium nomina memorie commendavi. Refero etiam, quod mirabilius videbatur, quia unumquemque nomine proprio, non omitta denominatione cognominis vel agnominis et specialis terre de qua erat, in conspectu omnium appellabam: unde cuncti et singuli admiratione stupebant.

*Qualiter debeat construi domus scholastice discipline.*

Domus scholastice discipline in libero et puro aere construatur. Remota sit a frequentationibus mulierum, a clamoribus fori, ab equorum strepitu, a navigio, a latratu canum, a nocivis rumoribus <sup>4</sup>, a sibilatione curruum et fetore, longitudinem et amplitudinem habeat coequalem; fenestrarum quantitas in ea taliter ordinetur, quod non sit plus nec minus luminis quam natura ipsa requirat; habitaculum autem in superiori parte consistat, tectum non sit minus altum, neque nimium pavimento

incumbat, quoniam utrumque memorialem vim offendit. Sit a pulvere et ab omni labe mundata, nec sint in ea imagines aliquae vel picture, nisi forte ille que per imaginarias formas et figuras notabiles reductiones faciant ad memoriam super scientiis in quibus ingenia exercentur. Sed omnes parietes consistorii colore solummodo viridi adornentur, unicus sit ingressus, et scale non sint laboriose ad ascensum. Sedes magistralis in altiori gradu consistat, et taliter preemineat, quod doctor ingredienti possit directe videre. Due autem vel tres fenestre taliter disponantur, quod magister interdum et maxime in ameno tempore valeat exteriores partes, arbores, hortos et pomeria intueri; quoniam in visione rerum delectabilium memoria roboratur.

*Quomodo scholares in ea ordinari debeant ad sedendum ad hoc quod melius possint nomina memorie commendari.*

Sedes namque scholarium in tantum sint equales, quod nulli possint visum doctoris <sup>5</sup> per aliqua obstacula impedire. Maiores autem et famosi scolares ad sedendum in locis dignioribus collocentur et omnes de sua provincia vel de circumpositis nationibus sedeant iuxta ipsos, reservato cuilibet honore secundum officia, nobilitates et merita personarum. Sedendi autem ordo nullo modo varietur, nec aliquis locum alterius occupare presumat; sed unusquisque locum semper optineat qui sibi fuerit assignatus. Ego vero numquam habui domum ita constructam, nec credo quod alicubi unquam fuerit taliter ordinata. Sed valebit forsitan <sup>6</sup> prodesse posteris hec doctrina.

*Quod offensiones et casus inopinati ferventius inherent memorie.*

Generale procul dubio esse videtur quod ille qui offenditur <sup>7</sup>, si ad annos discretionis pervenit, non obliviscitur offensarum <sup>8</sup> quousque sumat, si poterit, de offensaribus ultionem. Si autem ille idem ab aliquibus receperit servitia et honores, patitur incontinenti lethargum, sicut videre possumus in promotis. Videmus nempe multos qui per amicorum suffragia fuerunt ad maximas dignitates promoti, sed ipsi postmodum novos acquirentes amicos, promotores suos oblivioni penitus mandaverunt. Idem <sup>9</sup> evenit de obsequiis que conferuntur pueris et captivis. Si autem quadraginta scolares acquisieris alicui magistro et unum sibi aliquando abstuleris, non recordabitur quadraginta sed unius. Si refoveris aliquem centies, et semel omiseris, ultimi recordabitur et non primi. Si millesies <sup>10</sup> commendaveris aliquem, et semel ei detraxeris, obliviscetur laudum et detractionis memor existet. Locus enim in quo cadit aliquis vel offenditur memorie

<sup>1</sup> M. et. — <sup>2</sup> M. om. omnes. — <sup>3</sup> M. om. constitui. — <sup>4</sup> M. om. rumoribus. — <sup>5</sup> M. doctori. — <sup>6</sup> M. om. forsitan.

— <sup>7</sup> M. ostenditur. — <sup>8</sup> M. expensarum. — <sup>9</sup> M. item. — <sup>10</sup> M. milletiene.

commendatur, sed illius loci facile obliviscitur in quo recepit servitia et honores. Si multos curaverit medicus et unum leserit, de leso cadet in fabulam populorum. Femine quidem illorum qui eas verberant et contumeliis afficiunt memorantur, et obliviscuntur ipsorum qui eas diligunt et honorant. Predicta namque solent frequentius evenire, quia magis sunt proni hominum sensus ad malum quam ad bonum.

*De notis et proprietatibus quibus possunt nomina memorie facilius commendare.*

Prenomina, cognomina, agnomina, forme turpitude, longitudo, brevitatis, pinguedo, marcedo, calvitie, etatum diversitates et colorum, magnitudo vocis, raucitas, loquela, idioma, velocitas, tarditas, nasi curvitas, monstruositas, mutilatio, nevi, cicatrices, claudicatio, cecitas, tortuositas oculorum, gibbositas, lippitudo, <sup>1</sup> lepra, indumentorum varietas, extranea vel derisibilis nuncupatio, officium, ordo, excellentia virium vel scientie, sapientia, ignorantia, sagacitas, imprudentia, sanctitas, perversitas, benignitas, credulitas, mansuetudo, furor, astutia, simplicitas, superbia, humilitas, audacia, timor, magnanimitas, pusillanimitas, religio, lascivia, modestia, ludus, risus, planctus, iocus, tristitia, divitie, paupertas, victoria, subactio, acquisitio, amissio, largitas, avaritia, continentia, luxuria, crimen contra naturam, heresis, latrocinium, rapina, falsitas, et multa que hic ad vitandum tedium prolixitatis notari non debent, sunt memoriales note quas directiones et signacula possumus appellare, per que frequenter dirigimur in semitas memorandi. Nam cum per ipsas notas reducimus ad memoriam causas formales <sup>2</sup>, accidentia, virtutes, et vitia subiectorum, quasi per quosdam imaginarios et materiales funiculos specialia nomina eorundem trahimus ad portum nostre memorie, que sepe inter fluctivagos cogitationum cursus turgida circumfertur.

*De habenda memoria nominum bestiarum avium, piscium, reptilium et navium, et de imitatione doctrine consimilis ad rerum genera diversarum.*

Ex privilegio et decreto nature leo rex est omnium bestiarum, aquila cunctarum avium regina esse videtur; cetus universorum est piscium imperator, basiliscus princeps est quorumlibet reptilium et serpentium. Ergo in cellule memorialis repositoio ad bestias, aves, pisces et reptilia secundum genera singulorum per tuam industriam facies regularem descensum, digniora naturaliter premitendo. Et notare propensius debes quod leopardis elephantibus, camelis, electissimis equis, universis canibus, bobus, bufalis et vaccis arantibus, ursis, cervis, lupis, arietibus qui foventur inter homines, vulpibus, simiis et corvis domesticis, specialia nomina secundum

effectus vel beneplacita imponunt. Sardi namque propria nomina omnibus equis imponunt. Ceterum universis animalibus et volucris, que habent nativam sensualitatem ad obedientiam humane nature aliquando propria <sup>3</sup> nomina imponuntur, ad quorum memoriam conservandam, et signa naturalia et accidentalia possumus imitari. Eundem nempe ordinem memorandi universis operibus mechanicis, opificum instrumentis, mineriis, metallis, lapidibus, arboribus, herbis, fructibus, liquoribus et cunctis rerum <sup>4</sup> generibus imitaberis ordine successivo. Nam si vellem singula generum nominare, in prolixitatis caderem labyrinthum, et hoc memoriale opus amisisset laudem et titulum brevitatis.

## II. De clavibus memorie.

*De tribus clavibus que aperiunt ianuas memorie.*

Prima clavis est <sup>5</sup> in imaginatione nature. Secunda est in exercitatione ingenii. Tertia in operatione anime. In prima operatur natura per medium extremorum. In secunda fit progressus de partibus ad extrema. In tertia fit completio <sup>6</sup> utriusque. Agit enim anima per contemplationem, ut extrema reducantur ad prima, media coniungantur et constituant de partibus extremis integrum donec perveniat ad totum, in quo naturalis memoria cum artificiali per laboriosa exercitia copulatur.

*Narratio doctrinalis.*

Ea que de naturali et artificiali memoria in hoc libro conscripsi de solo nature munere processerunt. Unde quod gratis accepi, gratis curavi omnibus relargiri. Veruntamen aliqua in armario anime dogmata remanserunt, que perituris non volui <sup>7</sup> chartulis annotare

## INCIPIIT LIBER NONUS

### I. De adornationibus. Incipit prologus <sup>8</sup>.

Ea que serenant et clarificant dictamina oratorum merito debent adornationes vel colores ab omnibus appellari; quia discolorata est oratio quam adornatio aliqua non colorat. Videmus enim quod celum est planetis et signis mirabiliter adornatum. Item omnes communes materie vel private sine adornatione vilescunt. Adornatur thalami, arma et parietes dipinguntur, colorantur panni, lapides sculpuntur et ligna, deaurantur metalla, poliuntur equi, mulierum facies dealbantur, et quicquid pertinet ad honorem aliquem requirit ornatum. Nimirum ipsa natura lapides pretiosos, herbas, arbores, coloribus diversis adornat; unde nobis prebet necessaria documenta ut nostrarum orationum <sup>9</sup> seriem mirifice adornemus.

<sup>1</sup> M. turpitude. — <sup>2</sup> M. om. formales. — <sup>3</sup> M. priora. — <sup>4</sup> M. om. reum. — <sup>5</sup> M. om. est. — <sup>6</sup> M. compellatio. —

<sup>7</sup> V. valui — <sup>8</sup> M. om. incipit prologus. — <sup>9</sup> M. hornationum.



## II. De transumptionibus.

### *Quid sit transumptio.*

Transumptio est mater omnium adornationum que non desinit dicendorum genera circuire: vel transumptio est quedam imago loquendi in qua unum ponitur et reliquum intelligitur; <sup>1</sup> vel transumptio est transmutatio <sup>2</sup> locutionum, que semper intellectum imaginarium representat; vel transumptio est positio unius dictionis vel orationis pro altera, que <sup>3</sup> quandoque ad laudem, quandoque ad vituperium rei transumpte redundat; vel transumptio est quoddam naturale velamen, sub quo rerum secreta occultius et secretius proferuntur.

### *Unde dicatur.*

Transumptio dicitur a *transumo transumis*, et dicitur *transumere* idest *transponere* significationem vel partem significationis unius dictionis vel orationis in alteram; vel dicitur *transumere* idest *transmutare* significationem dictionis in aliam dictionem vel orationis in aliam orationem, secundum imaginarium intellectum.

### *Quare fuit inventa.*

Manifestum est enim vel esse debet quare transumptio fuerit inventa. Nam cum aliquis intendit <sup>4</sup> aliquem vel aliquam vel aliquid commendare <sup>5</sup> vel vituperare, non satisfacit anime desiderio si dicat *bonus* vel *malus est* <sup>6</sup> aut *peior* vel *pessimus*, aut *bona* vel *mala*, *peior*, vel *pessima*; unde propter inenarrabilem <sup>7</sup> mentis affectum illum, vel illam, vel illud in aliam rem nititur transmutare, que ad nimiam exaltationem vel depressionem pertinere noscatur; huiusmodi siquidem transumptiones fiunt de omnibus rebus que in mundiali machina continentur, non sine probabili motu nature. Celestia etiam et terrestria ad invicem transumi videntur, sicut per visiones intelligimus prophetarum, et in Apocalypsi Iohannis plenius intuemur. Scimus nempe quod Iherusalem terrestris transumitur in celestem. Anima etiam sepe transumit, quia dormientibus pericula vel commoda futura per diversas et contrarias imaginationes ostendit. Unde plurimi dormiendo terrentur, et aliqui non modicum gloriantur; huiusmodi namque somnia mortales arbitrabiliter interpretari laborant; quoniam unusquisque appetit videri quod non est in interpretationibus somniorum, ut credatur fore similis Ioseph, qui fuit interpretatus somnium Pharaonis.

### *Ubi fuerit inventa.*

In terrestri paradiso, in quo <sup>8</sup> Deus hominem ad imaginem et similitudinem suam formavit, transumptio sine dubio fuit inventa.

### *Quis primus fuerit inventor.*

Primus inventor fuit ipse plasmator, qui protoplausto precepit, dicens: *De omni ligno paradisi comedes, de ligno autem scientie boni et mali ne comedas*. Ecce vides quod posuit lignum pro fructu <sup>9</sup>. Illa quippe transumptio <sup>10</sup> diversas opiniones induxit; quidam enim credunt lignum illud fuisse pomum, alii ficum; alii consentientes errori arbitrantur fuisse commixtionem carnalem. Ex eo nimirum de transumptis opiniones diversimode oriuntur, quia omnis transumptio frequentius <sup>11</sup> obscurum in se continet intellectum.

### *Quid transumptio conferat utilitatis.*

Evidens est utilitas transumendi, quia vilis et nudus est tractatus quem in aliqua parte transumptio non exornat. Transumptiones enim possunt gemmis pretiosis probabiliter similari, que auro vel argento ad decorem operum per manus providi artificis inseruntur. Et ut breviter comprehendam, nulla oratio est vel esse potest absque suffragio transumptionis iocunda.

### *Quomodo in eodem genere transumere possit orator.*

In eodem genere fit transumptio cum propter aliquem evidentem effectum alterius nomine appellatur. Pone, aliquis continuat omnes dies in planctu vel risu: <sup>12</sup> quare poterit Democritus vel Diogenes appellari. Potest namque Otto, cui <sup>13</sup> papa Innocentius cum gladio spirituali verticem coronatum abscedit <sup>14</sup> in Saulem <sup>15</sup> vel Goliath <sup>16</sup> propter magnitudinem stature transumi; rex Federicus in David, et ipse Innocentius papa in Deum, quia omnia quecumque voluit, fecit. Idem vero papa Aquileiensem patriarcham qui super continentia clericorum in concilio sibi contradicere attentabat, Panuntium appellavit.

### *Quomodo in diverso.*

In diverso genere fit transumptio quando irrationale animal ponitur pro rationali, vel res unius materie pro altera ponitur. Fortis equidem bellator aliquando transumitur in leonem propter excellentem fortitudinem, aliquando in draconem propter incomparabilem excellentiam, quandoque in aquilam propter excellentem ingenii claritatem. Non enim ab re Iohannes fuit transumptus in aquilam, Marcus vero in leonem, Lucas in vitulum, Matheus in hominem. Aquila nempe iuxta celum dicitur volitare, et propter multiplices effectus avium regina esse meretur. Leo rex est bestiarum, et vitulus, quia ruminat, ad sulcandum terram crescit aratro, mysticum in se continet intellectum. Amplius spiritus sanctus apparuit in specie columbe transumptus. Salomon autem ecclesiam, vel secundum Hebreos

<sup>1</sup> *M. om.* vel transumptio... intelligitur. — <sup>2</sup> *M. om.* est transmutatio. — <sup>3</sup> *M. om.* que. — <sup>4</sup> *M. om.* intendit. — <sup>5</sup> *M. om.* aliquid commendare. — <sup>6</sup> *M.* bonus est vel malus est, bona vel mala, peior vel pessima. — <sup>7</sup> *M.* venerabilem. — <sup>8</sup> *V.*

qua. — <sup>9</sup> *M. om.* pro fructu. — <sup>10</sup> *M. om.* transumptio. — <sup>11</sup> *M. om.* frequentius. — <sup>12</sup> *M. om.* risu. — <sup>13</sup> *M. om.* cui. — <sup>14</sup> *M.* coronam absconit. — <sup>15</sup> *M.* salutem. — <sup>16</sup> *M.* gloriam.

matinalem <sup>1</sup> amicam, in columbam transumpsit. Iuvenalis simplices et impotentes in columbas transumpsit, et tyrannos in corvos, ubi dixit: *Dat veniam corvis, vexat censura columbas*. Scriptura criminosos in iumenta et peccatores sive peccatum in sterces <sup>2</sup> transumit, <sup>3</sup> ubi dicitur: *Computruerunt iumenta in stercore suo*. Item aliquis transumitur in asinum aut propter ingenii durti-tem, quo asinina ruditatem brutescit, <sup>4</sup> aut quia non vult alicui cedere, aut propter horribilitatem vocis vel magnitudinem aurium aut frequentem emissionem trullarum; aliquis in porcum propter fedam et turpem consuetudinem. Quidam presbyter <sup>5</sup> semper <sup>7</sup> succidas vestes ferebat, et non removebat ungues, non lotis manibus manducabat, permiscebat omnia victualia in parapside, ad modum porci sugebat brodum, <sup>8</sup> quo barba spissa humebat; quibus de causis presbyter <sup>9</sup> porcus ab omnibus vocabatur. Porci etiam sunt animalia rigida, unde illi qui rigiditatem ostendunt transumuntur in porcos. Proditor transumitur in serpentem, unde dicitur « serpens homini tuto pestifera tractat, et cum friget non desunt illi venena, sed torpent ». Invidi transumuntur in canes; unde Hieronimus invidios suos canes appellat, propter manifestos effectus. Possunt autem non immerito in scorpiones transumi, quia semper fundunt cum cauda venenum. Dolosi namque homines in vulpes, raptores in lupos, timidos in lepores, sub aqua natantes in mergones, tentantes artes et quaslibet facultates in simias, currentes ad nuptias et famosa convivia in vultures, sectantes vilia in milvos, et depilatores in corniculas <sup>10</sup> transumuntur. Avarus <sup>11</sup> transumitur in hydropicum et in serpentem qui thesaurum custodit, et etiam in scarabeum, qui dispersa sterco- ra in fasciculum rotundum nititur glomerare et laboriosis impulsibus intra cavernam mittere, ut <sup>12</sup> glomeratum occultet. Usurarius transumitur in sanguisugam, et vermen qui dicitur cancer. Item transumitur homo in pecudem propter bestialem simplicitatem, transumitur in hircum autem propter fetorem luxurie vel prolixitatem barbe, vel quia ille qui transumitur de uxore dicitur esse cornutus. Ego vero magistrum <sup>13</sup> noviter cathedratum in hircum et disputatores cum eo transumpsi in canes dicens: *Latrant canes ad lunam, dum sedet hircus in cathedra et rabbi appellatur*. Hircus enim est animal monstruosum et derisibile propter cornua, barbam et genitalia, que substantiam principalem excedunt,

*Quomodo vocabulum secundum occultam similitudinem transumantur.*

Per occultam similitudinem transumpsit Dominus panem in corpus suum. Panis cum carne habere similitudinem non videtur, sed vinum aliquam habet similitudinem cum sanguine. Multi namque panem electum

transumunt in zucaram, et saporosum vinum in syrupum <sup>14</sup>. Item populum Israeliticum et etiam ecclesiam in vineam suam transumpsit, in quibus non est similitudo apparens. Simili namque modo calicem posuit pro passione et bibere pro *sustinere*. Item ille qui dixit: *Licet pennas habeas quibus volare in solitudinem satagis, ligate sunt tamen nexibus preceptuum, que sic te vincunt ut liberum non habeas absque nostra permissione volatum*, per similitudinem occultam transumpsit. Per pennas intelligimus ibi voluntates, aut proposita seu vota vel motus animi aut inspirationes divinas; nexus vero sunt nodi papalis auctoritatis; et volare in solitudinem idest transferre se de dignitate ad religionem; liberum volatum idest liberum arbitrium transferendi. Per occultas similitudines clerica transumitur in coronam, in aream, in monetam. Occulta enim similitudo est in qua vocabulum, quod transumitur cum dictione pro qua ponitur, contrariam videtur similitudinem habere.

*Quomodo secundum manifestam.*

Per manifestam similitudinem fit transumptio quando in locutione ponitur adverbium similitudinis ut « Sanctitudines floreant sicut lilium et sicut balsami erunt ante te ». Verumtamen ubi veri similitudo intervenit, non dicitur proprie transumptio, sed quedam species transumptionis. Similiter ubicumque ponitur dictio demonstrative, non dicitur esse proprie transumptio ut « ecce lupum » vel « iste est vulpes », quoniam ex vi demonstrationis velamen sine dubio removetur.

*De curialitate transumendi.*

Scientie naturalis inquisitores verba significantia turpitudinem curialiter transumunt, et sub velamine caute occultant. Nam culum « circulum pudibundum » appellant, humanum corpus in tres regiones distinguunt, sterces autem et urinam superfluitatem prime digestionis esse dicunt, et humorum superabundantiam « materiam » vocant. Vulvam transumunt in ianuam, et membrum virile in virgam. Item sperma transumunt in semen, et matricem in conceptionis monetam, vel in agrum generationis humane. Sputa <sup>15</sup> quidem « screationes » et mucilagines « superfluitates » appellant. Menstrua esse dicunt secretam purgationem vel kalendarum tributa. Item cloacam vel latrinam in sellam et « urinalem scaphum » vel « calicem » vocant. Per eorum quippe doctrinam rotunda sterco- ra *squibala* nominantur. Sed quidam curialiter cloacam transumunt, illam esse cameram profitentes; unde quandoque dicitur « domina non potest ire ad cameram » vel « ad cameram vadit plusquam natura valeat sustinere » vel « decies ad cameram iam ivit » et curialiter est hoc dicere quam « decies

<sup>1</sup> Materialem? — <sup>2</sup> *M. om.* in sterces. — <sup>3</sup> *M.* transmisit. — <sup>4</sup> *M.* prudescit. — <sup>5</sup> *M. om.* presbyter. — <sup>6</sup> *M.* bene. — <sup>7</sup> *M.* sordidas. — <sup>8</sup> *M.* funge-

bat pronum. — <sup>9</sup> *M.* bene. — <sup>10</sup> *M.* cor. — <sup>11</sup> *M.* adversus. — <sup>12</sup> *M. om.* glomerare... ut. — <sup>13</sup> *M. om.* magistrum. — <sup>14</sup> *V.* scioppum — <sup>15</sup> *M.* sed puta.



assellavit ». Item pauperes qui stercora canum recolligunt curialiter officium suum transumunt, dicentes ipsum sterces esse allumen. Quidam autem rustici fimos quos ad impinguandum campos deportant, transumunt in genera specierum. Proditores vero et adulatores curialiter possunt in apes transumi, quoniam apes in ore mel habent, et in aculeis caudarum venenosa puncturas.

*De ineptitudine transumendi.*

Ineptitudo transumendi ex transumentium simplicitate noscitur provenire. Quidam nobilis de propria uxore loquens ait « Vacca mea peperit vitulum », et alius dixit « meam asinam gravidam ». Alius uxorem suam transumpsit in catulam, ex eo quod geminos peperit. Quidam autem rusticus spissam et croceam piperatam transumpsit in stercora puerorum, et alius medicinam distemperatam in asinarum micturam. Item innumerabiles viri et mulieres sub quadam specie furoris homines et res carissimas in stercora et res vilissimas transumere non pavescunt.

*De transumptione que fit secundum accidens.*

Secundum accidens animata et inanimata frequentissime transumuntur. Inveniuntur homines qui habent extrema pilosa et supercilia densa et longa, unde a quibusdam ursi vocantur, vel transumuntur in alia pilosa secundum libitum<sup>1</sup> transumentium. Quidam erat nasicurvus, unde *Nasus de galla* vocabatur. Quidam habebat vultum longum et magnas aures ultra qualitatem sue substantie, quare *Vultus asini* dicebatur. Salerni fuit physicus cui nomen erat Matheus Hypericon, ex eo quod ad similitudinem herbe que dicitur *hypericon* videbatur habere faciem perforatam. Infiniti namque ceci, strambi, claudi, retorti, calvi, gibbi, surdi, nasicurvi, albi, nigri et rubei per accidentia nuncupantur. Idem etiam de animalibus irrationalibus, nominibus<sup>2</sup> locorum et diversis rerum generibus noscitur provenire.

*Quod transumptum aliquando transumatur.*

Deus transumitur in agnum, et agnus in pascha. Prelati enim transumuntur in pastores, pastores in predicatores, predicatores in boves, et etiam in mercenarios atque canes. Populus namque transumitur in ecclesiam, et ecclesia in vineam. Item populi transumuntur in oves, ubi dicitur « Oves mee vocem meam audiunt ». Transumuntur etiam in asinas, ubi dicitur « Boves arabant et asine pascebantur iuxta illas ».

*Quod aliqua contraria in unum et idem secundum diversos effectus aliquando transumatur.*

Deus transumitur in leonem et diabolus in leonem propter diversos effectus. Homo transumitur in vermem

arachneum, et diabolus in eundem pro diversis causis; nam cum homo transumitur in vermem arachneum, lucrum transitorium transumitur in muscam, et cum diabolus in eundem vermem transumitur, homo transumitur in muscam.

*Quod aliqua per diversos effectos in bonam et malam significationem transumantur.*

Mulier speciosa transumitur in deam, Venerem, Palladem et Iunonem, in solem, lunam, et stellam, imperatricem, reginam, in lamiam, in balsamum, ambram, muscum et manna. Transumitur etiam in palmam, laurum, Libanum<sup>3</sup> cedrum, olivam et pinum; item in columbam et turturem; item in gemmam pretiosam, margaritam, liliam, rosam, violam, florem et mandragoram; et quandoque in antiquas et famosas dominas ut in Helenam et Isoctam. Amplius capilli transumuntur in aurum contortum, oculi in stellas, dentes in eboram, supercilia in cardines gemmatis, pectus vero transumitur in hortulum odoramentorum, et corpus in pomerium florigerum seu pratum amenum. Mamille transumuntur in poma paradisi, vel globos rosarum; brachia in ramos Libani, crura et coxe in cristallinas columnas. Membrum autem pudibundum transumitur in ianuam paradisi, in anulum aureum, et apothecam desiderabilium specierum. E contrario autem mulier speciosa transumitur in templum edificatum super cloacam, et transumi posset in rosam fetidam et amor ipsius in dulce venenum. Transumitur etiam in viperam, scorpionem, in cimeram<sup>4</sup> et capram. Item transumitur in passerem, in catulam, in lupam, in sagittam toxicatam, in calamitam, in arundinem, in rubiginem, voraginem, eruginem et latrinam, et quandoque in feminas antiquas et infames ut in Evam et Medeam, Semproniam et Calpurniam<sup>5</sup>. Dicitur etiam membrum diaboli, caput peccati, et expulsio paradisi. Forme quidem corporis et ornamenta transumuntur in diaboli armaturas. Pudibundum eius transumitur in portum confusionis, in os inferni, in rivulum aque fetentis, in antrum, in speluncam luctuosam, in fornacem ignis ardentis, in dolium in scarpellam et in vaginam. Transumitur etiam in puteum. Unde cum quidam homunculus mulierem longam et pinguissimam desponsavit, circumstantibus dixi « Neque cum quo hauriat habet, et puteus altus est ». Transumitur etiam in lacunam putridam, in torcular fecis, et in labyrinthum pudoris. Item quidem stulti ponunt pollicem loco tentiginis inter indicem et pudicum, et ad inferendam ignominiam fictionem illam causa ludi vel ire ad invicem sibi ostendunt, et ex tali offensione aliquando scandali materia generatur. De membris autem virilibus, mulierum pudibundis, et luxurioris gestibus, voluptuosis viris et lascivis mulieribus transumendi peritiam derelinquo.

<sup>1</sup> M. voluntatem. — <sup>2</sup> V. in omnibus locorum. — <sup>3</sup> M. om.

Libanum. — <sup>4</sup> Sic. V. — <sup>5</sup> Scalfurniam.

*De transumptione contra sodomitas.*

Gomorrheus deorsum<sup>1</sup> et sursum declinat, quando syllogizat in prima figura, vel hastam pollice satagit quando syllogizat in secunda figura, vel gomorreus de inferiori circulo facit embolum, et lac in cloaca reponit, vel gomorrheus super lege qua dicitur *cum vir nubit in feminam* facit maximum apparatus, vel gomoreus agitat ramum arboris ut ros de illa descendat, vel burdonem equitat ut ningat december in agrum.

*Quomodo bona transuman tur in mala.*

Quidam qui cognoverat monialem dixit: « Non violavi thorum divinum, sed quia me in sua factura Dominus delectavit, cornu eius studui exaltare. » Item posset monialis dicere amatori: « Virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt. » Item possent dicere suis amatoribus mulieres: « Date nobis de oleo vestro, quia nostre lampades extinguuntur ».

*De transumptione metallorum.*

Alchimici transumunt aurum in solem, argentum in lunam, es in Martem, aurichalcum in Venerem, argentum vivum in Mercurium, ferrum in Scorpionem, plumbum in Saturnum, et stagnum in Iovem. Item transumunt argentum vivum, salem ammoniacum, sulphur et auri pigmentum in spiritus.

*De cavillosis et subdolis transumptionibus.*

Mullieres quadam fictitia dolositate mirabiles faciunt transumptiones, et nihil est in actibus amoris quod per vocem vel gestum non transumant. Maritos enim vel amasios aliquando hircos, aliquando arietes, aliquando tauros, aliquando cervos appellant, et tacito substantivo aliqua derisorie dicit: « Meus pascit in pratis » vel « misi eum Cornetum » vel « Cornaçanum », et « ego faciam sibi oleum de cucurbita hortulana ». Item quandoque dicitur de scholari studente qui domi reliquit uxorem, quod fundum Cornelianum incepit noviter possidere, et quod nuper in horto suo plantata sit cucurbita hortulana. Transumunt etiam femine animalium cornua in coronas et diversificant genera cornutorum. Sed queri potest quare cornua, cucurbita et cuculus significant pudorem mariti, cuius thorum uxor violare presumit. Responderi potest quod hec fuit inventio lascivorum, qui semper moliantur aliorum verecundiam geminare. Cornua quidem ornamenta sunt animalium, sed per contrariam transumptionem coniugatorum vertices dehonestant. Infamia namque cucurbitatis ad modum cucurbite<sup>2</sup> cito crescit, et cuculus est avis apta derisioni ex eo quod in suo cantu cucurbitationem vel cucurbitam geminando primam sillabam reiterare sine aliqua intermissione videtur. Nam per talium rerum impropria frequenter inimicitie capitales et homicidia perpetrantur.

<sup>1</sup> V. iusum. — <sup>2</sup> M. om. ad modum cucurbite. — <sup>3</sup> M. om. quam habebat.

*De transumptionibus ioculatorum.*

Ioculatores tam in compositionibus cantionum quam in modis loquendi omni tempore transumere omnia moliantur. Sclavo quidem Barensis, ingeniosus in idiomate materno transumptor, in quadam cantione amicam suam transumpsit in navem, ornamenta que sibi dederat in anchoras et apparatus puppis, et contradictionem et inobedientiam ipsius in ascensum prore ad ursam, postribulum de quo illam traxerat in portum, et solam camisiam quam habebat<sup>3</sup> in unum filium. Ioculatores etiam alii magnam clericam transumunt in aream et parvam in monetam, cappam<sup>4</sup> monachalem transumunt in amphoram, in corbem, in lagenam, in hydriam, in metretam. Item transumunt se ipsos in alios per voces et modos loquendi, gestus corporum, habitus, motus et actus. Pauperes vero sanas voces in infirmas transumunt.

*De transumptionibus que fiunt per imagines vel sculpturas.*

Celestia, terrestria, monstra, infernalialia, vera, verisimilia et etiam fabulosa, prelia, victorie, miracula, transumpta fuerunt per imagines et sculpturas de quibus nemo posset plenariam exhibere doctrinam: quia quedam abierunt in desuetudinem propter nimiam vetustatem. In quibusdam fiebant puncta pro litteris vel signa, que homines illarum etatum sciebant, sicut manifeste patet in duodecim arcibus triumphalibus et duabus memorialibus columnis in urbe romana et in columna que Constantinopoli fuit in Pedronio<sup>5</sup> artificio miro constructa. Illa vero que hodie transumuntur sciri possunt per subscriptiones et consuetudines modernorum. Ceterum imagines vel sculpture que facte sunt vel fuerunt causa veteris vel novi testamenti sciri possunt per memoriam scripturarum. Item quamplures nomina propria et sue prolis transumunt in picturas vel sculpturas, quas fieri faciunt in marmoreis edificiis, vexillis atque sigillis<sup>6</sup>.

*De transumptionibus que fiunt per gestus vel nutus.*

Muti, naufragi a litore vel portu distantes, egrī qui loqui non possunt, captivi et amatores qui loqui non audent, obsessi et religiosi, per gestus vel indicia seu nutus suos effectus transumunt, per tussiculam simulatam; cum agitatione capitis atque risu transumunt viatores homines de Rivo cornaclario in antecessores eorum qui catulam comederunt; unde quamplures ibi iam fuerunt acriter verberati.

*Quod utile sit cum moderamine transumere.*

Ille vel illa, qui vel que transumitur causa honoris plurimum hilaescit, et ille qui transumitur causa pudoris

— <sup>4</sup> V. cappam. — <sup>5</sup> M. Predonio. — <sup>6</sup> M. om. vexillis atque sigillis.



dolet non modicum <sup>1</sup> et turbatur. Idem etiam erit si filios vel amicos aut res quas possidet vel diligit transumpseris in vilia vel iocunda. Provideas igitur quid et quando transumas, quia preclarum est et utile oratori habere cum moderamine scientiam transumendi; presertim cum assidue videamus quod de transumptionibus moderatis multi amicitiam et benevolentiam consequuntur, et plures de transumptionibus inhonestis incurrunt odium et inimicitiam capitalem quia inimicabiles et odiose transumptiones sunt velut acutissimi gladii qui corda infinitorum transfigunt.

### III. Quomodo artes et professiones in rotas et rotulas transumuntur.

#### *Visio Boncompagni.*

Vidi undecim principales rotas et quinque subtiles rotulas volvi orbiculariter in machina mundiali.

#### *Quomodo gramatica transumatur in primam rotam.*

Prima quidemolvebatur laborioso impulsu, sed procedebat ex ea lac quod dabatur his qui erant in dentium plantativa.

#### *Quomodo dialectica in secundam.*

Secunda erat citivola et cursibilis, garrula et clamosa et moliebatur omnia tamquam importuna camera-ria indagare.

#### *Quomodo rhetorica in tertiam.*

Tertia vitam et mortem in se continebat et habebat capitella nature <sup>2</sup> tam rotis quam rotulis illis infixis, nec aliqua illarum poterat sine auxilio illius moveri. Erat etiam propter defectum artificum incompleta.

#### *Quomodo arithmetica in quartam.*

Quartam sequebantur multitudines numerose, loculos plenos et vacuos ad cingula deferentes.

#### *Quomodo geometria in quintam.*

Post quintam ibant non multi, qui super colla per-ticas et funiculos deferebant, lineas ad proportionem sesquialteram <sup>3</sup> et diametrum inspectis quadrangulis reflectentes.

#### *Quomodo musica in sextam.*

Sextam vero milia milium sequebantur in diversa vocum modulamina variabiliter prorumpendo et quisque sibi placebat, sed preerat omnibus Philomena.

#### *Quomodo astronomia in septimam.*

Omnes autem qui super septimam ascendebant ad ima ruere videbantur, quondam pater solus effectus illius rote in sua reservaverat potestate.

<sup>1</sup> M. plurimum. — <sup>2</sup> M. om nature. — <sup>3</sup> V. sexquialteram.

#### *Quomodo physica in octavam.*

Octava circa rerum naturas assidueolvebatur, quare appellabatur merito naturalis.

#### *Quomodo ius civile in nonam.*

Nonam regere videbantur principes urbis et orbis, iuxta quam militabant patroni causarum qui milites appellabantur, quoniam lingue illorum erant sicut acuti gladii quibus malefacta excedentium reseindebant. Appellabantur etiam sacerdotes qui sacra dare videbantur, cum unicuique suum ius in integrum conservabant. Sed illimet aliquando faciem duplicem demonstrabant et linguas proprias foro prostituere non timebant.

#### *Quomodo ius canonicum in decimam.*

Decima rotunda non erat, quia videbatur in partibus esse collisa, et sciri non poterat unde contraxerat originem, quia non habebat certum principium neque finem, ex eo quod aliquando a nona, aliquando ab undecima videbatur oriri. Item quandoque recipiebat augmentum, quandoque patiebatur ecclipsim, quoniam pars addita destruebat assidue precedentem. Preterea nona et decima erant muneribus onerate, et volvi non poterant sine sonitu metallorum.

#### *Quomodo theologia in undecimam.*

Undecimaolvebatur iuxta scalam quam vidit Iacob erectam, quam sequebantur numero paucissimi, quoniam reliquerant eam qui suum characterem et sigillum in medio capitum deferebant. Plorabat etiam Rachel filios suos et consolari non valebat, quoniam post octavam et nonam lucri gratia vagabantur et dimiserant venam aquarum viventium que fluunt impetu de Libano, et venerant ad aquas contradictionis ubi assidue iurgabantur.

#### *Quomodo nigromantia, geomantia, pyromantia, spatomantia et alchimia in quinque rotulas futiles transumuntur.*

Illi autem qui sequebantur quinque subtiles rotulas, per eas effectus impossibiles requirere videbantur, de quorum numero erant nigromantici, geomantici, pigromantici spatomantici et alchimici, quos vana spes absque dubio refovebat, et demergebat sepius in profundum inopie abhorrende.

#### *Quomodo nemo scire posset omnes diversitates transumentium.*

Omnes vero transumentium et transumptionum diversitates nemo scire valeret, quia universe nationes orbis, terrarum continentia et contenta, rerum genera et species secundum linguarum et voluntatum varietates transumunt, nec excludi posset aliquis vel aliqua homo vivens, qui vel que transumpte non loquatur, postquam incipit rationem et intellectum habere. Insuper omnis allegoria, tropologia, moralitas, metaphora et quelibet

locutio figurata transumptiones possunt et debent merito nominari, quia omnis qui unum ponit et aliud intelligit, sine omni dubitatione transumit: unde colores qui de transumptionibus oriuntur sicut stelle celi et arene maris numerari valerent.

#### IV. De adulationibus.

##### *De commendatione adulationis.*

Inter eximias adornationes potest adulatio computari, quia per eam captamus a mortalibus omnimodam benevolentiam et favorem.

##### *Qualiter omnes compellantur aliquando adulari.*

Omnes fere mortales, cuiuscumque sint ordinis vel condicionis, aliquando adulari coguntur, quia navigant in mari fragilitatis humane. Unde quod fugere nequeunt, vitare non possunt, presertim cum sublimes persone sine adulationibus placari non possint. Vane siquidem glorie cupidi sicut utres inflantur et deinflantur; quare te ad replendum cotidie sufflare oportet.

##### *Quid sit adulatio circa merita personarum.*

Adulatio est demulcens et blanda verborum positio per quam improvidus ultra id quod est inducitur ad credendum.

##### *Quatuor solemnes adulationes.*

j. Adorna thalamum tuum<sup>1</sup> ecclesia Tolletana, incende thurasamata<sup>2</sup>, sterne pavimenta et suscipe non archiepiscopum sed regem archiepiscoporum, gemmam presulum, coronam antistitum et candelabrum pontificum singulorum. Petrus equidem a soliditate sapientie nominatur et super hanc petram philosophie sedem posuit principalem. Nam ita profunde ac immense scientie radiis illustratur, quod universum clarificare videtur orbem terrarum; quia non fuit nec erit ei similis in qualibet facultate. Quid etiam referendum titulo prosapie generose et angelica forma corporis, quibus illum natura beavit! Oculi eius columbarum facies quasi examinatum argentum, unde turbe numerant gressus ipsius. Item non legitur in novo aut veteri testamento, quod unquam fuerit homo qui sanctam et moralem gratiam ita promeruerit adipisci.

ij. Ab initio et ante secula non fuit auditum quod mortalis aliquis ita esset moribus et scientia redimitus, unde gentes et nationes preconia vestrarum laudum extollunt, et fama vestre celsitudinis ultra nationes externas convolvavit.

iiij. Cum celi noscantur vestram gloriam enarrare, non est mirum si vestra merita, virtutes et magnalia specificare nescio et non possum. Milia quippe milium

proclamant et dicunt: o<sup>3</sup> si videre mereremur illius faciem gloriosam, quem totus orbis terrarum intueri peroptat!

iiij. In linea generationis humane nunquam fuit nec erit in quem ita confluerint universe nature dotes, aut qui apud omnes gentes et nationes tantam promeruerit gratiam et gloriam invenire. Nec mirum, quia vos estis immense scientie, magne nobilitatis et excellentis prosapie titulo insigniti, et mira et ineffabili pulcritudine radiati. Preterea in labiis vestris omnis gratia est diffusa, unde videmini obtinere quandam speciem deitatis.

##### *De mirabili adulatore quem vidi.*

Adulatorem vidi adeo circumspectum, quod cum quidam episcopus populo predicabat, incipiebat corrugare faciem et flectere supercilia secundum quemdam sophisticum motum compunctionis fundendo lacrimas pietatis. Tundeat pectus, pulsabat cum brachio socios ut audirent, distantibus manu silentium imponere videbatur, et semper aciem faciei tenebat ad predicantem erectam; demum ad illum accedens lacrimabili voce dicebat: « Benedictus ventus qui vos portavit, et verba que suscepistis<sup>4</sup>. Verumtamen vos non eratis qui loquebamini, sed spiritus sanctus in specie columbe vobis omnia predicebat, sicut ego ipse corporeis oculis intuebar. Sed de vobis conqueror, quoniam uxor mea propter vestram predicationem non vult quod uxoriali debeam thoro potiri ». Sicque<sup>5</sup> adulator ille totum presulem possidebat. Profecto qui adulationes diligit, adulatoribus elargitur.

##### *Quomodo possit quilibet singulis adulari.*

Universis mortalibus, cuiuscumque sint ordinis vel condicionis in suis operibus et officiis poteris adulari dummodo congruis temporibus exerceatur ministerium adulandi.

##### *De reali adulatione.*

Realis equidem fit adulatio per gestum, nutum, indicium et signum. Item adulamur inclinando capita, removendo infulas, flectendo genua, osculando manus, pedes, excutiendo pulverem, abiciendo pilos et aptando vestes. Preterea itur obviam, curritur ad accipiendum frenum, trahuntur calcaria, flectuntur genua quando bibitur, et sub scypho manus cum reverentia extenduntur, et offeruntur vel mittuntur quandoque munera gratiosa.

##### *Quomodo possit aliquis mulieribus adulari.*

Cum sit fere omnis mulier ex fragilitate complexionis dedita vanitati, facile sibi poterit quilibet adulari. Verumtamen, quantumcumque sit annosa vel deformis, de forma corporis non est omittendum, et postea sit ad sapientiam et mores progressus.

<sup>1</sup> M. om. tuum. — <sup>2</sup> V. thiraiamata. — <sup>3</sup> M. ut. — <sup>4</sup> M. subsistis.

Fortasse legendum fudistis — <sup>5</sup> M. neque.



*De adulatione quam fit in cantu.*

In cantu quidem fit adulatio multiformis, quia melodia est umbrosum adulationis velamen, ex eo quod cantus demulcet et verba suadent.

*Que differentia sit inter laudatorem, adulatorem, et derisorem.*

Laudator considerat locum, tempus et similitudinem veritatis, non excedit modum, cum discretione commendat, et quod refert de puritate cordis procedit. Adulator ungit<sup>1</sup>, demulcet, linit, polit, lambit, mollit, blanditur et quid in corde gerit occultat. Derisor subsannat, corrugat, subridet, sibilat, subvertit, pervertit, fingit se odorari fetorem, innuit sociis manu vel pede, aut elevationibus et declinationibus oculorum.

*Quibus valeant similari.*

Laudator similatur angelo, adulator diabolo, et derisor simie potest merito comparari.

*Quid sit subsannatio et unde dicatur.*

Subsannatio est ostensio dentium, qui transumptive sanne dicuntur, cum narium corrugatione ac extensionibus labiorum.

*Unde dicatur.*

Subsannatio dicitur a *sub* et *sanna*, quia sanne dicuntur esse dentes qui labiis operiuntur. Nam qui subsannat labia elevat et dentes ostendit.

*Quid sit detractio.*

Detractio est clandestina depravatio scientie seu morum, ex invidia vel abusu procedens.

*Quid proditio.*

Proditio est dulcis et melliflua verborum positio, de conscientia venenosa procedens.

*De moribus subsannatoris.*

Subsannator aerem attrahit vel emittit cum ostensione dentium et naribus corrugatis in odium vel vituperium alicuius.

*De moribus detractoris.*

Detractor autem in presentia silet, retro refert, terga insequitur, verum obumbrat, falsum roborat, et dubia in deteriorem partem interpretari molitur.

*De moribus proditoris.*

Proditor quidem insignia fidelitatis ostendit, suavia et dulcia verba promulgat, amplexatur, applaudit, blande ridet, maxima pollicetur, obtestatur Deum, sub pacis federe osculatur, ad iurandum est pronus, vina saporosa

propinat, et preparat cibaria delicata. O quam crudelia sunt et mortifera iacula proditorum, unde vix aut numquam erit qui sibi possit ab illorum ictibus precavere.

*Tres descriptiones de promissione fallacii.*

Promissio est adulationis filia, que de vento fuit mendacii generata. Promissio est vocale meritum, quod sepius ab adulatoribus cum risu et amplexu confertur. Promissio est ventus, quo stultus inflatur velut vesica que crepat.

*Narratio doctrinalis de variis promissionibus.*

Omnis qui pollicetur quod complere non optat, officium sufflandi assumit. Ille vero qui sperat, est velut uter qui vento repletur. O quot et quanti vanis promissionibus deluduntur, et quot a principibus et magnatibus de immensis laboribus et gratissimis obsequiis, que fideliter impenderunt, de promissionum ventis utres inflatos reportant! Mulieres autem viros vanis promissionibus frequenter deludunt. Verumtamen ipse de pollicitis aliquando puniuntur et sophisticis muneribus deluduntur.

*Quid sit promissio veritatis.*

Promissio est presagium gratie vel indicium benevolentie plenioris.

## V. De adoratione que dicitur pro et contra.

*Narratio doctrinalis.*

Commendare personas et cuncta que sub celi ambitu continentur, et eisdem commendationibus contraire<sup>2</sup> ad humanam fragilitatem noscitur pertinere. Unde quia fere<sup>3</sup> omnibus placere videtur, ideo pro et contra inter adorationes debent merito computari. Verumtamen si alterum defuerit, non erit adornatio, quia unum sine altero esse non potest.

*Pro grammatico.*

Proponit grammaticus quod grammatica est scientia recte loquendi recteque scribendi, omniumque artium fundamentum, unde admonet ut arti grammaticae opera impendantur.

*Contra.*

Primum membrum tue diffinitionis est falsum, quia grammatica non est scientia recte loquendi: immo dicere debeas recte construendi, unde necessaria est in principio cuilibet erudiendo. Verumtamen quemlibet grammaticum assimilo illi qui est in dentium plantativa<sup>4</sup>, qui lac sugit, recitat sicut puer, et cum dicit *a, e, i, o, u*, tamquam infantulus vagire videtur. Iudicat enim de solis vocibus, quia bene sustinet et defendit regulariter esse dictum « musca parit leonem » et « angelus est cimera ».

<sup>1</sup> M. rugit. — <sup>2</sup> M. om. contrahire. — <sup>3</sup> M. om. fere. —

<sup>4</sup> M. plantatam.

*Pro dialectico.*

Exclamat dialecticus asserens quod dialectica est veritatis et falsitatis inquisitiva, viam aperit ad omnia initia methodorum. Unde sine ipsa nil potest aliquis ostendere vel probare. Nam dialecticus sicut falco volitat, tendit arcum questionis, infigit syllogismi sagittam, velut balista percutit resistentes, retundit iacula opponentium, instat probabiliter, decipit<sup>1</sup> sophisticæ, similium, contrariorum et expositorie clipeo se defendit.

*Contra.*

Garrule quid declamitas, cur sub umbra verborum deliras? Ecce dum ad similitudinem demoniaci percutis, volas manuum<sup>2</sup> perstrepere plantis pedum non cessas, garriendo spumas, et spumendo garris, tuum nomem pronuntiare non vales. Scientia nempe tua est velut alumen quod est preambulum ad colorem, sed per se cuiuslibet panni substantiam dissipat.<sup>3</sup> In dialectica nempe tua nudus ut vermis remanes, qui contra naturam nititur esse pilosus.

*Pro oratore.*

Sedet orator pro tribunali, et quoslibet ad oratoriam facultatem invitat, allegans quod nemo potest in aliquo<sup>4</sup> recte loqui seu gloriose vocis munimine roborari, aut habere copiam in dicendo, vel dulci sermone, suasibili exordio, et affabili oratione alicui suadere sine documento rhetorice facultatis.

*Contra.*

Fistula oris officio ventum de utre attrahit, quo resonat et dulciter modulari videtur, et sic orator de vento mendacii audientium aures demulcet, linguam ad vendendum exponit, defert adulationis oleum in vesica, nugatur in equivocis, nititur in verisimilibus, rectum enervat, falsum roborat, damnat innocentem, liberat condemnandum, quia non curat de falsitatibus manifestis, dummodo probare valeat quod intendit.

*Pro arithmetico.*

Suadet arithmeticus numerare et abacum<sup>5</sup> reputat pro veritate, affirmans quod super omnia est scientia numerorum.

*Contra.*

Tu nihil vel parum habes, sed numeras aliena, et in hoc est similis tibi quilibet trapezita; unde non debes de scientia numeri gloriari, quia vix aut numquam est aliquis adeo inscius, qui suam ignoret pecuniam numerare.

*Pro geometra.*

Geometra quoslibet ad scientiam mensurandi sollicitat et invitat, credens esse arduum triangulos et

quadrangulos designare. Loquitur enim de sesquialtera proportione, reflectens lineas ad diametrum, et firmiter affirmat hanc esse scientiam eligendam.

*Contra.*

Faber lignarius geometre mensurando concludit, et quod sub nube recitat et vocaliter instruit esse agendum sibi realiter demonstrabit. Vidi namque hominem penitus litteratura carentem qui super magnum flumen spatium aeris in animo taliter comprehendit, quod superpositis lignis que in litore fuerant ordinata, pons est absque omni superabundantia et diminutione perfectus. Rurales etiam viri absque geometria vocali cum funiculis et perticis melius terram mesurant quam facerat aliquis geometra.

*Pro musico.*

Ad dulcia modulamina vocum invitat musicus modulari volentes, asserens quod sine musica in vanum laborant cantores.

*Contra.*

Sine arte musica dulciter modulatur in arboribus Philomena, alauda in ascensu poli pariter et descensu ponit dulcissimas melodias. Calandra, merulus, et cardellus propter varias et iocundas voces cum summa diligentia nituntur nec indigent subsidio musico in cantando, et nunquam per dissonoritates transcurrunt. Et homo qui est rationalis creatura errat dum temperat monochordum, et quantumcumque fuerit in musica eruditus in vocum positione delirat sepe: unde cantandi artificium relinquendum est consuetudini et nature, non regulis musicorum.

*Pro astrologo.*

Dicit se astrologus dispositiones celestium intueri, cursus inspicere planetarum, eosdem subtilitate ingenii coequare, xij signa celestia contemplari, numerare stellas, zodiacum et spheram<sup>6</sup> in ipso firmamento comprehendere intellectu, per que dicit se iudicare posse de futuris.

*Contra.*

Homo derivatus ab humo dum oculos figit in celum et stellas numerat, sine dubio delirare videtur. Humanitatem enim transcendit, qui celestia se scire fatetur. Profecto nullus est in terris qui adhuc fuerit in celis, nisi qui de celo descendit, quia celum celi domino, terram<sup>7</sup> autem dedit filiis hominum, in quam per privationem vite rediget corpora eorumdem. Profecto multi viri providi et discreti per coniecturas presagiunt de futuris. Nam et sagaces naute plus noverunt de mutationibus temporum per consuetudinem, quam astrologi per doctrinam.

<sup>1</sup> M. om. decipit. — <sup>2</sup> Sic V. — <sup>3</sup> M. dissiparet. — <sup>4</sup> M. om.

in aliquo. — <sup>5</sup> V. ambacum — <sup>6</sup> V. sperem — <sup>7</sup> V. terra.



*Pro physico.*

Moderatores humane nature et scientie naturalis inquisitores physicam profitentur, que dicitur a physi quod est natura. Isti quidem veram sapientiam imitantur dum corporibus que alterationi, fluxui et corruptioni ex prime contagionis vitio subiacent, subvenire laborent, quorum officium est sana corpora in sanitate physicalibus auxiliis conservare, egra et neutra reducere ad temperantiam, vel pronosticare secundum physicales<sup>1</sup> regulas de futuris.

*Contra.*

Omnes qui exercent ministerium physicale, illis valent merito similari qui pro diurno denario insistunt vacuationibus cloacarum, ex eo quod iugiter urinas et stercora contemplantur. Verumtamen dicere non timescunt nihil turpe quod utile, unde habere peroptant lucrum in bursa et fetorem ad nares.

*Pro metris et rhythmis.*

Metra et rythmi hoc habent facere in litteratura, quod in vulgari cantiones, quia lucrari et delectari volebant poete.

*Contra.*

Metrificatores et rythmatores histrionum vestigia imitantur, et cum sillabas numerant et pedum inspiciunt quantitatem, magistri debent pedanei nominari.

*Pro nigromantico.*

Nigromanticus per imagines, incantationes, fumigia, et consecrationes librorum mirabilia se facere arbitratur, quia demones credit includere in anulo vel ampulla.

*Contra.*

Nigromanticus dum laboriosis et damnabilibus exercitiis libros et anulos nititur consecrare, execrabilis remanet et delusus, quia ipso iure fit infamis.

*Pro geomantico.*

Geomanticus per figuras, puncta, et domunculas, se vaticinari perhibet de futuris.

*Contra.*

Geomantice, cum per huiusmodi vanitates speras te esse in domo fortune, infortunatus remanes et derisus.

*Pro spatomantico.*

In spatulis arietum et pectoribus gallinarum spatomanticus prophetizat, quare dignis est laudibus commendandus.

*Contra.*

In spatulis arietum et substantiis<sup>2</sup> gallinarum carnes, lane, atque penne sunt absque dubio requirende, sed

ossa canibus relinquantur, qui acutis dentibus in eis presagiunt de futuris.

*Pro pyromantico.*

Pyromanticus prophetizat in igne, quare potest dici dominus ignis atque calor.

*Contra.*

In eximie stultitie fornace pyromanticus aduri videtur, unde credit quod progrediatur de ignitis carbonibus et flammis prophetia.

*Pro alchimico.*

Alchimicorum caterve celos transcendunt, ex eoque cum quatuor spiritibus nituntur in aurum et argentum metalla vilia transmutare.

*Contra.*

A specie fatuitatis vix potest alchimicus removeri, quia si milesies oberraret, semper diceret « unum deficit, et de contingentibus omisi » et ita pervenit ad nihilum, quia *de nihilo nihil* est verum.

*Pro iure civili.*

Ius civile urbis et orbis optinet monarchiam dum statuit, interpretatur, iubet, iudicat, punit atque permittit; unde qui contra ius loquitur peccat in crimine lese maiestatis, cuius digna vox principem legibus absolutum profiteri dignatur esse legibus obligatum.

*Contra.*

Civile ius non debet plurimum commendari, quoniam per ipsum vel cum ipso non regitur centesima pars orbis terrarum et quia est vituperabile per statuta rusticorum iugiter evanescit et plebiscita popularia sibi auctoritatem subripiunt et favorem; quia non sine pudore tacere cogitur ubi plebiscitum loquitur vel statutum.

*Pro iure canonico.*

Ius canonicum est ecclesie robur, fidei orthodoxe columna, et candelabrum super quo ponitur luminare maius ad illuminationem christiane plebis. Per ipsum namque solvuntur omnes ambigue questiones, et dirimuntur ambigua facta causarum.

*Contra.*

Ius canonicum substentatur baculo alieno, quia non habet originem actionum; unde tam in contestatione litis quam in cognitione causarum et sententiis promulgandis iuris civilis cogitur auxilium implorare. Preterea vix aereos flatus exhaurit, quia magna pars est adhuc in utero matris, unde sciri non potest qualiter natura membra capiti concordabit, maxime cum pars producta iugiter varietur.

<sup>1</sup> M. falsitatem. — <sup>2</sup> V. substatiis.

*Pro theologia.*

Contra theologiam, que in terris divinis est obsequiis deputata, nemo debet aliquid allegare, quoniam illa sola remanebit, quando causidicorum lingue cessabunt et mundana sapientia destruetur.

**VI. De palliatione.**

*Quid sit palliatio.*

Palliatio est quoddam velamen sub quo aliquando veritas, aliquando falsitas occultatur.

*Unde dicatur.*

Dicitur autem palliatio a pallio per subtilem transumptionem. Nam cum quis elevat pallium et reflectit, aliqua valet sub eo curialiter occultare.

*Narratio que fit sub palliatione.*

Sub minori cautela fuerat pecunia derelicta, unde pincerna illam reposuit et abscondit, ut camerarius in custodiendis rebus diligentior sollicitudinem adhiberet; quare sagax et providus est absque dubio reputandus. Non fuit ergo in eo furti species, immo provisionis instructio vel cautela. Nimirum in multis locis consimile frequenter accidere consuevit, vel fit aliquando rerum absconditio causa ludi et socialis dilectionis. Verum est quod famulus illius absque voluntate domini pecuniam iam expendit, unde culpa est in famulum retroquenda. Scitur enim et a nemine dubitatur quod multa committunt famuli que noscuntur dominis displicere.

*De consuetudine palliatoris.*

Omnis qui palliatione utitur, consuevit aliquando subridere, verba proferendo mollia, et exempla inducere cavillosa.

**VII. De subductione.**

*Quid sit subductio.*

Subductio est adornatio qua vir subdolos inducit hominem improvidum ad revelandum minus provide veritatem vel mendacia proferendum.

*Narratio doctrinalis.*

Omnes fere viri et mulieres habent subducendi scientiam a consuetudine vel natura. Unde non expedit inducere suffragia exemplorum.

**VIII. De ironia.**

*Quid sit ironia.*

Ironia est adornatio sub cuius velamine absconditur indignatio referentis.

*Narratio doctrinalis.*

Viri subdoli et sagaces utuntur occultissima ironia, et minus providi nesciunt sagaciter sub ironie velamine indignationem animi occultare.

**VIII. De fictione.**

*Quid sit fictio.*

Fictio est adornatio qua fingitur aliquid quod potuit esse verum, aut fabula que contraria est penitus veritati.

*Narratio doctrinalis.*

Huiusmodi autem fictiones sunt exempla que roborant propositum oratoris.

**X. De aggregatione.**

*Quid ut aggregatio.*

Aggregatio est dictionum vel distinctionum positio ad laudem vel vituperium alicuius.

*De aggregatione positivorum.*

Ad laudem, ut « largus, affabilis, benignus, humilis, pius, providus, honestus, sapiens et discretus ». Ad vituperium ut cum dicitur « avarus, rigidus, crudelis, superbus, impius, improvidus, luxuriosus, insipiens et indiscretus ». Potest dici de aliqua « generosa, preclara, amabilis, affabilis, tractabilis, et iocunda »: vel per contrarium « rustica, tenebrosa, odibiliis, rigida, horrida, et inepta ».

*De aggregatione comparativorum.*

De comparativis autem duarum vel trium dictionum debet fieri aggregatio, pro eo quod oratio facilius recipit incrementum, ut « sapientior, benignior et discretior illo non vivit in orbe » aut « insipientior, crudelior et indiscretior illo non invenitur hodie super terram ».

*De aggregatione superlativorum.*

Superlativorum equidem raro vel nunquam debet fieri aggregatio, ex eo quod superabundantes generant intellectus. Ceterum si contingat de superlativis aggregationem fieri, duo tantummodo aggregentur, ut « benignissimus et largissimus » vel « crudelissimus et avarissimus ».

*De aggregatione verborum.*

Verba quoque similiter aggregantur, sicut in multorum operibus poteris invenire. Nam ego ipse in prologo Boncompagni dixi quod « invidia murmurat, stridet, fremit, delirat, devorat, anxiatur, livet, pallet, perstrepat, nauseat, delitescit, latrat, mordet, furit, spumat, insanit, ignit, garrit et gemit, quando nocere non potest ».



*De aggregatione participiorum.*

De participiis potest fieri aggregatio, sed ultra duo aggregari non debent, ut « iubilans et exultans ».

*De aggregationem pronominum.*

Pronomina vero aggregari possunt. Verumtamen adornatio facta ex illis iocunda esse non potest.

*Quod prepositiones et coniunctiones aggregari non possunt.*

Prepositiones et coniunctiones ab aggregationis consortio repelluntur, quoniam earum significationes coguntur aliis deservire; sed prepositiones inveniuntur aliquando aggregate cum dicitur « pro et contra. »

*De aggregatione adverbiorum.*

Duo siquidem adverbia et non plura debent sine dubio aggregari, ut « prudenter et caute ».

*De aggregatione interiectionum.*

Interiectiones vero possunt aliquando aggregari, ut « ve, ve, pro dolor ». Et notandum est quod quando-cumque dictiones taliter aggregantur, quelibet dictio unius distinctionis locum noscitur obtinere.

*De conduplicatione aggregationis.*

Aggregationis conduplicatio fit ex duabus dictionibus in septem vel octo aut novem distinctionibus in una clausula positis.

*In septem hoc modo:* « Spe firmus, fide preclarus, caritate fundatus, benignitate decorus, honestate pre-ditus, munificentia commendatus, sapientia redimitus ».

*In octo hoc modo:* « Spei perversor, fidei violator, caritatis persecutor, benignitatis adversarius, honestatis corruptor, avaritiae baiulus, iniquitatis fomes, sapientie impugnator ».

*In novem hoc modo:* « Diligit iustitiam, amplectitur equitatem, stat intrepidus, inexpugnabilis manet, inexplicabilis durat, inconcussus perseverat, incorruptus letatur, cuncta perquirat, examinat universa ».

*De tribus dictionibus positis in clausula de decem distinctionibus:* « Certus in spe, dulcis in eloquio, in misericordia humanus, in respondendo suavis, in discernendo sagax, in prosperitate mitis, in adversitate securus, strenuus in facto, benignus in aspectu, fortissimus in conflictu ».

*De quatuor dictionibus in quatuor distinctionibus positis hoc modo:* « Hic publicum homicidium perpetravit, periurium committere non erubuit, nocturno tempore surripuit monialem, sacrilegus extitit predator ».

*De quinque dictionibus in quatuor distinctionibus positis hoc modo:* « Novit Deus qui cuncta rimatur quod dicta crimina non commisi, nec sum culpabilis de obiectis, quamquam hec mihi obiciant detractores ».

*De sex dictionibus in tribus distinctionibus positis hoc modo:* « Unius macule corruptela fama laudabilis denigratur, crescit pudor infamie plurimum relationibus detractorum, et subdola machinatio vestigium impedit bonitatis ».

**XI. De synonymis.**

De synonymis potest fieri adornatio qua frequenter utimur pro gravaminibus et miseriis afflictorum, unde cum dicitur « Miser sum corpore, miserior sum habitu, miserorum carmen decanto, mihi miseria superadditur, miserie mee non est finis, quia miserior me non potest alicubi reperiri, unde possum dici miserrimus ex eo quod nemo est qui meam velit miseriam misericorditer intueri » vel « Felix esse videtur qui felicitate pollet; unde inter felices, immo felicissimos potest merito computari ex eo quod omnes eventus habet felices, et cuncta sibi feliciter respondent ad votum ».

*Notule doctrinali.*

Et est notandum quod huiusmodi aggregationes et sinonima possunt extendi et breviori secundum libitum perorantis.

**XII. De digressionibus.**<sup>1</sup>

*Quid sit digressio.*

Digressio est declinatio materie inchoate in aliam que per obliquum vel directum respicit principalem. Item digressio color est sed frequentissime discolorat, cum orator in tantum digreditur quod trasgreditur, ex eo quod sine prolixitatis vitio nescit vel non potest redire ad materiam principalem. In digressionibus autem ponuntur similia et contraria ut principales materie roborentur; ponuntur etiam inaudita ut homines adjuventur; item ponuntur iocose narrationes et fabule ut retineantur auditores tedio fatigati.

*Unde dicatur.*

Digressio dicitur a *digredior digrederis*; nam omnis qui digreditur diversimode graditur. Item digressio similis est rivulo qui de flumine progreditur, qui extra quandam partem irrigat sed postmodum ad locum facit regressum.

INCIPIT LIBER DECIMUS

**De invectivis.**

*Invectiva contra glosatores.*

Ab antiquis fuit in iure notatum quod simplicitas est amica legibus: simplicitas enim est puritas anime proveniens ex caritate que omnia credit, non cogitat in alium, non gaudet super iniquitate; unde spiritus sanctus in specie columbe visus est, que simplex esse dicitur

<sup>1</sup> In V. deest totum hoc capitulum de digressionibus.



quia natura illam sine felle creavit. Videtur ergo res in alteram verti naturam, quando loco simplicitatis duplicitas, cavillatio, fraus, dolus malus, amphibilogia, machinatio, deceptio, tergiversatio, intricatio, interpositio, sophisma, fallacia, callida ratio, et supplantatio timorosa ponitur per nequitiam glosatorum. Ipsi quidem convertere moliuntur sanguinem uve veracissimum<sup>1</sup> in amurcam, et amurcam pro balsamo intelligi persuadent ut sit lucidus intellectus littere tenebrosus, et lux in tenebris abscondatur. Lex est qua dicitur: *Si quis in tantam furoris audaciam pervenerit* ubi sine ambiguitate aliqua pertractatur de vi que inferitur et de pena que imponitur violentiam inferenti; et glosatores, immo somniatores centum sexaginta et quatuor questiones, ad illius legis expositionem inducere non verentur. Revera in una lege aut unam aut nullam sententiam poteris invenire: quia una fuit intentio materiam exhibentis et una fuit intentio perorantis; quare derisibilis est illa glosa que a mente discrepat componentis. In hac siquidem lege distinguendum est de furore et de audacia. Furor enim est ira sine providentia, qua promotus aliquis irrationabiliter sevit. Nam secundum istum intellectum furiosus debet puniri et restitutio est in integrum facienda. Si autem furor ex morbo provenit, furiosi excessus relinquitur impunitus. Audacia est impetuositas tentandi ardua contra consuetudinem generalem. Item si aliqui sunt audaces per potentiam temporalem aut excellentiam virium, et audacia illa in aliorum damnum sine causa vertatur, sunt absque dubio puniendi. Illi vero qui sunt audaces per virtutem animi aut urgentis necessitatis articulo imminente, absque nota reprehensionis sine dubitatione remanebunt impunes. Profecto lex ista non indiget alia solutione vel glosa. Item in lege illa qua dicitur *Gallus Aquilius* tractatur quomodo lex aquilia intendit subvenire nepotibus ex primo gradu descendentibus et filiis filiorum, unde glose hinc inde resultant, et demum non valet intelligi quod glosatur. Item Guarnerius, qui prius rexisse dicitur in iure civili, super lege illa qua dicitur. *Non videtur esse circumscriptus minor qui usus et iure communi* hoc modo glosavit: Consequentiam tollit nec oppositum infert quia pars eius est. Hic nempe mirabiliter somniavit, immo sine dubio deliravit: quia glosa ista discrepat a conformitate vocis et rei. Ceterum si dicatur *circumscriptus idest deceptus*, nihil ibi remanet ad glosandum. Pro certo ego ipse in prologo summe Azonis dixi, quod « dum glosa glosam requirit, lumen queritur a tergo, sententia spernitur et in amphibologie mergitur layerinthum ». Item lex est que dicitur *usucapio, pigneris*<sup>2</sup> *conventionem non extinguit*. Hec namque lex ita debet glosari: si per usum quis tenuerit rem alteri

obligatam, cautio debet pigneratitia nichilominus observari. Item *sacramenta puberum sponte facta in contractibus rerum suarum non retractandis* non debent glosari, et si glosandum est aliquid, hec dictio *sponte* ita glosetur: « idest sine coactione aliqua ». Item lex est qua dicitur: *Certum est omnes male fidei possessores solere ususfructus cum ipsa re prestare*: sed licet dicatur *certum est*, ego tamen dico quod non est certum, immo incertum: quia nihil est certum in iure propter malitiam glosatorum, qui per diversitates opinionum sunt velut stelliones varii et in suis expositionibus maculosi; quare possent ut fallaces impostores de stellionatus crimine conveniri, maxime cum iuris peritis in titulo *de iure veteri enucleando* expressime iubeatur, ne verbositate sua iuri aliquid superaddant ad confundendum compendium ab imperiali maiestate inventum: presertim cum in tali prato aliquid spinosum non debeat exoriri. Permittitur eis aliquando, sed raro, quod propter indaginem et divisionem aliqua possint dicere circa textum; sed ipsi non raro, immo sepe et multum, glosas multiplicant que crescunt sicut locuste Pharaonis, et cadunt super textus velut grandines et horribiles tempestates. Huiusmodi siquidem glosas et expositiones inanes vana gloria et rerum ambitio mundanarum sine dubio invenerunt. Nunc autem exclamare licet: O pudor detestabilis o tedium aborrendum! Non est hoc mirabilius mirabili, immo miserabilius miserabili, quod leges municipales, plebiscita, et statuta rusticorum tanta felicitate atque auctoritate refulgent, quod secundum litteram intelliguntur sine glosis et solutionibus alienis, et summorum pontificum ac imperatorum iussa non valent intelligi absque interpretationibus glosatorum, maxime cum sit scriptum « in iure cuius est condere, ipsius et interpretari. » Sunt autem quidam qui iuramenti vinculo se astringunt, quod facient apparatus. Unde antequam iurent videntur esse periuri. Verumtamen si iurarent quod furtum facerent<sup>3</sup> absque nota periurii remanerent latrones, quoniam aliorum compilationes addendo vel minuendo aut enormiter variando sicut fures depilant, et depilatio nihil est aliud quam furtiva subtractio alieni laboris. Demum contra glosatores lex talis esse deberet: « Iniuriosa iuris expositio et sacrarum legum interpretatio cancerosa maiestati nostre manifeste suadent, ut in eos exercere debeamus iudicium ultionis qui de una lege, contemptis iussis principum antiquorum, elicere satagunt centum et sexaginta quatuor intellectus, non attendentes quod iura in pectore nostro consistunt, et condendi et interpretandi potestatem omnimodam optinemus. Ideoque iubemus<sup>4</sup> et inviolabiliter precipimus observari, quod nemo super una lege numerum ternum excedere debeat in glosando: sed cuique sufficiat solutio triplicis intellectus,

<sup>1</sup> V. meracissimum. — <sup>2</sup> V. gigneris. — <sup>3</sup> M. committerent.

<sup>4</sup> M. om. ideoque iubemus.



quia funiculus triplex rumpi difficile consuevit. Item scriptores qui plurimorum animas gladii mendacio transfixerunt, et transfigere iugiter non desistunt, iudicemus esse infames: sed cum eis mitius est agendum, ex eo quod omnes qui ad scribendum pretio nummario conducuntur, eximii laboris martyrio sunt proscripti, et paupertatis honore agravati. Si quis autem hoc nostre constitutionis edictum ausu temerario presumpserit violare, ipso iure sit infamis, et tamquam ille qui peccat in maiestatis crimine puniatur ».

*Invectiva actoris contra reum.*

Qui petit fugam et iudicio sisti recusat, aut de iure diffidit, aut frivola nititur machinari.

*Alia de consimili materia.*

Si reus non venit ad causam et per iudicem compelli non potest, vane proponitur actio querelantis.

*Contra delinquentem in latino.*

Utinam lex illa hodie servaretur, qua olim statutum erat, ut qui caderet a syllaba succumbere deberet in causa; nec istud pro illo refero, qui aliquando barbarizat et delinquit sepius in latino.

*Invectiva contra.*

Nudi grammantes, qui non de iure sed de sola vocis prolatione confidunt, lingue lubricum intuentur, credentes quod iura civilia subiaceant regulis Prisciani.

*Invectiva contra verbosum.*

Iubemur non contendere cum verboso, quoniam qui sibi respondet, contra cymbalum satagit retinnire atque campane sonitum superare. Verbosus est tamquam uter inflatus, et tumescit sicut vesica que crepat.

*Invectiva verbosi contra illatorem iniuriarum.*

Qui per obliquum loquitur de verboso, per directum forsitan verba patietur.

*Invectiva contra.*

Si non esset pro reverentia iudicum, penam forsitan patereris quam inferre minaris.

*Comminatio iudicis contra partes.*

Iure cavetur quod non est probris sed legibus<sup>1</sup> disputandum. Quid est igitur quod vobis ad invicem infertis convitia cum illatione minarum? Profecto si ulterius dicere consimilia presumetis, contra vos exercebimus canonicam disciplinam. Insuper volumus quod nobis continuo prebeat pignoraticiam, fideiussoriam, et iuratoriam cautionem.

*Invectiva syndici contra iudices.*

Per effectum operum evidentius possumus intueri, quod in processu cause plurimum claudicatis, partem nostram expensis et laboribus fatigantes.

<sup>1</sup> M. obbrobriis.

*Replicatio advocati pro syndico.*

Ex fervore spiritus et minori providentia verba nostri syndici processerunt, unde medullitus ingemiscit. Quare vestre clementie humiliter supplicamus ut complacentior<sup>2</sup> sitis adhuc, et in fine misericordiam vestram abscindere non velitis.

*Narratio advocati qui allegando simpliciter oberavit.*

Amor excellentie iure proprie me non ita extollit, quod ea que semel dixerim meliori sententie anteferre contempnam. Vos enim ex officio minus provide allegata tenemini moderari, et mihi licitum est discedere ab erratis.

*Invectiva contra illos qui desiderant controversiis et litigiis interesse.*

O vos qui controversiis et litigiis cupitis interesse, considerate si possunt esse dolores illorum doloribus coequales, qui navigant in mari causarum. Et si mihi non creditis, interrogate illos qui causarum conflictibus insistere sueverunt, et dicent vobis quomodo in porrectione libelli, in contestatione litis, in reconventionem dolosa, in exceptionibus cavillosis, in simulatoriis replicationibus, in consiliis palliatis, in protractionibus terminorum, in longis interpositionibus feriarum, in sententiis interlocutoriis et finitivis, in appellationibus iteratis, in tergiversationibus assessorum et in exatione salarii aggravantur. Item contra formam divini iudicii fit reversio testium: testium dico, qui per malignorum advocatorum astutias malitiosius instruuntur. Post hoc venit regina pecunia cum tubis ductilibus, et voce tube cornee, in fimbriis aureis, in vestitu deaurato circumamicta varietate, portans in capite scriptum carmen damnandorum. Hec dispensat, hec rigorem iuris exercet, defert appellationi, rescindit pacta, laxat habenas, prebet indutias, destruit principale, roborat accessorium, solvit leges et questiones ab equitate inductas, et omnia secundum suum maleplacitum ordinat et disponit. Cum igitur in causarum pelago litigantium navicula tempestosis fluctibus et procellis fluctivagis agitetur, per amicabilis compositionis remedium applicare debetis ad portum quietis.

*Invectiva per fabulam contra illos qui pro re modica non desinunt litigare.*

Lepos et ovis in prato spatiosissimo pascabantur: et dum viverent in solatio et quiete, ovis movit contra leporem frivolam questionem, dicens quod ei plagam orientalem relinqueret ad pascendum; sed lupo hoc fieri denegavit, unde inter utramque partem valida lis est orta; quare ceperunt sub leone iudice litigare. Tunc

<sup>2</sup> V. completitior.



ovis, actoris gerens officium, vulpis cuiusdam patrocini-  
nium postulavit, que sua vellera pro salario expetivit.  
Unde lepos pro advocatione vulpem aliam acquisivit, cui  
propriam corium pro salario pignori obligavit. Et cum  
diutius litigassent, ovis illa vellere denudata remansit,  
et lepus proprio corio spoliata recessit. Unde vulpes  
ceperunt ad invicem exultare. Hec siquidem fabula non  
vacat a mysterio; quoniam lepos et ovis hominibus im-  
providis comparantur, qui pro re modica vel quasi nulla  
sub leone, id est suo iudice ordinario vel delegato non  
desinunt litigare. Vulpes autem sunt advocati qui, post-  
quam habent salaria, litigantes derident et exultant sicut  
victores qui capte prede spolia partiuntur.

*Narratio qua connumerantur mala que aliter pos-  
sunt de causarum conflictibus provenire.*

De huiusmodi siquidem controversiis oriuntur inimi-  
citiæ capitales, fit amissio expensarum, superveniunt sol-  
licitudines onerose, principalia et utilia negotia postpo-  
nuntur, labor animi exercetur, corpus assidue fatigatur,  
et mortalia crimina committuntur. Nam et illi qui cre-  
dunt se penitus optinere, frequenter succumbunt in  
causis; et si forsitan obtinent, computatis laboribus et  
expensis, nil acquirunt.

*De tribus rebus sine quibus nemo potest in causis  
aliquibus optinere.*

Tria sunt necessaria causari volenti, scilicet ius,  
pecunia et potentia. Nam si ius habere non credit  
frustra laborat, vel animam ledere comprobatur. Pro  
certo si pecunia sibi defuerit, ius quod ei competit non  
valebit. Nimirum si potentiam non habuerit, ius quod  
sibi per sententiam est collatum amittet.

## INCIPIT LIBER UNDECIMUS

### I. De consiliis.

*Quid sit consilium.*

Consilium est deliberationis auxilium, quod postula-  
tur a viris prudentibus vel amicis in communibus nego-  
tiis vel privatis.

*Unde dicatur.*

Consilium dicitur a consiliario, ex eo quod consi-  
lium est effectus consilarii.

*Quid sit consiliarius.*

Consiliarius est qui ratione scientie vel officii seu  
amicitiæ, aut interventu precum vel munerum, consilium  
cum deliberatione noscitur exhibere.

*Quid sit deliberatio.*

Deliberatio est cautela, secundum quam homines eli-  
gere satagunt quid sit in rebus dubiis eligendum.

*Quid sit cautela.*

Cautela est congrua et sollicita provisio de futuris.

### II. De sapientia et virtute.

*Quod per sapientiam et virtutem debeant omnia  
consilia terminari.*

Sapientia et virtus sunt in consiliis velut duo lumi-  
naria que clarificant mortalium animos, et ipsos in se-  
mitam dirigunt veritatis. Sed quia triplex est sapientia,  
ideo tripliciter describenda. Similiter virtus est triplex,  
et ideo tripliciter distinguenda.

*Quid sit sapientia Dei.*

Sapientia Dei est divine maiestatis auctoritas, qua  
summus opifex cuncta ordinat et disponit.

*Quid sit sapientia mundanorum.*

Sapientia mundanorum est arbitraria potentum con-  
stitutio, per quam fraus, dolus, et astutia cavillosa iugi-  
ter exercentur.

*Quid sit sapientia philosophorum.*

Sapientia philosophorum est divinarum et humanarum  
rerum sollicita indagatio.

*Quid sit virtus Dei.*

Virtus Dei est omnipotentia ineffabilis.

*Quid sit virtus hominis.*

Virtus hominis est habitus animi omnia honesta  
complectens.

*Quid sit virtus rerum.*

Virtus rerum est specifica potentia que ipsis rebus  
naturaliter est insita.

### III. De impedimentis consiliorum.

*Que sunt que deliberationem impediunt nec per-  
mittunt consilia utilia exhiberi.*

Decem et septem sunt que deliberationem faciunt  
vacillare nec permittunt utilia consilia exhiberi; diver-  
sitas, alteratio, subversio, pusillanimitas, fraus, super-  
stitio, furor, invidia, proditio, negligentia, pigritia et  
omnia que in titulo *de legitime sententiæ obstaculis*  
continentur.

*Quid diversitas.*

Diversitas est contrarietas voluntatum.

*Quid alteratio.*

Alteratio est odibilis contentio.

*Quid sit subversio.*

Subversio est utilium consiliorum permutatio.

*Quid pusillanimitas.*

Pusillanimitas est dispositio animi timorosa.

*Quid fraus.*

Fraus est dolosa nocendi exercitio.



*Quid superstitio.*

Superstitio est fastus elationis, qua superstitiosus omnibus superesse laborat, nec arbitratur quod sibi possit aliquis coequari.

*Quid arrogantia.*

Arrogantia est effrenata mentis dispositio, suorum excedens terminos meritorum.

*Quid superbia.*

Superbia est elatio furiosa, quam aliquis de sua potentia et prosperitate cum excellenti fastu et prerogativa ostendit.

*Quid potentia.*

Potentia est que sua materiali valet gladio pretueri, et aliena per violentiam occupare.

*Quid furor.*

Furor est qui velut turbo consurgit, et incipit absque omni provisione seuire.

*Quid invidia.*

Invidia est lesio conscientie que de alienis prosperitatibus toxicatur.

*Quid proditio.*

Proditio est blanda et melliflua verborum positio de conscientia venenosa procedens.

*Quid negligentia.*

Negligentia est dubitatio anime onerosa proveniens ex metu laboris, ad aliquid incipiendum vel finiendum inceptum.

*Quid pigritia.*

Pigritia est animi dispositio imbecillis in qua ex occultis vitiorum accidentibus robur spirituum delitescit, et compages membrorum horrescunt. Unde piger quasi dormiens excitatus a somno vacillat et nescit in quam partem declinet. De pigro nempe dicit Salomon *Lapidabitur piger stercore bovino*, ex eo quod bos est pigrum animal, quia non precedit aratrum nec trahit vehiculum nisi ferreo stimulo repungatur.

*Quod amor, timor, odium, et munus sint superius definita.*

Amor, timor, odium et munus in titulo *de legitime sententie obstaculis* sunt regulariter definita.

**III. De diversis opinionibus super serie consiliorum.**

*De suffragiis exordiorum in consiliis.*

Illi qui volunt surgere in consiliis ad loquendum exordiri appetunt propter consuetudinem generalem, unde ad librum de causarum exordiis recurrere non postponant; quoniam ibi per variationis auxilium exordiendi valebunt suffragia reperire.

*Quod ardua non debeant sine consilio terminari.*

Temerarium est et periculosum valde ardua negotia sine deliberatione atque consilio terminare; presertim cum Salomon suadeat nihil esse absque consilio faciendum, ex eo quod post factum minime penitebit.

*Quid sit iunioribus in consiliis deferendum.*

Iunioribus est in consiliis deferendum quoniam ipsi queque singula perspicacius contemplantur, et ex complexionis habilitate ac excellentia virium communia et privata negotia sciunt utilius pertractare.

*Quod senum in consiliis deferre debeamus.*

Senum consilia debemus inviolabiliter observare, quia ex etatis annose maturitate discretius et utilius tractant res publicas et privatas nec labuntur facile in ruinam, quia et rerum antiquarum sunt memores et sapientius eventus preconsiderant casuales.

*De opinione Saracenorum super senum consiliis.*

Saraceni verisimiliter arbitrantur, quod senes christiane professionis quanto plus in etate procedunt, tanto magis eorum ingenia pigritantur et sensus corporis delitescunt, ex eo quod immoderata vinorum degustatio tam animales quam naturales virtutes conturbat; unde salu- tificera non possunt consilia exhibere. Senes autem eorum compositas vel simplices aquas degustant, quare non fit substantialis humiditatis dissolutio, neque deperditio memorie naturalis; unde in maiori temporis incremento magis inveniuntur sagaces ad consilia exhibenda.

*Quales esse debeant qui ad exhibenda consilia eliguntur.*

Illi qui ad exhibenda consilia eliguntur debent esse scientia redimiti, constantes in fide, avaritie contemptores, bone opinionis odore fragrante, in disumendo sagaces, in exquirendo seduli, in deliberando callidi, in rerum varietate astuti, et in opinionum diversitatibus circumspecti.

Qui super alios obtinent plenitudinem potestatis debent prudenter examinare consilia, librare diligenter audita in statera consilii sanioris, queque singula ponderare, quia veri similitudo est quedam illusio veritatis.

*De illis qui conqueruntur quod consilia postulata semper in contrarium terminantur.*

Ecce a nobis iugiter consilia postulatis, exquiritis diligenter quid super dubiis sit agendum, et demum spretis consiliis singulorum semper in contrarium vestra consilia terminatis; unde vos velut signum ponitis ad sagittam, culpam nostre imprudentie de contrariis eventibus imponentes. Si vero casualiter aliquid cedat vobis ad commodum<sup>1</sup>, horrida impropria sustinemus et de insipientia et ingratitude infamamur.

<sup>1</sup> Incommodum ?



*De secretorum revelatione consiliorum.*

De nobis exeunt qui velut serpentes callidi sibilant in auribus aliorum, et nostra consilia revelare non timent; unde nescio qua via procedere debeamus, presertim cum iuramenti religio violetur, et nemo sit qui fidem possit alicui adhibere.

*De prolixitate consiliorum.*

Consilia vestra fluctuant et tumescunt et in uno instanti sunt velut prompuaria eructantia ex hoc in illud. Facti estis retrogradi, motu orbiculari volvimini et ad finem pervenire aliquem non curatis. Eritne semper vestra deliberatio in suspenso? Ecce video, quod more muliebri vagamini, pueriliter intabescitis meditando, et in vanarum opinionum devergimini labyrinthum. Minor quidem esset iactura nunquam super aliquo consilium requirere, quam interminabili prolixitate infundi.

*Notula doctrinalis.*

Illi qui habent potentiam et officium dominandi consiliorum seriem et materiam ita ordinant aliquando et disponunt, quod omnes qui sibi desiderant complacere possunt videre ordinem respondendi; quod fieri potest non solum in publicis negotiis sed etiam in privatis consiliis amicorum. Item properat aliquis et dicit: Sepe a me consilia requiruntur, sed dictis meis nulla credulitas adhibetur; unde si male cessit reipublice, non est mihi aliquatenus imputandum. Item non est illis consilium exhibendum, qui iuxta motum insanie voces et actus producunt. Item in iudiciis ultionum fit reductio ad memoriam de obsequiis vel offensis. Introducuntur iura, mores, consuetudines, rigores, dispensationes, merita personam vel excessus pro condemnationibus vel absolutionibus faciendis. Item fiunt consilia sollemnia, secreta, communia et privata, voluntaria spontanea, et mutabilia, in quibus versantur assidue omnes mortalium actiones.

INCIPIIT LIBER DUODECIMUS

**De colloquiis.**

*Quid sit colloquium.*

Colloquium est aliquorum conventus in locis et terminis constitutis, in quo communia vel privata negotia pertractantur.

*Unde dicatur.*

Quia diverse persone et diversis terris et locis pro communibus et privatis negotiis collocuntur, ideo talium personarum conventus dicitur colloquium ex quadam consuetudine approbata.

*Pro quibus causis fiat colloquium.*

Colloquium fit aliquando pro matrimoniis contrahendis, aliquando pro excitandis guerris et seditionibus,

aliquando pro facienda treugua vel pace, et pro aliis negotiis que numerari non possent.

*Quid sit treugua.*

Treugua est pacis preambula, et interposita quies guerrarum.

*Quid sit pax.*

Pax est quies anime cum statu corporis et incolumitate dilectorum.

*De consuetudine colloquii.*

Consuetudo colloquii est adeo generalis, quod in omnibus mundi partibus observatur.

INCIPIIT LIBER TERTIUSDECIMUS

**De contionibus.**

*Quid sit contio.*

Contio est conventus populi, qui secundum consuetudinem civitatis aut loci ad clamorem tubarum vel campane sonitum congregatur.

*Quid sit contionator.*

Contionator est qui sicut tuba exaltat vocem suam super agmina populorum.

*De officio contionatoris.*

Officium contionatoris est adulari, interponere mendacia palliata, et uti persuasionibus deceptivis.

*De consuetudine contionandi.*

Consuetudo contionandi viget in civitatibus et oppidis Italie propter eximiam libertatem.

*Quot sunt que impediunt contionem.*

Quinque sunt que impediunt contionem: videlicet clamor, rumor, tumultus, fremitus, strepitus.

*Quid sit clamor.*

Clamor est ingens vocum emissio.

*Quid sit rumor.*

Rumor est tumultuosus clamor populi; et rumor aliquando ponitur pro novis que recitantur.

*Quid tumultus.*

Tumultus est verborum non intelligibilium alta prolatio.

*Quid strepitus.*

Strepitus est pedum repercussio cum clamore.

*Narratio doctrinalis.*

Omnes contionatores habent contionandi scientiam magis per consuetudinem quam naturam: quia non potest esse scientia naturalis, maxime cum verba contionato-





rum in abusionem et aperta mendacia dilabuntur, nec esse valet quod aliquando non referant veritatem.

*De moribus contionatorum.*

Mos contionatorum est ascendere in spectaculum et in gestibus corporum ostendere venustatem. Petunt in primis ut eis audientia et intelligentia prebeatur et infulati precones non desinunt proclamare dicentes: audi, audi. Postea dominum omnipotentem et ipsius matrem Virginem gloriosam et illius apostoli vel sancti merita quem cives aut habitatores locorum patronum reputant et tutorem, exorant, ut illa contio ad honorem et statum militie atque populi debeat multimode pertinere. Insistunt postea laudibus venativis, et civitates aut oppida vel personas magnificis extollunt preconis et exaltant. Postea incipiunt specificare materiam pro qua fit contio et nituntur militibus atque populo iuxta beneplacitum suadere. Si vero contionator ex officio teneatur sumere de aliquibus ultionem vel ad faciendum exercitum intendat militiam et populum animare, ascendit dextrarium in mentem; qui terram videtur in fremitu conculcare, super quo sedet accinctus gladii, terribilem ostendit faciem, supercilia elevat, extendit cyra et pedes in streupis, agitat calcaria, brachium elevat ad suprema, dextra manu innuit, voce hortatur, infert minas, reducit ad memoriam facta clarissima et victorias antiquorum. In fine siquidem cuiuslibet contionis quilibet contionator persuadet turbis et agminibus populorum, ut de his que retulit suam debeant ostendere voluntatem. Unde omnes et singuli tumultuosos clamores emittunt, pallia elevant et reflectunt, et altius proclamantes dicunt: fiat, fiat. Verum quia contionandi officium rarissime ad viros pertinet litteratos, idcirco hec plebeia doctrina est laicis Italie reliquenda, qui ad narrandum megnalia contionum a sola consuetudine sunt instructi.

*Narratio auctoris in fine operis.*

Ingenium quod inter cogitationum scopulos et laboriose meditationis itinera militavit, quietem satagit desiderabilem invenire. Unde post contionis tractatum finem impono labori, expectans non sine timore horribili ultimam contionem in qua tertius angelus tuba canet, ad cuius sonitum celestia et terrestria movebuntur et continuo universi qui dormiunt in sepulcris vocem filii Dei audient et procedent. Postmodum vero ipse Dei filius in ultimi iudicii contione terribilis apparebit; ante cuius tribunal conturbabitur societas electorum, angelorum agmina contremiscent, et religabitur Sathan in inferni voragine; qui primam causam in celestibus et iniuriosam litigandi materiam adinvenit. Et tunc cessabit omnis causidicorum conflictus, omniumque controversiarum iurgia sapientur; quoniam ex ore sedentis in throno finalis<sup>1</sup> ultima sententia proferetur. Demum supernum iudicem, qui dicitur alpha et omega, idest initium et finis, votivis precibus exoremus, ut in prolatione sententie antedictae nos a peccatorum vinculis absolutos dignetur in parte dextera collocare, ubi cum agminibus electorum invitari mereamur ad regnum celeste; quod iustus et rectis corde fuit ab ipso mundi origine preparatum.

**De tempore dationis rhetorice.**

Data est hec rhetorica Bononie, anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo quinto, indictione octava, per manum Boncompagni oratoris, qui fuit natus in castro qui dicitur Signa Franca, et distat a florida civitate Florentia per septem milliaria. Nam castrum illud situm est inter quatuor flumina et duos pontes lapideos; unde propter aquarum decursus et copiam olivarum indesignabili est amenitate dotatum.

*Gloria sil Christo, laus ingens sitque magistro.*

<sup>1</sup> V. *addit.* et.





# ERRATA-CORRIGE

Errata	Corrige	Errata	Corrige
pag. 10, a. 20, statuimus . . .	statuimus	pag. 191, b. 37, vasallo . . . . .	vasallo
» 10, a. 52, dotum . . . . .	dotium	» 192, a. 11, stipendio . . . . .	stipendia
» 10, b. 6, demonstrat . . . . .	demonstrat	» 192, b. 5, eum . . . . .	idem (Cod. eum)
» 10, b. 20, Unusquisquisque	unusquisque	» 192, b. 10, que . . . . .	quibus (Cod. que)
» 10, b. 37, id . . . . .	eo	» 204, b. 28, concedit . . . . .	contendit (Cod. concedit)
» 12, a. 6, scriptum est, . . .	scriptum est:	» 204, b. 46 debet possessionem	debet: dominus (Cod. debet possessionem recuperare hoc dominus)
» 16, b. 37, coustituantur . . .	constituantur	» 205, a. 12, possessione . . . . .	possessionem
» 19, a. 46, episcopum . . . . .	episcopus	» 205, b. 47, petetur . . . . .	petatur
» 22, a. 37, emendationem . . .	emendationem	» 208, a. 26, quo . . . . .	quo
» 23, b. 1, episcopo . . . . .	episcopo	» 214, a. 29, ad invicem mixta	ad invicem. Mixta
» 27, b. 28, layicus . . . . .	laycus	» 215, a. 30, generae . . . . .	generale
» 28, b. 23, senatusconsultus	senatusconsultis	» 216, b. 45, edionis . . . . .	editionis
» 30, a. 27, tranfertur . . . . .	transfertur	» 218, b. 49, non ex . . . . .	ex
» 33, a. 28, meorumque . . . . .	meorumque	» 221, a. 4, iurisdictione . . . . .	loci ratione
» 35, a. 21, Tincarariis . . . . .	Tincarariis	» 221, a. 28, nutias . . . . .	nuptias
» 35, b. 2, aratoria . . . . .	aratoria	» 221, b. 45, privilegio . . . . .	privilegia
» 35, b. 18, Landulfis . . . . .	Landulfis	» 224, b. 44, ommibus . . . . .	omnibus
» 35, b. 21, qoom . . . . .	quam	» 226, a. 43, sentetiam . . . . .	sententiam
» 35, b. 27, constituerunt . . .	constituerunt	» 227, a. 28, vuluerint . . . . .	vuluerint
» 35, b. 30, omnis . . . . .	omnes	» 227, a. 42, alteri . . . . .	altero
» 36, a. 5, Gisleriiis . . . . .	Gisleriiis	» 228, a. 35, quid . . . . .	qui
» 36, b. 32, alii . . . . .	alii	» 229, a. 8, lega . . . . .	lege
» 38, a. 13, alienes . . . . .	alienas	» 230, a. 38, minoribus dum . . .	minoribus, dum
» 38, a. 14, vel vel . . . . .	vel	» 230, b. 6, salisditione . . . . .	satsidatione
» 39, a. 24, paneri o los . . . . .	paneriolos	» 233, a. 39, sit . . . . .	fit
» 39, a. 46, aliquatenus . . . . .	aliquatenus	» 235, a. 32, insiurandum . . . . .	iusiurandum
» 40, a. 41, scilicet . . . . .	scilicet	» 241, a. 25, porsonarum . . . . .	personarum
» 41, b. 30, heredibns . . . . .	heredibus	» 242, b. 6, largitus . . . . .	largitas
» 42, a. 1, confirmationis . . . . .	confirmatione	» 243, a. 8, etsi . . . . .	si (Cod. etsi)
» 43, a. 7, tnisque . . . . .	tuisque	» 244, a. 25, debitas . . . . .	debite
» 43, b. 7, id . . . . .	et	» 244, b. 13, contra iure . . . . .	contrarium (Cod. contra iure)
» 48, a. 22-23, Servo dei . . . . .	Servodei	» 245, a. 35, causa, protrahi . . .	causa protrahi
» 49, b. 44, ehibuero . . . . .	exhibuero	» 245, a. 36, cessante, causam . . .	cessante causam
» 53, a. 28, flumen . . . . .	flumen	» 248, a. 29, executionei . . . . .	executioni
» 54, a. 4, onmia . . . . .	omnia	» 252, b. 7, numquam . . . . .	nunquam
» 55, a. 40, promisit . . . . .	promisit	» 254, b. 7, inamis . . . . .	inanis
» 55, b. 15, numerate . . . . .	non numerate	» 254, b. 40, histrionen . . . . .	histrionem
» 56, a. 51, tatum . . . . .	tantum	» 256, b. 34, de certa . . . . .	decreta
» 57, a. 1, dom ni . . . . .	domini	» 259, b. 40, sid . . . . .	sit
» 58, b. 49, murandun . . . . .	murandum	» 261, b. 10, numquam . . . . .	nunquam
» 59, a. 48, aucoricabit . . . . .	auctoricabit	» 261, b. 29, invenire . . . . .	inveniret
» 60, b. 36, oportuum . . . . .	oportuum	» 262, b. 40, veruntamen . . . . .	veruntamen
» 61, b. 20, vinditionis . . . . .	venditionis	» 264, a. 12, causos . . . . .	causas
» 62, a. 44, ommium . . . . .	omnium	» 264, a. 17, tehologo . . . . .	theologo
» 62, b. 3, indempnibus . . . . .	indempnibus	» 264, b. 12, sapienta . . . . .	sapientia
» 63, a. 14, un um . . . . .	unum	» 265, b. 4, iustistia . . . . .	iustitia
» 63, b. 10, ed . . . . .	et	» 265, b. 23, summe . . . . .	summa
» 65, a. 13, investintes . . . . .	investentes	» 265, b. 44, securum, portum . . .	securum portum,
» 65, a. 21, indignationem . . . . .	indignationem	» 266, a. 17, ubi . . . . .	uti
» 91, b. 29, item, si . . . . .	item si	» 268, a. 4, illis . . . . .	illis
» 136, a. 27, himmus . . . . .	himnus	» 269, b. 5, varriatur . . . . .	variatur
» 149, a. 27, au tincertum . . . . .	aut incertum	» 270, a. 13, vivorum . . . . .	vivorum
» 150, a. 7, adquire. Idem . . . . .	adquiri, idem	» 270, a. 26, enm . . . . .	cum
» 150, a. 12, soltuitionibus . . . . .	solutionibus	» 270, b. 3, huinsmodi . . . . .	huiusmodi
» 150, b. 30, filis . . . . .	filio	» 270, b. 14, decretatibus . . . . .	decretalibus
» 156, b. 46, concontractu . . . . .	contractu	» 270, b. 19, sumuutur . . . . .	sumuntur
» 158, a. 36, tutelem . . . . .	tutelam	» 270, b. 30, hiuc . . . . .	huic
» 160, a. 9, redentionem . . . . .	retentionem	» 270, b. 33, adiatur . . . . .	adiutus
» 160, b. 35, animadvertit . . . . .	animadvertit. <b>B.</b>	» 275, b. 3, onsimili . . . . .	consimili
» 161, b. 33, accipit . . . . .	accepit	» 275, b. 34, naluralis . . . . .	naturalis
» 161, b. 34, adimplere . . . . .	adimplere	» 276, a. 27, sanguinee . . . . .	sanguinee
» 163, b. 10, libertorus . . . . .	libertorum	» 276, a. 39, petest . . . . .	potest
» 164, a. 29, extremeos . . . . .	extraneos	» 276, a. 48, exce ptis . . . . .	exceptis
» 165, a. 18, lecupletior . . . . .	locupletior	» 276, b. 35, artificio . . . . .	artificio
» 166, b. 26, andem . . . . .	eandem	» 276, b. 36, natuam . . . . .	naturam
» 167, b. 14, rerem . . . . .	rerum	» 277, a. 43, sen . . . . .	seu
» 168, a. 2, vendicatem . . . . .	vendicantem	» 279, b. 16, sedendum . . . . .	sedendum
» 168, b. 4, inofficioiso . . . . .	inofficioso	» 280, b. 38, adornatur . . . . .	adornantur
» 171, b. 5, convincatur . . . . .	convincatur	» 281, b. 20, quomodo . . . . .	quomodo
» 172, b. 33, (D. 46, 3, 102 et 39)	(D. 46, 3, 102 et 39). <b>Py.</b>	» 283, b. 6-7, molam . . . . .	malam
» 172, b. 38, Auht. . . . .	Auth.	» 284, a. 10, transuman tur . . . . .	transumantur
» 173, a. 9, (D. 9, 2, 24)	(D. 9, 2, 24)	» 288, a. 35, dummodo . . . . .	dummodo
» 173, b. 46, Iuliani . . . . .	Iuliam	» 290, b. 13, ut . . . . .	sit
» 176, a. 51, (D. 29, 2, 80 et 2)	(D. 29, 2, 80 et 2). <b>P.</b>	» 291, b. 18, notule doctrinali	notula doctrinalis
» 176, b. 43, potevit . . . . .	poterit	» 292, b. 14, enucleando . . . . .	enucleando
» 183, a. 3, presbitero . . . . .	Presbitero	» 297, a. 22, teribilem . . . . .	teribilem
» 189, b. 44, factuarius . . . . .	fructuarius		
» 190, b. 27, possunt . . . . .	possint		
» 191, a. 28 ergo non amittatur	enim non mutatur (Cod. ergo non amittatur)		

ERRATA-CORRIGE

Page	Errata	Page	Errata
1	...	1	...
2	...	2	...
3	...	3	...
4	...	4	...
5	...	5	...
6	...	6	...
7	...	7	...
8	...	8	...
9	...	9	...
10	...	10	...
11	...	11	...
12	...	12	...
13	...	13	...
14	...	14	...
15	...	15	...
16	...	16	...
17	...	17	...
18	...	18	...
19	...	19	...
20	...	20	...
21	...	21	...
22	...	22	...
23	...	23	...
24	...	24	...
25	...	25	...
26	...	26	...
27	...	27	...
28	...	28	...
29	...	29	...
30	...	30	...
31	...	31	...
32	...	32	...
33	...	33	...
34	...	34	...
35	...	35	...
36	...	36	...
37	...	37	...
38	...	38	...
39	...	39	...
40	...	40	...
41	...	41	...
42	...	42	...
43	...	43	...
44	...	44	...
45	...	45	...
46	...	46	...
47	...	47	...
48	...	48	...
49	...	49	...
50	...	50	...
51	...	51	...
52	...	52	...
53	...	53	...
54	...	54	...
55	...	55	...
56	...	56	...
57	...	57	...
58	...	58	...
59	...	59	...
60	...	60	...
61	...	61	...
62	...	62	...
63	...	63	...
64	...	64	...
65	...	65	...
66	...	66	...
67	...	67	...
68	...	68	...
69	...	69	...
70	...	70	...
71	...	71	...
72	...	72	...
73	...	73	...
74	...	74	...
75	...	75	...
76	...	76	...
77	...	77	...
78	...	78	...
79	...	79	...
80	...	80	...
81	...	81	...
82	...	82	...
83	...	83	...
84	...	84	...
85	...	85	...
86	...	86	...
87	...	87	...
88	...	88	...
89	...	89	...
90	...	90	...
91	...	91	...
92	...	92	...
93	...	93	...
94	...	94	...
95	...	95	...
96	...	96	...
97	...	97	...
98	...	98	...
99	...	99	...
100	...	100	...

9700









**L. 60**

120